Nostris quoque temporibus de eodem dno comite quoddam insigne prodigium accidit quod in presenti cronographia Christi fidelibus annotare non piguit. in cena namque Domini dum ad egmondensem ecclesiam diverse nationes caterinatim advenirent et secundum antiquam consuetudinem generalis abolitionis gratiam ab abbate perciperent quedam ruina de sarcophago prelibati comitis ex antiqua vetustate rupta fuit de qua virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris ad mensuram duorum cubitorum de super exalavit

exalavit Liijt-gardis vero sua conthorax
 secunda idlis maj-regnabit in Christo
 tumultata apud maritum in monasterio
 supradicta ^(sic)
 oyste foelice Arnulphus tandem velut al-
 ter Jacob a patre matreque benedictus an-
 no dccc lxxx^o ad imperatorem Ottoneum
 secundum profectus liijtgardam sororem
 theophane imperatoris matris Ottonis
 imperatoris tertij coram Otone impera-
 tore theophani imperatoris grecorum fi-
 liam in uxorem duxit legaliter desponsa-
 tam testamentum dotale inde conscribi
 fecit Et nisi propter salutem patrien-
 rex us accessisset uxoris vitam finivisset
 virginali candore

Cuius comitatus gubernacula civis plena
 direxisset & tempore patris sui cen-
 narij provida circumspectione manu-
 eius non erat ad dandum collecta nec
 ad accipiendum porrecta siue prompta
 sed tanquam miles evangelicus proprijs
 stipendijs contentus virtutum moribus
 streclarus velut alter Simon macha-
 beus ^{clarus} habuit de sanctis nulli noxius
 nemini violentus sed secundum nomen
 suum arctans nullum siue coarctans ne-
 minem

minem et quamvis ut facis amatores eximi-
 us assentiones abhorrens circūvit non
 ut Jathan sed ut comes egregius, teram
 tamen quia pravorum ausus illicitos
 frenare cupiunt prosequendo patuit quod
 non erat eo dignus princeps mundi
 sed frisonice gentis populus durus

Arnulphus inclitus et pius Hollandie
 comes tertius de stirpe regia procreatus
 filius Theodorici et hildegardis ortus fra-
 ter Egberti Archiepiscopi treuerensis et
 harlindie virginis que primo videns uno
 inde oculo postea per geminos oculos clare
 vidit apparente sibi Sancto Adelberto tra-
 iectens^{is} ecclesie primo Archidiacono

Arnulphus vero virginea vita suffultus
 claruit tanquam pius filius Arnulphus
 VII. Theodorici comitis Hollandie primo
 genitus tanquam alter Salomon pacificus
 sed et plus quam Salomon hic quia nun-
 quam per mulieres nec in iuventute nec
 in senecta depravatus est cor eius. denique cum
 pater eius factus centum esset annorum pie-
 tatis operibus intentus quod ad huc post hoc
 nullam dabat operam liberis procreandis
 sed semper in puritate mentis et corporis
 episcopo devote serviebat

Fratre

Tratre enim suo Egberto ad archiepiscopatum
treuerensem promotus, pius Arnulphus
cum principibus Hollandie presertim
sue parentele vocatus est ab eo quatinus
celebrarent secum Christi saluatoris
annuum diem natalem et simul gauderent
in festo quo gaudium quondam nunci-
atum fuit futurum omni populo

igitur cum hic primicerius Arnulphus
illic cum primoribus satis multis pro-
perasset sicut decuit honestis et omnibus
donationibus et vestibus tandem festis tan-
dem festis transactis gaudijs se velut
Dauid. exspoliatus fratri suo Egberto pon-
tifici treuerensi tanquam alteri ionathe
tradidit non iam arma sed ornamente
et exonia vel enenia secum suis ad
sue redijt pius piissime spoliatus Nam
pius Arnulphus Domum reuersus de
pae sue exspoliatione non tristis sed gau-
dens et letus ad hunc fratri remisit plu-
rima nec tamen cogitavit in multis ut
premittitur annis de nobili virgine ma-
trimonialiter ducenda occupatus enim feru-
enter insistebat operibus misericordie con-
struendo

Struendo lapideum monasterium pro monachis ordinis Sancti Benedicti volente pio patre

Nam anno Domini 18^o LXXVII. defuncto Baldrico traiectensium Decimo quinto episcopo antequam post duos inter medios presules successisset in eodem Episcopatu comes hoijen- sis Guiridius Theodericus facundius paterno devotionis erga Deum et Sanctum Adalbertu^m ferventissimus emulatoz eidem Sancto consecrasset per se et quondam patrem suum in eamendam translato et Sancti mar- tiri iheroni per se et quondam episcopum Baldricum sociato lapideam et Clau- tili in predictis sicut premittitur a duobus prius comitibus reuerenter translatis additisq^{ue} temporalibus pro mona- chorum ~~pro monachis ordinis Sancti~~ sustentatione precellarijs ~~ordinis Sancti~~ benedicti volente pio

Arnolphus predictus pius Theoderici fili- us institit, edificijs predictis consumman- dis et reliquijs adornandis secundum vo- luntatem utriusque parentis nam ma- ter eius filia regis francie hildegardis no- mine abundans regijs muneribus videns filiam suam harlindam meritis Sancti Adal- berti

berte geminis oculis clarere, fecit sibi tabulam
 summi altaris auream felicit de p[er]o auro
 sat. que multas preciosas margaritas et la-
 bidibus plusquam trecentis ornata. Per
 nulfus pro filio pie satagente et inter patrem
 et matrem fratrem et sororem voluit in
 paradiso ecclesie medio fonte uberius emana-
 nante

Unde et ipse pius Arnulphus in eadem
 tabula aurea fecit exregie fieri 4. paradisi
 flumina et quatuor euangelistas appo-
 nens lapidem ostiliarium in noctibus
 valentem illustrare templum super aliis
 lapides preciosos

Haec tibi potest aliquid moriendo esse
 pro iusticia ut Abel pro lege ut macha-
 bei pro salute populi ut Ghebus Christi-
 tus pro fide Christi ut Stephanus ^{pro} proce-
 mo ut innocentiis pro libertate ecclesie ut
 Thomas cantuariensis, pro assertione
 veritatis ut Johannes, pro arguitione pec-
 cati ut Johannes baptista, nec indigeret
 declaratione predicta quibus consideratis
 patet quam gloriosus marter comes Ar-
 nulphus fuit qui pro iusticia patrijsque
 legibus et pro salute populi crudeliter
 a proprijs subditis felicit fiesonibus rebel-
 libus interemptus occubuit

Epitaphium

Epitaphium Felici Arnulphi

Gloria carnalis pernicibus evolat alis
 Et qualem non fuerit cum moriente perit
 Hic comes Arnulphus patrie tutela sepul-
 tus
 Expectat regnum iudicijque diem.
 Hic venustavit hec sancta locumq; bea-
 dit
 Terris mancipijs edibus ecclesiis
 quibus septenas octobris evitante kalendas
 Hostili gladio transijt epuedo
 Landibul et merito simulis iustigarda
 marito
 Complexi fidei consopeliter aci
 Per tauri ternas majus regit iudis
 Num comitissa suis fungitur exequijs

De hueden

Anno Domini Mccc. LXXXII. obiit illustris
 Robertus scotus Dominus de hueden
 habens in uxorem filiam comitis de spaen-
 nem ex qua genuit Baudevinum succo-
 dentem Dominum de hueden

De Theoderico quarto comite Hollandie

Post

Post occiduum Arnulphi ^{regis} principis
 Theodericus filius eius huius nominis
 tertius effectus est quartus comes Hol-
 landie ducens in uxorem Otheldem
~~comitissam~~ filiam magnifici ducis Faron
 de qua duos filios genuit videlicet Theode-
 ricum succedentem comitem Hollandie
 et florentium orientalis frisiae comitem

Hoc tempore quidam statua stabat in
 apulia scripturam hanc inscriptam
 habens Kalendas maij in ortu solis ha-
 bebo caput aureum. Sarracenis autem
 ibidem captus suffodiens capitalem um-
 bram perpendiculariter extensam a
 statua infra predictam diem et horam
 infinitam thesaurum reperit quam
 pro redemptione sua confessionem exhibi-
 bit

His diebus scilicet anno Domini Dccc
 xciiii. Baldemius episcopus ad qua-
 tuor annos ecclesie traiectensis ^{seu} pasto-
 r existens sexto idus maij requiescit in
^{domino} Christo tumulatus cum predictis pon-
 tificibus in Traiecto

De Sancto Aulfredo decano
 octavo episcopo traiectensis
^{seu} Defuncto

Defuncto Balduino pontifice Aulfridius
 qui pridem de seculari comite clerici-
 cus attentius est nunc ab ecclesia tra-
 iectensⁱ XVIII. episcopus electus est hic
 de nobili genere Charoli magni proge-
 nitus fuerat primus comes Hoijensis
 teijsterbandie bratispencie & Dominus
 de althena hic Aulfidus inspirante deo
 ad instantiam nothgeri Leodiens^{is} epis-
 copi dedit comitatum suum hoijensem ec-
 clesie Leodiensⁱ et Otto tertius impe-
 rator Romanorum confirmavit insu-
 per comitatum teijsterbandie et bratis-
 pencie donavit ad ^{usum} ecclesie traiectens^{is} mul-
 ta predia patrimonij sui donavit ad u-
 sum ecclesie traiectens^{is} quam antea
 potestate possedit in comitatu Teijste-
 bantze qui de hinc anno Domini M^o V^o
 tanquam filius castigatus ^{et} dilectus filio-
 rum oculorum lumen amisit venerabile
 collegium orotinis benedicti supra mon-
 tem Sanctam prope Amorsfordiam
 in honore Sancte dei genitricis Marie
 construxit in quo sacre religionis habi-
 tum suscepit et ad vite sue terminum
 deuotissime perduxit

Hic ab Henrico secundum Romanorum
 rege

rege confirmationem omnium honorum
 suorum ad usum ecclesie traiectens^{is}
 cum opido de boemel cum eius sal^{ic}to in
 petrauit

Idem autem episcopus anno Domini M^o VIII^o 4^o
 nonas may feliciter adormiuit in Domina pot^{est}
 quam XV. annis traiectens^{em} profuisset episcopus
 Sepulchrum autem tanti patris si quibus deici
 one requirit quibusdam de canonicis maioris
 ecclesie vel monachis sancti pauli sibi for
 tam indicabit

De Adelboldo decimo mono ep
 copo ultraiectensi

Post Dormitionem sancti patris Ad^{fridi} qui
 dem Adelboldus natione friso XIX. electus
 est episcopus qui cesaris Henrici prof^{con}
 sul fuit eximius anno Domini M^o XV^o traiect
 tens^{em} ecclesiam veteris structure destruxit
 noue fabrice fundamenta iecit quam cum ec
 clesia Tylensi paucis annis decentissime con
 summaluit

Anno Domini M^o XVII^o cometa grandis in
 middum trabis iugiter apparuit et eodem an
 no grauis belli tumultus inter episcopum
 et comitem Hollandie huc de causa primium
 inualuit quidam enim comes Theodericus dau
 beneficiatus fuit iuxta bodegrauen a Adelboldo
 pontifice

111

pontificis qui Theodoricum comitem Hollandiae
non quiescit infestare quotidiano certamine
Hollandienses vero comes e contra copiosum
exercitum aggregans Theodoricum quoniam
victorioso subegit et eundem a possessionibus
suis violenter eiecit Adelboldus autem episco-
pum hoc egre ferens collectis ^{im} mensis bella-
toribus decrevit vasallum suum pristinae
ditioni restituere vel adversus Hollandiae
comitem crudele bellum committere

Igitur anno Domini M^o XLVIII^o 4^o idibus
iunii praedictis episcopis cum vexillis ful-
gurantibus et tubis stridentibus ad locum
certaminis ^(sic) ducenter advenit Et contra
Theodoricum Hollandiensem comes cum
vexillis fulgidis, et cornibus horribonis
a papilionibus suis exiens in pratis vi-
rentibus armipotenter occurrit Nec mora
quam traiectenses et Hollandienses popu-
li perniciousiter in indicem irruerunt pro
corona victoria laborale decertantes et cru-
entam stragem ab utraque parte crudelis-
sime committentes, denique post aliquantul-
lum temporis robur exercitus Episcopalis
quam plurimum contritus est in occisione
magnanimorum principum qui in eo-
dem Dominio certamine corruerunt videlicet
Wegerus advocatus ecclesiae ~~W~~elringus et
godesco

gode. is comites, Lazo, algerius et siasserius mi-
lites cum alijs tironibus, milites et plurimis
armigeris laude dignis

Adelboldus autem episcopus nimirum
hoc ~~gravi~~^{vi.} dolens infortunio collegit ex-
templo recentem armigerorum cuneum
in crudeli bellum iterato committeret ad
versus Hollandie populum nichilominus
et antenominatus comes Theodericus
cum butione fratre suo coadunavit in de-
fessum exercitum, ut iam secundo dimi-
caret contra prelibatum episcopium
itaque die XIX. subsequente qui est III. Ka-
lendas augusti eodem anno, preteritis, inveni-
entibus itidem coniecerunt ad prelium committent-
es ad alterutrum inique de populationis occidi-
um ceciderunt enim iterum ex parte pontifi-
cis Adelboldi viri strenui rebellatum ma-
nibus necisati, videlicet Jockardus prelibiter ber-
toldus, sijaconus, Johannes et Godfridus comi-
tes, "Hiddo" halmaricus, invalcelinus, Huber-
tus ac Hildeboldus milites, Rjfridus et
heymmannus proceres cum plurimis et
scutarijs animosis et diversis armigeris ap-
probatis

Theodericus ergo, comes ex hac duplici vic-
toria non tamen sine gravi dispendio suo-
rum optenta quam plurimum animatus
proposuit

proposuit - recenter eodem anno pro vindicta
 patris sui debellare frisones ubi nam et
 imperator Henricus cum Gaetfrido duce
 modellanorum destinauit copeditos equites
 cum autem Hollandienses et frisenses
 in unum occurrerent et in campestri bel-
 lo pro victorialis laude contenderent ecce
 vox quidam ab hemispherio superiorum
 etheris horribiliter intonuit ^{fugite} fugite et con-
 fectum populum hollandiae ex formi-
 dine terrisone vocis diffugiens pro magna
 parte cecidit et Gaetfridus dux ibidem
 apprehensus ab hostibus vinculatus est
 hec itaque strages Hollandiensem populo
 prodicione divina contigit ut Theodericus
 comes in semetipso discretus quod unius et
 idem deus est qui humiliat et exaltat.

De dedicatione ecclesie traiectensis
 LXX

Anno Domini M^o XXIII^o traiectensis
 ecclesia per Adelbeldum pontificem mag-
 no opere super extructa fuit ad cuius dedi-
 cationem Henricus imperator cum XII. epis-
 copis traiectum aduenit qui eadem eccle-
 siam VI Kalendas iulij mensis unanimi
 benedictione consecrauerunt et cum mag-
 na solemnitate multum honoreque dedi-
 carunt.

Eodem

114
Eodem tempore venerabilis pater Adolbaldus in presentia imperatoris et suorum principum procuravit conscribi libellum vasallos ecclesie Traicoten^{is} et territorii eisdem

suorum primus est dux Brabantie qui tenet ab ecclesia civitatem tylensem cum suis et pertinentijs insuper totam terram dictam Kempenlandt usque thornout et vocatur Dux Batavis episcopi.

Cornes Flandrie secundus cum tenet ab ecclesia die vier ambachten

Cornes Hollandie tertius et tenet ab ecclesia totam Flandiam et comitatum Zutphanie et civitatem ~~amstelredamensem~~ Embricensis et maiorem partem in ditione de tyden et boorn et appellatur episcopi venator

Cornes igitur clifensis quintus et tenet in feodum oppidum de vanderichem cum suis pertinentijs et partem batavis prope Renum Et dicitur camerarius episcopi

Cornes de Benthem sextus et recepit in feodum borchgraviatum traicoten^{ense} et alia plurima et nominatur ianitor episcopi

Dominus de Kuyck septimus servat ab ecclesia multa iura et predia qui scripta non

& Waterlandiam & vocatur Marscalcus Episcopi. Comes igitur Gelriae quartus & servat ab Ecclesia

non reperi et ^(sic) muncipantur pincerna
episcopi

Dominus de goer octavius et tenet in foedum
ab ecclesia omnia bona sua et vocatur
portarius episcopi

Dominus de huler novus et tenet in foedum
Dominium de Ameyda cum suis attinentijs et
nominatur vexilliger episcopi

Unde verius sequentis

Presul est Utrecht Brabantinus dapifer
duc. Hollandie ^(sic) maiscalcus venator Gelvie ve-
rus. Celic camerarius et Benthem ianitor
suis

Et ^(sic) kijek pincerna pro bell oger tenet arma

Anno Domini m^o. xxvii^o. v^o Kalendas de-
cembriis Adelboldus episcopus migravit ad
Dominium postquam annis xviii. tra-
iectende recessit episcopium qui sepultus
requiescit infra tectum ecclesie traiecten-
sis: quam ipse decenter edificavit in ho-
nore sancti martiri sermissimi con-
fessoris

Baldinus De hielden moritur.

Anno Domini m^o. xxviii^o. obiit Balde-
winus septimus Dominus de hielden filius
Roberti

110
Roberti habens in uxorem alijdem filiam
Domini de Lyhanope ex qua genuit Johan-
nem succedentem Dominum de hūelden.

De Sancto Barnulpho vice-
limo episcopo traiectensi

Cum Adelboldus esset defunctus episcopus
et cotidianis tumultibus in electione noui
pastoris contentione foret Conradus rex
Traiectum descendit ad suppressendam dis-
cordiam adducens secum Ghyselam regi-
nam uxorem suam decentissimam

Et quoniam eadem regina diebus illis em-
gratida quimmo prospero. proxima ideop-
iam dictus

Rex localit eandem in pago de oetterbeke
apud quendam presbiterum cui Barnul-
phus proprii nominis. venit vocabulum
Rex autem ad urbem Traiectensem con-
festim se traiecit et capitulum ad
unionem pacis informare studuit demum
inhalescente grauiori discordia totum ca-
pitulum compromisit in arbitrio re-
gis presentare virum discretum ad do-
num qui dignus esset gubernare tantum
episcopium interea regina nobilis ele-
gantis forme parturivit in partem
transmittentem

transmittend regi nova gaudia per Barnulfum
 phum sacerdotem et ecce Rex pro defici-
 rata legatione nimirum ^(sic) exultans tradidit
 eidem presbitero ^(sic) traicentensam pontificalem
 consimiliter et investituram per anulum
 et pastoralem baculum

Barnulfus itaque XX^{us} ordinatus episcopus
 cum principibus Hollandie pacem
 fecit et saluberrime totam Episcopatum in
 abundantia pacis omnibus diebus vite sue recit

Johannes De Arkel moritur

Eodem tempore scilicet anno Domini M^o.
 XXX IIII. obiit illustris Johannes Dominus de
 Arkel sepultus in ecclesia arkelensi cum
 patribus suis

De Dominio et origine
 Dominorum de Arkel

Et quia in posterum multoties fiet men-
 tio de illustribus et bellicosis viris
 Dominis de Arkel ideoque Dominium et
 originem ipsorum prout ex diversis histo-
 rias memoriarum libris chronicis gestis
 libertatibusque ab ipsis a diversis principi-
 bus impetratis repere hic inserere de-
 crevii

Est autem Dominium ipsorum situm in
 fra Fluvium diotam ~~te~~ lecka et infra
 marwedam habens ab oriente Ducatum
 ghelrie ab occidente comitatum Hollandiae
 a septentrione Episcopatum traiectensem
 a meridie Slijthollandiam habet insu-
 per multas bonas civitates firmiter cum
 castris munitas

Quod Dominium longo successu temporum
 trifarie sive quadrifarie subdivisum
 est Nam comes Hollandiae recepit oppo-
 dum de Haestrecht prope Gaidam cum
 omnibus suis villis insuper erit post
 longam obsidionem et quarram oppidum
 firmissimum de gorinchem cum princi-
 paliori castro et villis Domini de Ar-
 kel

Dux vero gelvensis Arnoldus protine fi-
 lius uxoris filie Domini de Arkel heredita-
 rio iure possidet oppidum de leederdam
 cum castro eiusdem et cum Dominio de
 scoenrevoerd et cum villis sibi pertinen-
 tibus

Civitas traiectensis possidet oppidum
 gasper cum castris de hagensteijn et Es-
 steijn Dominus de Vianen Nijnensteijn
 Alii alia reliqua

Sed quia originem nominis ignorant
 imo sciendum est quod primi Domini
 de Arkel veri troiani fuerunt Nam
 postquam greci nobilissimam civita-
 tem troianam triumphando vicisset
 omnis nobilitas eiusdem spersim ibat
 de loco ad locum prout gesta illius ex-
 cidij plane Demonstrant

Sequebantur autem expulsi a troia cum
 omni familia sua francionem filiam
 hectoris a quo postmodum priamus pri-
 mus dux francie qui galliam sibi sub-
 iugauerat descendit utque ad panoniam Et
 dicebantur Domini de turribus eo quod
 primus ^(sic) habebant duas rubeas turres in
 campo deaurato Sed postquam priamus
 galliam ut dictum est suo Dominio sub-
 iugare decreverat Domini de Arkel
 dicti Domini de turribus Domini de
 Arkel alio nomine de turribus semper
 cum scalis et diversis armorum generi-
 bus primi cum suis ante aciem ascen-
 derunt ad castra et civitates dum expug-
 narentur quia viri animosi audaces
 et fortes giganteique fuerunt

Et quia multotiens in diversis locis vic-
 tores tamen maxime vulnerati fuerunt
 interdum

intendūmq̄, pro cholor, occidi ideoque ob in-
 signe memoriale cepervit rubeas scha-
 las pro armis in campo de p̄ris lid sive
 albo, eoque multoties eadem sca-
 las proprio sanguine madidas et rubeas
 tingendo rubricarunt

Dūm itaque longo tempore in galliam
 in populum magnū coaluisset et
 Dagobertus filius lotharii rex franco-
 rum pro stgiam saxoniam et castrum
 wiltorum sibi subiugasset habuit in
 eadem expeditione ~~re~~ Ionicum siue johan-
 nem Dominum de Arkel qui per-
 lustrans terram in obsidione castrum
 wiltorum et eam fore siluestrem et
 inhabitabilem perpendens speravit eam
 rediens versus galliam

Demum tempore Dagoberti filii hilde-
 berti diabolo instigante Dominus de Ar-
 kel occidit egregium principem ^{13r} franco-
 nem ducem barrensem, protinus con-
 sanguineum regis predicti

Cuius potentiam veritus Dominus de
 Arkel nullum sibi sciens locum
 tutum ad demorandum cogitare cepit
 de loco siluestri in boreali parte fran-
 cie

cie apud castrum wictorium sicid audierat
a patre sua

Cum omni igitur familia idem Dominus
de Arkel ^(sic) secreta ad eundem locum ten-
dens peruenit ad fluium dictum mola et
deinde ad fluium dictum die alme in Domi-
nis de Althona ibique nauim sibi co-
aptans nauigare disposuit uersus pre-
dictum locum quamuis sibi ignotum in-
trans itaque nauim semper habuit cig-
nium pulcherrimum prenatantem uel
preuolantem de quibus diu omnes inde
mirabantur precepit Dominus de Arkel
quatinus semper sequerentur eundem
cignium qui optime eos saluos perducit
ad eundem locum in Arkel ubi nunc
est claustrum Sanctimonialium plan-
tatum scilicet super fluium dictum longa
aqua, uulgariter uero die lijnge^{re} ibique
extendentes tentoria et tabernacula sua lo-
cum perpetuum sibi elegerunt ad inhabi-
tandum

Postmodum uero defunctis uirginibus amicis
Lucis barrensis et tres filii Ludouici ka-
rolii pii imperatoris uidelicet Lotharius,
Lippinus,

Ludouicus secundus, karolus caluus inter se des-
ceptarent pro hereditate paterna et bellum
inter se in pago antiofodrensi apud villam
fontanedum

122
fontanedum conderetur redierint quidem
ab eodem Domino de Arkel nati ad galliam
seruientes Domino Karolo caluo qui post
quam optimuisset regnum francorum
contulit eisdem suis familiaribus de Ar-
kel propter militarem probitatem ipso-
rum comitatum in francia ubi eorum
posteritas cum eisdem armis usque in ho-
diernum diem perseverat

His temporibus scilicet anno Domini M^o XXXIX. VI.
Kalendas ianuarii obiit magnanimus comes
Theodericus Therosolimitanus militatus pe-
nes pro avum in egmonda qui cunctis die-
bus vite sue bella gessit ac Hollandiam
XXXIII. annis potentissime gubernavit

Otheldis autem comitissa post obitum
sui conjugis ad saxoniam reuersa est que
VII. Kalendas iulii moriens ibidem ho-
norifice tumulata est

Tempore Ottonis tertii imperatoris ro-
manorum ducisque saxonie et lotharii filii
Ludouici regis francie et Karoli fratris
Lotharii regis ducis brabantie et tempore
Theoderici secundi comitis Hollandie
reddyt nobilis Dominus de Arkel ex illis-
tris

tris progenie ungarie natus habens autem
scutum cum duobus baron mediatis de rubes
in superiori parte cum quatuor ^(sic) menijs et
cum tribus in inferiori parte

Cuius parentes propagati fuerunt ex
magno hejnnemanno expulso ex vngaria
propter magnas guerras qui pergens
cum sua nobili familia perrexit de loco
in locum propter militiam exercendam
et ampliare famam probitatis sue

Cujus hejnnemanni parentes originem
sumptulerunt ex grecia et precipue ex
Troja Et licet in plerisque cronicis istius
patriae ista inveniuntur eo quod primi
tibi patres solummodo cronicas impera-
torum et regum conscribere consue-
verunt tamen in cronicis regni vngarie
sive pannonie de expulsiione Domini Hej-
nnemanni primi Domini de Arkel imp-
venitur, attamen multi ex eisdem ^{ex ipso} ~~crone~~
ibidem manserunt quorum posteritas
usque in hodiernum diem magni Domi-
ni sunt et licet Troja tempore prefa-
torum principum XXI^o anno destruc-
ta fuit tamen multe nationes et regna
originein ex eisdem Troianis principibus
sumptulerunt Alibi tamen legitur quod ille
arma

arma predicta cepit in francia in expugnandam unam civitatem cum tamen preter tres alias tribus ex comitatu tirolis habuit ut patet in libro presentis

Iste Heinemannus fuit homo pulcher gracilis audax magnanimitas ac fortis viribus venit postmodum inde in franciam propter salarium lucrandum similiter et in germaniam

Tandem venit apud prefatum Ottonem imperatorem cui propter militarem strenuitatem valde dilectus fuit. A quo missus ad inferiorem saxoniam que modo vocatur superior frisia ad quendam nobilem et potentem villicum gubernantem ex parte imperatorum frisiarum apud quem manens fere per annum adamat a filia nomine gella eiusdem villici que acceptis clonariis et magnis pecuniis perrexit secreta cum ea ad Theodericum secundum comitem Hollandie et contraxit cum ea ibidem manseruntque cum comite per aliquot annos qui propter sua beneficia impetravit ad eodem comite ^{et} con-

te teijster bandie prope longam aquam
 dictam die lÿnghem aliquas villas ad comi-
 tem pertinentes et aliquas ad ecclesiam
 traiectionem sed iurisdictione temporalis per-
 tinebat comiti Hollandiae flatuitque man-
 sionem ibi prope ubi nunc est oppidum
 de lederdam et etiam in villa de Arkel
 genuitque ex gella nobili femina duos filios
 quorum senior dicebatur Dodo secundus fops-
 po qui Heijnemannus obiit anno Domini
 1196. Dodo vero optinuit partem
 villarum ubi nunc est lederdam cum
 multis alijs dominijs et bonis flatu mens
 mansionem suam prope lederdam a qua
 descenderunt Domini de leda et ab eo pro-
 pagati sunt multi militares et magni
 Domini utpote Domini de dalem Domini
 de ghellicum et Domini de kedichem Do-
 mini de sedender Domini de haefstern cum
 nigris armis et progenies dictae kab-
 lingen. Foppe secundus genitus Heijne-
 manni optinuit Arkel cum multis alijs
 villis et dominijs et sui sequaces dice-
 bantur Domini de Arkel qui construxit
 castrum in Arkel et melioravit et dita-
 vit dominium de Arkel sed mutavit cam-
 pum armorum habens eadem arma in
 argenteo scuto duxit in uxorem Mariam
 filiam Domini de oijen qui et obiit anno
 Domini millesimo octavo

Hic est Hejrnemannus cuius attamen fuit
cum Dagoberto rege francie in traiecto vi-
cens castrum wittenburch &c. ut in
presenti libro sed recessit ^{ut} patet. iste ta-
men cum sua progenie hic mansit

Johannes Tilius Japponis Domini de Ar-
kel vivit **XXVI.** annis. iste consummavit
castrum in arkelredam, perrexitque cum
Theoderico comite Hollandiae in terram
Sanctam in qua obiit anno Domini M^o.
XXXIII^o habens in uxorem filiam Wilhel-
mi Comitis de Hujek nomine Eljsabet

De Theoderico quinto comite
Hollandie

Post obitum Theoderici Greho. Solimite
Theodericus filius eius primogenitus co-
mes quiritus effectus est, qui modico tamen
tempore Comitali ^(sic) fretus est.
Eodem anno viscera conrardi imperato-
ris ⁱⁿ traiecto moriens recondita sunt in
ecclesia maiori et Hejrnicus gener eius-
dem imperatoris ibidem electus sublimi-
tus est in throno regali

Hic Hejrnicus quodam brumali tempore
Slatos expugnare decrevit qui cum expedie-
tione magna versus orientalem plagam
sua

sua castra locasset Habuit autem idem
 imperator in comitatu suo Sanctimonien-
 alem sororem eximie venustatis quam ca-
 nonicus quidam adamavit zelo nimis de-
 lectionis quam etiam blanda suggestione
 tandem ad hoc induxerat ut circa caligi-
 nosam noctis unam ipsum in amo-
 ris amplexum susceperet illis igitur in
 furtivo cubili clam obdormientibus per
 maxima nix inopinata cecidit et aurore
 iubar tetram emissis perii caliginem iam
 effugaverat

Quopropter idem canonicus quam pluri-
 mum ausiatus est qualiter tute tentorium
 suum accederet ne primiciale vestigium
 culpam suam aliquo modo prodere
 tractato denique repentino consilio praee-
 fata Sanctimonialis eundem canonicum
 in humeris bajulavit ad suum tentorium
 ut in eundo et redeundo saltem unius
 foliis posset apparere calcaneum Ea-
 dem autem hora diuus imperator stirmi-
 latus bellicis curis solus pervigie fuit
 qui peregrinum hoc spectatulum fenest-
 ra tabernaculi sui procul intuens pie
 subridit Demum exorto iam sole cesar ad-
 gustus flagitavit ^(sic) eundem canonicum
 quatenus admissam diaconatus explet
 officium

offitium quod idem canonicus remordente
 conscientie modis omnibus abnuis qui
 blandimentis animi et ministris ad hoc
 emolliri non potuit. Cernens itaque cesar
 eiusdem canonici timoratam conscientiam
 remissit ex bono corde conceptam
 per~~tinatiam~~ accidit autem ut decaniam
 simul et abbatiam diebus illis vocarent
 imperiali camerae. Et idem cesar ad
 vocans ipsum canonicum cum sorore ce-
 pit loqui per enigmata secretae parabole
 Amantissime frater esto deinceps vir
 matius et ecce vacantem hanc decaniam
 tibi conferimus tuam exorando benivolentiam
 quatenus nunquam sandimoniam
 predicas equitare feminam

Deinde sorori suae dicit karissima soror
 sis abinde matrona contempens et ecce tibi
 hanc abbatiam siue curam ancillarum
 Christi conferimus per predessem audi-
 lum precipientes ne per~~mittas~~ un-
 quam equitare te canonicum quibus ita
 dictis ombo se mitis intuentes erubescunt
 qui per hanc leuem correctionem
 informati preteritam culpam per~~per-~~
 petuam continentiam emendauerunt.

His temporibus scilicet anno Domini M XL
 Theodoricus comes Hollandie vocatus in
 leodis ad hastiludium et torneamentum per
 principes superiores ~~perierit~~ cum magna comi-
 tissa baronum et militum Contigit autem
 torneamento finito quod altera die in hastiludio
 improvide vulnerando occideret fratrem epis-
 copi coloniensis quo ^{et} comperto statim equo
 claudatili comes fugam inijt suis dispersis et
 occultatis hinc inde Attamen condanguinei
 Domini coloniensis in vindictam occiderunt
 duos egregios milites predicti comitis

Veniens igitur comes in Hollandia combu-
 lit omnes naues ^(See) mercatorum territorii
 coloniensis et Leodiensis occidit et captis
 omnibus mercatoribus in vindictam predi-
 torum militum

Quapropter anno Domini M^o XLVIII^o. episcopus
 copius coloniensis et episcopus Leodiensis
 congregantes infinitam militiam adiutorio
 marchionis de Brandeburch venerunt in
 magno liuore ad Hollandiam ubi statim
 traditorie per quosdam episcanos Dordra-
 censes in Dordracum intronmissi sunt vo-
 lentes ex Dordrace depopulare totam Hol-
 landiam Quo comperto comes valde mo-
 tus adiuuauit egregium exercitum baronum
 militum

120
militum et ~~subditorum~~ et ~~subditorum~~ filio-
rum Et caute quodam nocte adiutorie Do-
mini Gherardi Domini de Pitte etiam
in Dorraciam venit et statim ordina-
tus acibus bellicis per plateas cum tubis
strepentibus cum cornibus horribonis
plusquam CCC mobiles incautos truci-
cidavit cum aliquibus satellitibus Epis-
copi vero cum marchione et residua
electa militia celeriter et occulte ex iena
portantem fugam inierunt multis ta-
men de suis occultatis hinc inde in di-
versis domibus dum ergo idem comes
altero die cum paludis iret parva ^{huffe} se ad
menia civitatis accidit ut per strictam
plateam iret in qua pedes suorum
ernulorum latuerant unde unus illorum ia-
ciens telum venenatum vulneravit vene-
randum comitem in femore de quo vulne-
re tertia die ~~felix~~ ^{idibus} maji occubuit et
quia ibi ~~et~~ vulneratus fuit eadem parva
platea etiam usque in hodiernum diem
vocatur platea comitis

Hic Theodoricus non habuit uxorem nec
liberos qui per spatium ~~ix~~ annorum ~~ref-~~
=xit Hollandiam civis exanime corpus apud
egmondam delectum est, et ibidem lugu-
bribus exequijs inhumatum, decenter tamen
Epitaphium

131

Epitaphium quinti comitis The-
odorici et florentii sexti comi-
tis

Ecce iacent fratres regni spes gloria patres
Regum stirpe sati vermibus edca dati
Bello magnificus prior horum Theodorici
Hostibus in patriam iure negando viam
Per capre fides dum ianus volueret iudis
Cesar erat. fomes quod cecidit ^{ense} ~~ende~~ comes
Florens flos florum florentii alter eorum
Splendidus clagus viribus ingenio
Cum Troije vector bellanti cederet hector
Dum ^(sic) minis emicuit hoste latente ruit
Hoste viri flendas quarto Decimo ^{the} ~~talendas~~
Jugis axe gerit Dum comes ense perit
Destructor mortis vite reparatio fortis
Raptos valle soli collocet arce poli

De florentio sexto comite
Hollandiae

Occiso Theodorico comite barones seu
proceres susceperunt florentium germa-
nium prefate Theodorici defuncti in co-
mitem Hollandiae qui prius fuit comes
et Dominus ulterioris frisiae
Hic florentius duxit in uxorem Gheertrui-
dim

dim filiam Hermannii ducis Saxonum ex
 qua genuit Theodoricum succedentem co-
 mitem et florentium Insuper et ma-
 tildem puellam venustatis eximie quam
 post obitum patris duxit in uxorem
 Philippus Rex francie

Eisdem temporibus ^(sic) Balnulfus episco-
 pus ad per-hennem laudis sue memoriam
 edificavit in traiceto duas collegiatas eccle-
 sias unam in memoriam venerabilis
 apostoli Sancti Petri Aliam in honore
 Sancti Johannis baptiste precursoris
 Domini medietatem vero collegii Sancti Ju-
 liatoris traicetensis transplantavit in Dal-
 entriam ubi pro Reuerentia Sancti Lebbini
 egregii confessoris canonicorum extruxit ec-
 clesiam

Abbatiam vero reuerendi et felicis patris
 Aufridi de monte Sancto prope Amerstorf-
 diam traicetum transtulit ubi conuentualis
 ecclesiam in honore Sancti Pauli aposto-
 li condidit multaque alia bona et utilia pro-
 ciens diritas reparavit ecclesias ornamen-
 tis varijs decoravit nouas erexit pauperibus
 largas faciens elemosinas omnibus amabilem
 a deo ipsis multum diem omnes exarraban-
 qui post hoc anno Domini m^o LIII. XLIII.

Italenda

Kalendas augusti feliciter migravit ad Domi-
 num postquam annis XXVII. in pace gubern-
 nasset episcopatum qui Traiectum digne
 coniectus et ibidem in ecclesia principis
 apostolorum honorifice tumulatus in cuius
 epitaphio hec sub scripta metra decenter ex-
 arata erat

Epitaphium Barnoldi presulis
 Traiectensis

Hic sunt confossa Barnoldi presulis ossa
 Laudat eum glossa dedit hic quod munera
 grossa

Presuit hac sorte sine sede vacante subur-
 te

Lites distortę pro prebule flente cohorte
 Venit Rex curat, ut pacem mox ibi ponat
 Datque cohors tota regi de prebule vota
 Retro dimissa paritura conuige gitta
 Vester becc villa prope Barnoldium parit
 illa

Tunc ibi caratum, cui dat Rex pontificatum
 Ob noua portata quod erat proles sibi nata
 Nigenus bernold pastor successit Adelbald
 Sollandt militiam vinit ad ecclesiam
 Sanctis baptiste Petro Paulo Lebueno

Quatuor ecclesias condidit egregias
 ꝛ quater attendas decimo quartę kalendas
 Augusti semel m. semel 2 diem scandit ad
 arcem

134
Non mala mors subita quam precessit bona
fita

In ecclesia Sancti Johannis baptiste in Traiecto recondita sunt corpora Sanctorum Justini⁵ et cypriani videlicet in his metris

Corpora Sanctorum sunt hic fensata duorum, Justini⁵ sani venerentur et hic cypriani

De Wilhelmo de Ghelria vice
limo primo episcopo Traiectensi

Defuncto felice Barnoldo pontifice Wilhelmo
natus de Ghelria natus viceprimus primus
traiectensis effectus est episcopus Vir to-
tus belliger et magnanimus

His diebus scilicet anno Domini M^o LXI. flo-
rentius comes Hollandie princeps imper-
territus dum semper excogitavit vindic-
tam facere de nece fratris sui accidit qu-
tenis deinde Archiepiscopus coloniensis et
episcopus Leodiensis dux Brabantie comes
Ghelria Marchio brandeburgensis adiunato et
collecto exercitu valido ut expellerent eun-
dem florentium a paterna hereditate ve-
nerunt in terram wilthorum nunc ven-
Lijthollandiam

quo conspecto florentissimis valde metuentibus
 prefatorum Dominorum potentiam
 nec sciens nec valens ipsis resistere po-
 testate propria consilio tamen unius
 senis armigeri omnes vias longe lateque
 per noctes iussit perfradi et parare
 magna aquatica fossata et illa sterquil-
 nijs et folijs per pontes tegi quod cum
 ibique per ~~statam~~ ^{totam} Zuythollandiam factum
 foret venit cum exercitu suo Dor-
 dracum ad resistendum ipsis

Dum igitur exercitus prefatorum prin-
 cipum ibi spoliatis villis et concrema-
 tis versus Dordracum applicuisset ve-
 nientes incaute super pontes dolose or-
 dinatos gravati sarcina armorum su-
 orum fractis pontibus multa milia
 interierunt ita ut exercitus necessitate
 coactus retrocessit quia viam tutam il-
 tra progredi sine dispendio suorum non
 habebant

quod percipiens a longe comes adiuto-
 rio Johannis Domini de Arkel militem
 egregio diffuso exercitu suo eos inse-
 quebatur magnanimitate cum omnibus
 suis ut hunc inde militibus suis et
 captis eos insequeretur usque hanc
 ubi dorum bellum bellant comes eos detulit

cit et a bello profugavit. Corruerunt autem
 mille et ~~episcopus~~ ^{episcopus} Leodienses captus
~~dit~~ ^{dit} vulneratus fuit cum pluribus nobilibus

Cumque ergo idem comes fugitivum indeque
 tur exercitum et fessum et lassum et dormientem
 meridiano tempore sub ramis lumbrose
 salicis ecce fugitivi pugniles quos idem comes
 paulo prius in bello devicerat inno-
 pinate superuenerunt qui eundem cum
 multis armigeris condormientibus
 XIII kalendas julii ^(Sec) necidarunt

De Arkel

Ulfi et Johannes Dominus de Arkel letali-
 ter vulneratus captus fuit per Dominum
 Alardum filium secundo genitum ducis Hen-
 ricus Brabantie sed per Dominum de Kuyck
 liberatus et redemptus

Dordracenses vero dum hanc sinistram
 famam percipissent sane deliberati
 irruerunt super fessum exercitum pre-
 dictum quem in vindictam sui comitis et
 trucidabant et ceperunt

JS florentius comitatum ulterioris frisie
 XXII. annis rexit et principatum totius
 Hollandie post obit um fratris sui. XIII.
 annis

annis cum potentia gubernavit qui ad egmondense monasterium honeste deductus ibidem cum fratre licentiosus exequijs inhumatus est

De Gheertruyde comitissa et Roberto flandrie et Wilhelmo episcopo Traiectensi et Godofredo Lotaringie

Gheertruidis comitissa quidem transacto bigennis post mortem sui coniugis nupsit Roberto iuniori filio Baldovini comitis flandrie qui ex parte Theodorici Domicelli Hollandiae minoris adhuc etatis suscepit gubernationem comitatus Hollandiae.

Wilhelmus autem Traiectensis episcopus attendens Hollandiam sine defensore desolatam esse et eandem ditionem in manus pueri seu extranei principis dedensse impetravit ab Henrico Rege Romanorum comitatum Hollandiam et abbatiam egmondensem proponens adiutorio Godofredi ducis gibbosi puerillum infantem ab Hollandia potenter expellere.

igitur anno Domini M^o LXXI^o. Godofridus dux Lotaringie cum Wilhelmo pontifice decenter insignis varijs et tubis stridulis Hollandiam introiit

Econtra

Econtra vero Robertus comes in vallibus fulgidis et cornibus horridioribus cum primoribus Hollandie occurrit Et ecce cum suis in gravi prelio Robertus comes terga vertens a bello profugatus est et Hollandicis populis ex magna parte confestim occisus est

Robertus autem cum uxore et uxore Gandavum veniens subarravit omnes ~~francos~~ ^{Dignobiles} in ipsius adiutorium proponens adversus Arnoldum comitem pro suo patrimonio festinanter movere bellum

Arnoldus vero comes auxiliante Philippo rege francorum aggregavit contra valentes armigeros ut in virtute magna dicitur ~~sancti~~ ^{habent} adversarios sibi cuneos Et ecce conferto iam bello penes montem caspii Philippus rex profugatus est Arnoldus comes interemptus est et Robertus friso comes Flandrie potenter effectus est

Interea Godefridus dux dittoni sue transponens orientalem seu ulteriolem fridiam bellica manu subegit

Iste enim Godefridus dux loteringe primitus edificavit civitatem de Delft in qua edificavit sibi fortem et munitam mansi-
onem

onem in qua semper per nocturnit quantum
potuit quam postmodum gloriosus Wilhel-
mus comes Hollandiae Rex almanie melio-
ravuit ampliauit conferens ipsi prima
ipsorum privilegia et plebicitate ^(sic)

Wilhelmus vero episcopus contra Domi-
cellum ^{Hollandiae} ~~castrum~~ frequenter obsequia ex-
cubias in ijselmonda castrum munitioni-
bus fabricavit Demum idem Rex ad
quatuor annos Hollandiam regens anno
Domini M^o LXXV per quendam servum
Theodorici veri comitis Ghijberti nomine
per latrinam letaliter sauciatus ad
Traiectum duci se misit ^(sic) ubi quinto ka-
lendas martii spiritum exalavit

Eodem etiam anno Wilhelmus episcopus quin-
to kalendas maii requiescit in Domino post-
quam annis ^{XXII.} ~~traiectens~~ ^L ~~pre~~fuisset
episcopo. hic Traiecti similiter allatus ac
in ecclesia maiori reverendis pontificibus
consepultus est

Hic enim Wilhelmus episcopus quodam tem-
pore videlicet anno Domini M^o LXXIII.
cum maguntinensi episcopo et Lauentur-
gensi episcopo alijsque plurimis episcopis
et nobilibus ierosolimam adiit sed multas
infestationes a barbaris perpessi sunt
Tandem quod perventionem fruentes optata
innúmero

140
innúmero et rebus admodum attenuati ve-
dierunt.

Johannes Octavus
De hiesden moritur.

Anno Domini M^o LXX III. obiit illustris
Jac^{us} octavius Dominus de hiesden ha-
bens in uxorem Merchteldim filiam Do-
mini de Steenwoerden ex qua genuit
Robertum Succedentem Dominum de
Hiesden

De Conrado vicentino se-
cundo episcopo traicotensi

Post obitum Wilhelmi presulis quidam
Conradus vigesimus secundus electus et
episcopus qui Henrici quarti cesaris
erat mitricus hic Conradus impe-
travit ab Henrico tertio Romanorum
rege dominationem orientalis Frisie quam
Manciones violentis abstulerunt a prin-
cipibus Hollandie Idem ergo Conradus
castrum ijelmonde contra Domicel-
lum Hollandie firmis firmis propugn-
aculis extruxit anno Domini M^o.

LXXVI.

Theodoricus Domicellus juvenilis aetate
florere verumans decrevit auxilio vitrici
sui Domini Roberti

Roberti frisonis comitis flandrie mar-
 ritus matris sue quam dicit post obi-
 tum patris sui Conradum episcopum
 in predicto castro circumvenire et paternam
 hereditatem suam cum potentia recipere

Conradus autem episcopus horum omni-
 um prescius commilitones et burgenses
 suos secreta legatione premonuit et ab eis
 sub die determinata matutino iuvamen
 expectavit Nec mora quin ad edictum Con-
 rardi pontificis copiosius aggregatus est
 exercitus cum vexillis fulgentibus et tu-
 bidis pestrepentibus. Hollandis autem
 e contra cum flandrorum balistariis
 Traiectensibus audaciter occurrerunt in sig-
 nis choruscantibus et bucinis fraganti-
 bus

Et ecce dies illa dies in quoniam electi pu-
 giles ceciderunt ab exercitu ^{ut supra} patris utriusque
 Demque post oblongum conflictum corri-
 erunt ex parte episcopi Traiectenses
 hic viri pugnatores acerrimi videlicet
 Gerlacus comes Lutphanie ultimus Lam-
 bertus prepositus Dauentienis volema-
 nus Sancti Bonifacii presbiter ineren-
 soldus Et Ghysbertus miles cum alijs
 multes armigeris audacibus scitarijs et
 burgensibus approbatis quorum amissionem
 totus Episcopalis exercitus nimirum dis-
 turbatus

rest, & regions populus
turbatus, ad naues inordinate discurrere
pro magna parte submersus est

Episcopus ergo Conradus cornens hor-
rorem crudelissimi belli vehementer
ingruere et ruinam sui populi violenter
inualescere turres ante dicti presidii communiter
studit et antemuralia balistarijs defendere dis-
tendit sed Hollandiam adiutoria Domini de
Arckel et Domini de Binckhorst per creber-
rimos ictus mangenarum propugnacula ca-
stri congruenter et flandri nichilominus
castrensibus a cacumine mirorum sagittis et
fundifulis abegerunt ita ut Conradus epis-
copus deinde necessitate coactus in
deditionem transieret et Hollandiam cum
castro Theodorico Domicello libere resigna-
ret

His itaque gestis idem Theodoricus Conrado
pontifici condignam exhibuit honorifica-
tam quem cum alijs captiuis annis soluti-
remisit ad civitatem propriam

Corruit autem in eodem conflictu Dominus
Euerardus Dominus de Binckhorst cum
pluribus electis militibus et balistarijs ex
parte Domicelli comitis Hollandie

Insuper Dominus de Arckel totaliter vulne-
ratus in eodem conflictu tanquam mor-
tuum

tuum cadaver nauigio ferebatur in Domini-
nis suo qui de hinc Langiensis de vulneri-
bus et plagis ibidem receptis obiit anno Do-
mini M^o LXXXII. Septimo nonas ianu-
arii sepultus in paterna hereditate

Joannes De Arckel

Ste Johannes Dominus de Arckel tertius
habuit in uxorem Margaretam filiam
illustris Johannis Domini de Althena

Theodericus vero Domicellus cum triumphali
victoria reversus ad comitatum Hollandia
duxit in uxorem itilhildem filiam prepoten-
tis ducis Saxonie de qua genuit florentium sic-
cedentem comitem et machtildem veniustilfi-
nam Domicellam

His temporibus scilicet anno Domini mille-
simo XCI^o. Theodericus comes quinto ka-
lendas decembris creatori reddidit animam
postquam annis XXX^a bellicose recessit
Hollandiam cuius uxor itilhildis decimo quar-
to kalendas decembris requiescit in domino
tumulata penes maritum suum in mona-
terium supradicto

Epitaphium Theoderici septimi
comitis Hollandie
Viribus

164
Viribus hand modicus situs est hic Theodoricus
qui pulsus patria vi credit in propria
Nam dux gibbosus puero fuit insidiosus
Sed ducis interitus fit iuveni creditus
Urbs traiectensis fulmen perit ipsius en-
- sis

Mortes multorum dum gemit omne fo-
- rum

Capto pontifice comes inclitus egit amice
Non quod vi poterat sed quod honoris erat
Hostibus iste gratias patrie tutissima claus
quem decedere bene verba statura gene
Juli quindenae te producente kalendas
que comitem rapiit mox lacrimosa fuit

7. He confirmavit spiritali privilegio om-
- nia jura et omnes donationes ab ante-
cessoribus suis antea monasterio egmon-
densi donatas insuper dedit Domino Ste-
phano abbati quinto prece Othildis comi-
tisse ecclesiam a Lemariensem cum mil-
tis decimis redditibus apud eundem lo-
cum iacentibus

De Huesden

Anno Domini M° LXXXIX° obiit Robe-
-tus nonus Dominus de Huesden habens in
uxorem Johannam filiam Domini De
Arckel ex qua genuit Baudemurum suc-
cedentem

cedentem Dominium de Huesden

De florentio octavo comite
Hollandie

Defuncto Theoderico comite florentius fi-
lius eius octavus Hollandie comes effectus
est, duxit in uxorem Petronellam Sotha-
rii cesaris sororem, ex qua genuit Theo-
dericum florentium Simonem ac had-
nigim. Hic florentius dictus crassus
statura fuit egregius plurimumque paci-
ficius, largus, elemosinarius, cunctisque pro-
ficius, et nemini nocivus qui progenito-
res suos in delicijs excessit et virtutibus
superavit

His diebus Guarardus episcopus ad festi-
cem sue recordationis memoriam super-
edificare proposuit in occidenta parte civi-
tatis sue canonicorum ecclesiam qui fun-
dum ad locum ibi reperit quod bases
pilulariorum stabilire non potuit fuit au-
tem in Lathamorum condortio quidam
friso pleterius nomine qui eandem eccles-
siam sub iudicio mortis fundare promi-
sit verum tamen immo deratum inde
Salarium exegit quapropter Encenys epis-
copus a filio prelati frislanis archanium
magisterii dedit, et inchoatam ecclesi-

am in honore Sancte dei genitricis virgi-
nis Marie magnopere condidit quam ob-
frem idem friso concepit invidia re-
aduersus episcopum premeditans qualem
ter eidem posset inferre mortis inte-
ritum.

Deinde anno Domini M.° XLIX.° dum
episcopus Conradus post missarum
solennia solus in domo recuberet et pri-
uata oratione cum deuotione legeret pre-
libatus friso viam iam oportunitate cul-
trum eduxit et reuerendum pontificem
instigante diabolo trucidauit

Hic pontifex annis XXV. regens Episco-
patum octavo Kalendas maii lamentabili-
ter occidit qui in eadem ecclesia per pes-
tue virginis Marie celeberrime tumultus
est. Eodem tempore Henricus quintus do-
tauit Traiecti sponsam suam quam
acceperat uxorem, filiam videlicet regis
anglie Hic etiam trucidauit interfecto-
rem venerabili ^(sic) Conrardi episcopi

Et sic Conradus obtinuit ab imperatore
Henrico tertio comitatum de Westergo et
Westergo pro ecclesia sua traiectensium
perpetuo possidendum

De Burchardo vicesimo ter-
tio episcopo traiectensi

Post interitum conrardi pontificis
Burchardus vicesimus tertius substitutus
est episcopus vir deuotus, pius, et pra-
cificus

Hic temporibus quidam Hildebrandus
cardinalis et apostolice sedis legatus de-
= venit in galliam, ut ibidem aboleret si-
monie perfidiam. Cum autem ipse Cardina-
lis aduersus diffamatum episcopum pro-
cessisset et idem episcopus testes ipsius ac-
cidantes precio subuassset, dixit idem lega-
tus, Cessat humanum iudicium prodi-
catur ecce diuinum oraculum cum certum sit
quod Episcopalis gratia donum sit Spiritus
sancti. Et si in emptione pontificii
non sit concursus simionis inagi dicat glo-
ria patri et filio et Spiritui Sancto. Si-
= moniacus ergo ab ipse formidine gloria pa-
tri et filio distente protulit verumta-
men Spiritui Sancto nequaquam pro-
ferre potuit sed postquam idem ab epis-
copatu destitutus fuit totum versiculum
sine obstaculo legit

Anno Domini M. C. XII. Burchardus
episcopus decimo quinto kalendas Junii re-
= gredidit

perierit in Domino postquam XIII. annis
 profuisset episcopo qui in ecclesia traic-
 tentem apud priores pontifices reconditus
 est. Ac eodem anno Rodolphus maior pre-
 positus a suis adversarijs contumeliter interemp-
 tus est.

Anno Domini M^o C^o XV^o. fundata est demum
 clarevallensis, cuius primus abbas Sanctus
 Bernardus erat.

De Hueden

Anno Domini M^o C^o X^o. obiit Baldewinus
 decimus Dominus de hueden habens in uxoribus
 Bartradam filiam Domini de Lipsia ex qua
 genuit Johannem succedentem Dominum de hueden.

De Godebaldo vicelimo quarto episcopo Traiectensi

Defuncto Burchardo presule Godebaldus na-
 one frisus XXIII. cathedralis est episcopus
 vir mansuetus prudens et religionis ama-
 tor precipuus. Nam et hic anno Domini
 M^o C^o XXI^o. superedificauit in palatib^{us} su-
 litudine de Aestbroeck Cenobium monacho-
 rum et monialium in Honore Sancte Ma-
 rie perpetue virginis et Sancti Laurentii
 preciosi martiris quod monasterium pro-
 ter

119
ter artam religionis oblerantiam diceba-
tur olim carcer ordinis. Ibidem enim con-
gregatio maxima fuit et rigor monasticæ
discipline secundum regulam beati ^{Benedicti} distric-
tissime publicavit

Hic etiam episcopus in regulares canonicos ha-
bitantes ⁱⁿ Hiddelbirch apud Malacriam prop-
ter inordinatam eorum conversationem expul-
sit et religiosus monachos ordinis premon-
stratensis de cenobio Sancti michaelis —
Andtverpiensi illic attulit

Anno Domini M^o. C^o. xxii. imperator Hen-
ricus quintus penthecostem apud Traiectum
celebrat. Ubique orta est sedicio inter armis
geros de re modica ut sepe fit, et usque ad
milites armatos pervenit, coque excrevit ut
imperatoris amici episcopum cum amicis
inter monasterium fugere compellerent
posterisque caperent alios etiam trucidarent

Ipse vero episcopus in monasterium cap-
tus et imperatori presentatus custodia re-
gie deputatur a quo ^{non} longo tempore in Tra-
iecto fuga clapsus soluitur. Omnia quæ
pe hec machinamenta civitatem Ghijberti
qui episcopum infestabat acta esse aj-
bantur qui postea iussu imperatoris decapita-
tur

Hic

Hic etiam temporibus Remis generale concili-
um celebratum est ubi de multis utilitati-
bus ecclesie definitum est

que et largam butiri et copiam ipsi mo-
nasterio dedit annuatim in elemosinam
transulit.

Hec autem comitissa Generabilis soror Ottho-
nis Ghelric anno Domini M^o CC^o XVIII. ii. idus
februarii defuncta est, et in Reijnsburgense
monasterio honorifice tumulata.

Wilhelmus autem comes post hec aliam
uxorem nomine Mariam filiam ducis
de Lancaster ex anglia superduxit et pa-
cis annis in hac vita supstet fuit.

Nam et idem comes anno Domini M^o
CC^o XXII. ij. nonas februarii creatori red-
didit

didit animam postquam annis xix belli
cole rexisset tam Hollandiam quam orien-
tales frisiā

Hic Wilhelmus ad prefatum monasterium
confirmiter adiectus est qui et ibidem cum
exequijs congruentibus inhumatus est

In civis Epitaphis hec me-
tra scripta habentur

Pompas mundanas animadvertens etc. ^(sic)

Anno Domini M^o CC^o VIII^o nata est beata
Elijabeth filia Andree regis ungarie

Post obitum Wilhelmi ^(spatio ita vacuo relicto) princeps
pater filius eius florentius III^{us} & III^{us} comes
Hollandie duxit in uxorem Machtildis
filiam Henrici ducis Brabantie que erat
matertera Sancti Elijabeth vidue filie An-
dree regis ungarie de qua genuit Wilhel-
mum Regem Romanorum succedentem
comitem Hollandie florentium presidem
Adelheidem hannonic machtildem heym-
bergie comitissas

His temporibus Otto Traiectensis episcopus
de jherosolimitana peregrinatione ^{reversus} sub ter-
ram suam bene placitam invenit qui maxi-
mis se discordijs immoluit

Otto

298
Otto namque Gelie plures quondam vasallos
habuit in terra Zelandie qui per villicos
episcopis graviter exactionati sunt adeo quod
in bonis temporalibus multum inopes effecti
sunt.

Quapropter idem comes homines Episcopatus
apud ~~Theloneum~~ ^(See) Lobet arrestitit fecit et
cum incolis Zelandie contra dictum iam Pon-
tificem conspiravit.

Episcopus autem auxilio Theodorici monaste-
riensis episcopi ac Hermannii fratris sui
copiosam congregavit militiam et exercitum
magnum, ut vicinas villas comitatus Ghebrae
potenter incenderet et rebelle vulgus de terra
Zelandie ^(See) victorioso confederet.

Econtra vero iam dictus populus eodem auxilian-
te comite penes Arkelo congregatus in aggere de-
crevit ~~omnibus~~ ^{omnibus} modis episcopis resistere. Sed
episcopus in fremitu buccinarum ac in sonitu
tympanorum adversus hostes viriliter aggressus
quosdam occidit plures cepit ac omnes alios cum
victoria profugavit.

Sic mora quiescit et idem episcopus duo fortia
castra que ~~erat~~ dicebantur omnino destruxit
Et tertium quod Buchort appellatur excapta
maiore turri favillatoni inflammavit quo-
niam eorundem castrorum profecti primis
tiam

tiāam suscitauerunt rebellionem et uniuersum
Zallandie populum ammarunt ad illicitam con-
spirationem

Comes quidem Gelrie pro victoria pontificis in-
dignatus Waltraudum Dominum Limburgensem
ac Henricum comitem Leynensem cum du-
bus milibus militum in ipsius auxilium inue-
tauit et florentium comitem nepotem suum
sibi complacere conquisiuit qui continuo
Leckam ascendit cum infinito quasi nauigio
et Episcopalem Domum cum villa gheijn hos-
tili conflagrauit incendio

Econtra vero dictus episcopus auxilio Gherar-
di Bremensis archiepiscopi fratris sui
Theoderici monasteriensis episcopi propinqui
sui ac Hermannii de Lippia Germani sui mil-
le equites aggregauit et aduersus ante dictos
principes intrepide bellum instaurare decre-
uit Sed ecce Dominus Conradus Portuensis
episcopus et apostolice sedis legatus ex imper-
rato superuenit ad locum certaminis suspen-
dens iam inchoatum prelium et de conten-
su partis utriusque tale promend arbitri-
um quatenus comes Ghelrie aduocatiam de
terra Zallandie beato Martino traderet et
episcopus eidem allodium Elstense, mon-
tisque sancti ^(Sic) Ediliae preposituris et va-
sallos exceptos in feudum restitueret

Comes insuper Hollandie pro ministeriali-
bus

his suis octingentas libras haberet ac eo Idem
 ecclesie Traiectensim manumissione facta li-
 bere resignaret

Anno Domini M^o CC^o XXV. commissum
 est civile prelium inter Egbertum profes-
 tum Groningie et Rodolphum castellanum
 locuocordie

Quapropter ^{dictus} episcopus in manu forte Gro-
 ningiam iit et pacificas treugas sibi iu-
 dicis mortis ab utraque parte seruari man-
 dauit sed Rodolphus abscedente pontifice
 castrum Egberti penes R^{ome} ^(S^{ue}) destruens
 potenter intravit Groningiam et infectis tre-
 gis Egbertum effugauit ad frisiā

Econtra quidem Egbertus de frisia copiosum
 eduxit exercitum ac oppidum Groningie gra-
 ui vallauit obsidione per circuitum qui
 tandem per diuersos adfultus ipsum oppi-
 dum in parte succendit et Rodolphum in pe-
 riculo mortis uix elapsum ad locuocordiam
 profugauit

Rodolphus autem illatum contumeliam
 motis omnibus bellicis stationibus, confectum
 aggregauit expeditos armigeros ac ipsum oppi-
 dum ~~et~~ hostiliter infestauit per affetus cre-
 berrimos sed ecce Dominus episcopus necessi-
 tatem oppidi sui festina relatione percipi-
 ens

261

ens aggregatis electis electis bellatoribus propo-
suit Rodolphum ab obsidione propellere vel
castrum concordie cum tormentis potenter eue-
tere

In civibus adiutorium Gerardus comes Ghelrie
Johannes Dominus de Arkel cum ⁽³⁰⁾ hoberno de
Arkel filio Hughonis boter de cum multis
proliatoribus personaliter advenit qui consi-
militer florentius comes Hollandie robustam
militiam destinavit cum predicto Domino de
Arkel

Theodericus clivensis et Baldewinus de Bentham
comites sibi presterunt manuale subsidium
episcopi Poloniensis et monasteriensis trans-
miserunt eidem adoptatum auxilium ex
quibus omnibus per pulcher exercitus apud
Anem aggregatus est ubi Dominus Episcopus
plus fides castris per diem cum antedictis
principibus plerumque gaudens est qui dictan-
te principum sententia Rodolphum a bonis
suis ibidem proseripit ac in omnibus adve-
toribus suis plenam indulgentiam predicavit

Rodolphus vero perpendens episcopi magnam
potentiam dissolvit obsidionem ab oppido
Groningie qui continue castra sua vexit pro-
pe villam concordie premeditans quod la-
tissima palus situata foret in medium

Altero vero die cum ^{emancipatis} radijs aurore
iubar accresceret Dominus de Ghore beati
martini

martini vexilliger in clangore tubarum et
 stridore tympanarum cum electis antecessit
 armigeris quem totius exercitus subsecutus
 est et cum diversis armaturis bellicis et ecc
 pugiles Episcopalis exercitus primam gubernantes
 aciem armorum ^(sic) sarcina pregrava
 ti paulatim in ipsis paludosis locis prochi
 dolor viii submersi sunt qui non solum a
 trentonibus verumetiam a mulieribus mi
 sero mortis genere crudeliter interempti sunt

Ceteri quidem plerumque sauciati per repente
 nam fugam ab hostibus vis elapsi sunt

Rodolphus autem cum quibusdam equiti
 bus tota nocte fugitivos insecutus hostes vic
 tualium apprehendit magnam copiam qui
 cum multis captivis gloriose reversus est ad
 Louordiam inter quos principales erant Ge
 rardus comes Gelvie Ghijselbertus Domi
 nus aemsterlandie et Theodericus frater Epis
 copi prepositus Daventriensis

Dominius autem episcopus in palustri loco
 captus est qui ibidem per diversa tormen
 torum genera diu martirisatus est Nam
 atroces ^{cum} carnifices coronam suam cruentam
 carne gladijs acutissimis abraderunt quem
 demum post multa opprobria sub ipso die
 kalendas Augusti mensis in locis immundis
 sinitis concularunt

Ceciderunt

Ceciderunt autem in ipsa conflictu cum episcopo suffocatis submersi et trucidati Dominus de Arkel cum nepote suo et multis suorum amicorum nichilominus cccc milites et armigeri bellatores egregii inter quos Barnardus de Florstmania miles valde strenuus et theutonicorum omnium famosissimus super clipeum suum aliquando sustentatus paludibus vadis demum immergus est verumtamen antequam interijt horrendam stragem in adversos hostes operatus est.

Otto quidem Episcopus a locis palustribus clam abstractus cum ingenti fletu tam cleri quam populi tumultuatus est in ecclesia Traiectensi quam XIII annis egregie recit et contra raptores hostes usque ad mortem strenuissime defendit.

Corruit autem ut supra dictum est in eodem conflictu egregius et illustris Dominus Johannes Dominus ^{qui primus} de Arkel fabricavit magnificentium et invincibile castrum de hokelem Sed filius suus Dominus de Arkel consummatit in super idem hic Dominus emit Dominum de Asperen, a Domino Gerardo Domino de Asperen, filio solperti Domini de Asperen

244
ren fratre suo contradicente Cui successit
in Domino de Arkel egregius et miles stren-
uus filius illius primogenitus Johannes
qui dicitur adhuc vivente patre in uxorem
Mariam filiam illustris comitis de woer-
burch cuius mater fuit filia comitis Ot-
thonis de Bentheim, quique comes de Bentheim ha-
bitit ibi paternatus ex comitatu Hollandie
quoddam parvum Dominium contiguum Do-
minio de Arkel situm super fluvium merwe-
da cum villa dicta wölfaria in quo habuit pa-
parvum sed forte presidium in eodem loco in
quo nunc est turris cum ecclesia oppidi Go-
rinchem.

Circa quod presidium morabantur quidam
piscatores eo quod fluvius dictus Merwe-
da cepit ibi fluere et defluere propter infunda-
tiones fluvij sine fluviorum mole et vale-
qui wala apud Tjuelam restrictus fuit ne an-
tiquum circuitum in longa aqua dicta die lin-
ghen de cetero haberet et molea impeditus fuit
similiter et interceptus ne precipitem circuitum
et solitum haberet qui omnes insimul
conveniebant prope idem presidium
Et quia idem piscatores dicebantur miseri
peccatores theutonice ghorkens, ideo oppidum
postmodum dicebatur Gorkom nunc vero
Gorinchem

Sed postquam hic idem iuuenis primogeni-
 tus emplit industria et consilio patris sui
 adiutorio comitis de verneburgh erga Ottonem
 comitem de Benthem idem Dominium prece-
 pit incolis siue villanis de wolfaria domos
 proprias infringere et adiutorio suo siue sub-
 sidio eas circa predictum presidium siue
 fortalitium in modum ciuitatis locare et
 presidium illud mutatum consecratumque
 fuit in Domum dei siue in ecclesiam pro-
 chialem et adducta sunt omnia ornamenta
 cum imaginibus ecclesie de wolfaren in eadem
 ecclesia de gorinchem et de lapidibus et edificio
 ecclesie de wolfaria constructa fuit et ornata
 ecclesia ghorinchem^{ensis}.

Quod oppidum idem iuuenis Dominus de Ar-
 kel munit et valde fortiter munit et
 presertim ad partem occidentalem versus
 Hollandiam cum muro forti et alto et

x. magnis turribus demptis alijs tur-
 ribus qui progressu temporis per girum
 edificate fuerunt

Insuper edificauit in orientali parte eius-
 dem nouelli oppidi fortissimum et regale
 pallatium siue castrum totius Domini de
 Arkel et dicebatur quod non erat sibi simile
 in tota Almania siue Germania ^(sic) eius alpe in
 quo

quo loco deinceps idem Dominus de Arkel ceterique
sui Successores Domini de Arkel moram
traxerunt dicebaturque postmodum palatium
sive curia de Arkel

Item anno Domini millesimo ducentesimo viginti
tercio primo obiit Beatus Dominicus institutor
ordinis predicatorum gloriosissimus

Gerardus Comes Geldrie

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo
secundo Gerardus comes Ghelrie filius Ottho
nis impetrauit a Frederico imperatore secundo
et rege Sicilie quatenus Theloniā quod tam
pater suus Ottho quam ipse apud Aernhem
in feodum tenebant posset transferre in
villam Lobeke quod imperator ei prompte
sibi dedit propter fidelia seruitia sibi impensa
Eandem etiam gratiam Henricus septimus et
Wilhelmus primus imperatores postea con-
firmaverunt

Item Anno Domini millesimo ducentesimo
xxxviii. Gerardus ^{comes} ~~Abbas~~ Ghelrie eruit ab
abbate Conrado et Capitulo in Aestbroeck
omnia bona quae habebant in ghent quam
venditionem Henricus Rex Romanorum confir-
mavit

Item Anno Domini millesimo ducentesimo

XXVIII. abbas in file Beate Marie et concen-
 tus resignavit curiam suam in zandwenden
 et ad construendam ^(sic) ibidem monasterium mo-
 nialium quod eodem anno ibidem inceptum est
 per quandam nobilem matronam Dominam
 de Mithuijden

Et anno sequenti XVI kalendas iulii confirma-
 tum est a willibrando episcopo Traiectensium

Eodem anno decimo septimo kalendas Augusti die
 Dominica canonizatus est beatus franciscus a
 Gregorio nono cum omni consilio suo

Item anno Domini millesimo ducentesimo XXI
 in crastino XI^m virginum obiit Gherardus co-
 mes Ghelrie et Otto filius eius huius nominis
 secundus comitatum suscepit

Item anno Domini millesimo ducentesimo tri-
 gentesimo ~~tertio~~ ^(sic) in festo sancti Mathei apostola-
 obiit Ricarda de Nassauwen uxor Gerardi co-
 mitis Ghelrie

Haec enim Ricarda comitissa Ghelrie edificauit
 monasterium monialium in ruernunda
 et erat prima abbatisa eiusdem claustrum et
 comes Ricnaldus Ghelrie edificauit in ruere-
 munda monasterium fratrum minorum

268
Item anno Domini M^o CC^o LXXIII Goeshwinus Do-
minus de Borne accepit Dominium suum de
borne cum omnibus suis attinentijs in feodum
ab Otthone comite Gelrie Ita quod dictus Goe-
swinus ^(sic) servari debet comiti contra universos
excepto comite de loss cum suis heredibus

De Arkel

Ille Thienus Dominus de Arkel qui construxit
= sit opidum gorinchemense impetrauit a Domi-
nis theitonicorum villam de Scaluijen
cum superiori Dominio et incorporauit Do-
minio de Arkel quam villam tunc pri-
mus dederat illustri Dominus de Athena
predictis Dominis theitonicis

De Willibrando de oldenburch tricesimo quinto episcopo Tra- iectensi

Occiso sicut ante dicitur Otthone pontifice
Florentius Hollandie comes cum ceteris prin-
cipalibus ecclesie vasallis Traiectum aduenit
qui pro suo consanguineo Domino willebrando
padeburchensi pontifice filio comitis de olden-
burch supplicatorias preces fudit

Cum autem universale Capitulum deliberatio-
nem

nom super hoc caperet ut deuotas instantias
 eiusdem comitis admitteret, ecce comes Gelric et
 Dominus aemsterlandie letaliter vulnerati et
 per breues inducias a prisione dimissi re-
 cumbentes incul^{ci}tr^(sic) dilati sunt in capitulum qui
 plangendo deprecabantur ab ecclesia sue redemptio-
 nis auxiliium

Quibus visis uniuersus clerus amare lacrima-
 tus est et dolor totius populi de noxa pontifis
 cis non immerito renouatus est.

Quamobrem ^{idegm} Dominus Willebrandus padelbur-
 = nensis episcopus tanquam idoneus uindice
 postulatus est episcopus uir constantis animae
 et ingenii

Sed quoniam idem willebrandus fuit illis
 diebus in Italia partibus et occupatus assidue
 negotijs imperialibus Ideoque discreti uiri trans
 alpes festinanter emisse sunt, ut eidem episcopo
 de nouo pontificio nouam famam defer-
 rent et postulationem ecclesie Traiectens^{is}
 in Romana curia presentarent quod et factum
 est Nam Dominus papa Gregorius
 huius nominis 12. de consilio fratrum
 suorum notum et dilectum sibi willebran-
 di^(sic) de padelburo Traiectum transiit et cum
 apostolica benedictione uersus patriam honeste
 remisit

Idem ergo novus pontifex in Traiecto pro tri-
 bunalis sedens dictante sententia principalium
 vasallorum comitem Gelrie cum ceteris
 captivis a prisione castellani kœuordenses
 absolutum esse iudicavit quoniam idem cas-
 tellanus tanquam proscriptus grassator et
 exlex suum verum Dominum indigna mo-
 te pridem occidit qui continuo tam de ^{protesta} ~~papales~~
 te propria quam de frisia per papales
 indulgentias copiosam duxit exercitum quem
 adversus kœuordenses et trentones in sex ~~ter-~~
 turmas divisit et ordinavit ad prelium.

Econtra vero predicti populi sex cuneos sta-
 tuerunt in girum ad resistendum episcopo
 ita quod terra ^(sic) eorum nullus intrare possit
 absque gravitate dispendio sed episcopus ut
 vir imperterritus adversus hostes ex omni
 parte circumnivent plures sibi resistentes
 contrivit, quasdam villas incendit ^{et} idque ad
 opacam noctis umbram diffugientes hostes
 et adversarios profugavit Mane de hinc fac-
 to cum garrulus volatilium annunciasset
 adesse diluculum kœuordenses cum trentoni-
 bus metuentes episcopie magnificentiam dus-
 tis obsidibus obtulerunt semetipsos ad gra-
 tiam quos idem episcopus in deditorem benigne
 suscepit et per consequentes condiciones a sen-
 tentia maledictionis absolvit videlicet ut Rod-
 phus

phus castellanus bouordie castrum libere
 traderet episcopo Insuper Jurisdictionem
 trentonie beato martino proprietarie redde-
 ret, tria milia mercarum pro diuersis
 damnis ~~ex~~ solueret centum armigeros in Licio-
 niam mitteret atque monasterium piella-
 rum ordinis sancti benedicti de xxv pre-
 bendis dotando costrueret

His ita gestis peractis episcopus castrum La-
 re funditus destruens et castrum bouordie
 fideli custodia muniens coadiutoribus ^{suos} cum
 gratiarum actione valedixit et ad festiuitatem
 beati martini Traiectum honorifice prope-
 rauit

Sed ecce Rodolphus amar poles se castrum
 episcopi resignasse et a villicatione tren-
 tanice terre se omnino destitutum esse cor-
 rupit unum de castrensis pro quadam
 summa pecunie quatenus sibi castrum tra-
 deret oportuno tempore Nec mora quin
 ciuotus quasi castrensis cum traditore
 villam ingredientibus Rodolphus infra su-
 burgium latens portem extemplo preoccipa-
 uit portam ulterioiorem intrauit castrum
 dolose cepit custodes intraneos occidit et eun-
 de totam municionem suo satellicio commu-
 nit.

Episcopus autem ex amissione (castrum nimi-
 (sic) rum)

252
rum) turbatus castellum hardenberch pre-
cepit contra fulciri et generalem expeditionem
nem adversus korordenses et trentones
proclamari

Igitur anno Domini millesimo ducentesimo
vicesimo octavo, cum iam tota palus ex gelida
rigore foret ubique peruia Dominus epis-
copus validum eduxit exercitum in trentonem
sperans altera die turres et mœnia castri
korordensis cum dederit ingenijs atterere
et omnes inimicos suos in eo simul apprehen-
dere sed spes hec omnino frustrata est quia
niam eadem nocte ventus validus cum
nymphe maximo de repente cadens in tan-
tum attenuavit nivem et glaciem ut totus
exercitus divulsus ibidem ingenijs ad partes
~~ijhelmas~~ ^{ijhelmas} necessario retrocederet et episcopus
post iterum predicanda papales indul-
gentias ad Frisiam profectus tenderet Su-
perveniente demum estate Rodolphus
obtentis saltem XV dierum treugis triun-
abatium de Frisia servare conprimisset
arbitrium de omni fore facto quod ha-
tenuis inualuit inter ipsum episcopum
Durantibus itaque treugiarum inducijs
Rodolphus castellum hardenberch adiit
et de compositione pacis cum episcopo tra-
tare cepit

De civis aduentu Dominus episcopus ple-
 rumque stupens cum admiratione cepit in-
 quirere. cur inter omnes capitales inimicos
 suos unum ^{an} totum ferius comite solidus audis
 esset accedere. Et ecce castrenses obstante
 pontifice sepe dictum Rodolphum tanquam
 exilem de conclavi violenter abstraxerunt
 quem cum Henrico de Grauesdorpe dire
 Rotatum in stipitibus exaltarunt

Interca populus in terra Traiecten~~tem~~
 tumultuare cepit alteritrum id de die
 in diem pateret ad bellum aut incendiū
 pro quo Dominus episcopus Traiectum
 iussit excitationem de nece Rodolphi palam
 omnibus fecit et per auxilium comitis Hol-
 landie inter ministeriales discordes pa-
 cis amicitiam reformavit

Anno Domini M^o CC^o XXIX^o Gerardus co-
 mes Gelvie obiit et huiusmodi longa et dura
 fuit

Anno Domini millesimo ducentesimo tri-
 cesimo primo prophana gens trentonica
 recollectis interim innumeras bellatoribus
 obsedit Groningiam Et Egbertus preses
 ecantra portas armipotentes aperiens oc-
 cidit aduersariorum suorum magnam
 copiam qui curruis et victualia cum
 sexcentis

Sexcentis equis ibidem apprehendit et alterna
die plures villas in trentonia conflagravit

Episcopus autem super his plurimum gaudium
suis fecisset ad frisiam et ibidem per
papales indulgentias eduxit iam tertio gentem
maximam cum qua trentoniam potenter in-
troiuit et villam boicordie cum suburbio
castri prostratis incendit ubi quibusdam armigeris
plurimos equos arma vestes ac victualia pro-
diderunt quinimo parvulos et mulieres appre-
hensos crudelissime trucidarunt

Advesperascente denique die totus Episcopalis
exercitus trans paludem admunitionem ver-
sus Anen reversus est, et ibidem in magni
gloria cum obtenta preda mirifice jocundatus
est matutina de hinc exorta luce pontifica
lis exercitus cum tubis frementibus et
signis irradiantibus paludem transiens pro-
peravit ad oblidionem castri boicordie sed
ecce trentonum innumerales copie prete-
rita nocte clam intraverunt eiusdem castri
presidium et ab alia parte frisones Mo-
nasteriensis diocesis cum trentonicis in ma-
na prerogativa parati stabant ad prelium
frisones etiam Traiectenses diocesis auxi-
tores episcopi condimiliter hesternae die
deiecti

delicti sunt. Quapropter et trecentos similiter
 animati sunt ut in manu forti locor-
 diam audacter accederent et adversus
 Episcopalem exercitum sine mora confligerent
 Sed episcopus attenuatis expensis versus cas-
 tellum herdenberch retrocessit. Stipendiaris
 suos dissoluit coadiutoribus suis vale dicit
 et castra sua cunctis necessarijs adimplevit.

Circa haec tempora quidam iudeus in hispa-
 niam comminendo russem propter vene-
 am ampliandam, reperit in solida canca-
 nitate lapideis libris habentem folia lignea
 conscriptum tribus linguis scilicet hebraica
 greca et latina singillatim in hunc modum
 Christus dei filius ex maria virgine nas-
 cetur, qui pro salute generis humani
 patitur. Quo lecto iudens ad fidem Christia-
 norum conversus est et cum tota familia
 baptizatus.

Anno Domini millesimo ducentesimo tri-
 cesimo octavo vij kalendas augusti willebran-
 dus episcopus in Swollis adimplevit vite
 terminum postquam annis octo Traiecten-
 sem crevisset episcopatum qui demum
 translatus in monasterio sancti seruatij
 Traiecti honorifice requiescit Nam ad eius
 dem

296
dem ecclesie fundamentum principale lapide
iecit

Hic willebrandus cum adhuc padenburgen-
sis esset episcopus bis ad terram sanctam
profectus est ob imperiale negotium ubi
diebus illis frequenter expertum est quoddam
speciale prodigium

Ac civitate namque chartendi ad duas distas
prope tybam mons quidam magnus stetit
natus est qui ab incolis illius terre mons
satorum dicitur Nam quicunq; sex septi-
manis ^{sejunasset} et exinde confessus communionem
accepisset et sic solius predictam montem
ascenderet procul dubio fortunam prosperam
inveniebat

Predicatus ergo willebrandus episcopus in
verbo veritatis asseruit se vidisse quen-
dam militem apud anthiochiam qui pre-
dicto modo montem illum ascenderet ad
inveniendam fortunatam gratiam

Hic itaque miles in cacumine montis quod-
dam mensale diversis cibarijs adimple-
tum invenit quod sibi saepe familie
diurnatim larga victualia ministravit

De Otthone de Hollandia tricesimo sexto episcopo Traiectensi

Cum itaque Traiectenses ecclesia post obitum Domini willebrandi presulis pastoralis vigimine viduata foret et generale Capitulum ad electionem novum pariter convocatum esset, Ottho de Hollandia huius nominis tertius per invocationem Sancti Spiritus XXXVI concorditer est electus episcopus vir illustris de regali stirpe progenitus

Hic Ottho post obitum patris ascriptus fuit ad titulum militie suscepit que de manu fratris sui Danationem orientalis Frisie. Id igitur Ottho militie cedens et pontificium acceptans pauperum inuenit episcopatum, infentes quasi debitis inuolutum tunc propter fluctuosam aggeris irruptionem Sed diuina disponente misericordia iam dictus episcopus ¹⁵⁴⁰ patrimonii sui possessiones in Hollandia vendidit debita soluit castra repetijt totumque pontificium ficit dux temporalis longo tempore gubernauit

propter assiduam
Frentonicae gentis
rebellionem nec
non et

Ad cuius etiam deuotam supplicationem florentius

250
Florentius comes Hollandie frater eius
fortissimum aggerem ab Ameronghen
usque Scherhoeviam construxit et ad perhemer
lauidis suae memoriam episcopatus mult
ta commoda fecit

Hic florentius comes anno Domini mill
lesimo ducentesimo tricesimo quarto cum
Henrico duce Brabantie et Theoderico
comite clivie iussu Domini Gregorii
pro noni terram Scadinghen bremensis
diocesis cum viris mulieribus et parvulis
omnino depopulatus est pro eo quod
idem populus expulsis sacerdotibus et cl
ericis ad propheantiam sectam idolatriae
versus esset

Cuius igitur certaminis causam et occasi
onem breuiter proposuimus tangere et quare
predicti principes hanc terram inuaderunt
explicare. Contigit itaque mulierem quanda
nobilem et in dicta patria cuiusdam mi
litis uxorem in die Sancte passche obla
tionem denariis insufficientiam stulto no
timuit mirrurare Completo autem ex
more officio dicta nobilis mulier cum
ceteris ad communicandum progreditur

Ad manum sacerdotis
facere, qui contra
eam propter denari
am

cui a sacerdote stultissime non oblata
 dominice corporis hostia sed denari-
 us pro ipsa oblatus presentatur qui
 claudis ab ipsa oculis cum summa devo-
 tione suscipitur quoniam veram suscipere
 eucharistiam credebat

Illa vero masticare incipens et in mal-
 ticando duritiam sentiens dolore tangitibus
 mente confunditur metuens propria
 peccata causam existere quare susceptam
 a sacerdote statim non poterat de glu-
 tione hec itaque clauso ore ab ecclesia subito
 recedens nec non cum festinatione ad
 hospitium veniens lintheum mundissi-
 mum accepit et in illo — illo quod
 susceperat apertis labijs reclinauit quia
 mox viso denario magis timuit quoniam
 in paschali gratia proficere desperavit

Huius Induper tristitia pallidante
 et Colosse. faciei immutatae sunt Difficile
 enim quod corde gemitur vultu non cer-
 nitur Ecce vir nobilis dicte videlicet con-
 fimgatus prope domum aderat qui faci-
 em conjugis mutatam solito percuncta-
 batur unde et ipsam severus studeat inspicere
 et causam tristitie inquisivit cuius pati-
 tionem varijs negationibus nititur flectere

200
re et uultus imaginem excusare

Porro prefat^a militis matrona corda
virum excusationibus declinante ipsoque
questionibus circumstante ipsa ad confes-
sionem compellitur Diciturque tenor co-
ram viro per singula denodatur qui audi-
to negotio sepe dictam iubet refici et dolo-
ris materiam a mentis sue terminis
Elongari Et quoniam sepe dictus pres-
biter in eius ecclesia erat, vicarius si-
bique extitit prelatius, dictus miles ma-
jorem suum studet allicere et in eius
presentiam dictę negligentię accusare
Quorum utriusque non ad emendationem
humiliter fletitur sed verbis minus de-
centibus contumaciter elevatur

Quapropter dicti^{us} militis iracundia
magis accenditur ad amicos proceditur
quorum consilio dictus presbiter suffo-
catur Quo facto dictus miles ab ecclesia
ad emendationem impeditur excommuni-
cationem subditur et hec omnia ab
episcopo amicorum etiam consilijs prorogantur.

Prefato itaque milite anno et amplius
in damnationis sententia perdurante
totaque illius patria ipsium in stultitia

tia confortante tandem provinciæ illæ
 ad tantam ^{erit} ~~per~~ ^(sic) venit demeritiam, ut hereti-
 cam paternitatem sumerent et prochdo-
 lor unusquisque in prefata terra nep-
 tem, aut quod pæpis est sororem vel
 ipsam in matrimonio duceret genitri-
 cem

Induper etiam quod nefas est homines
 predicti non ita ^(sic) ratione reuerti sunt
 ad ydola vana ^(sic) furda et multa perpetrando
 ydolatriam peccantesque cum dijs alienis. Igi-
 tur parum curabant de mandatis summi
 pontificis et imperatoris miserat enim
 ad eos Dominus apostolicus legatum cum
 multis sacerdotibus deuotis et honestis
 pro conuersione eorum Sed illi pesti-
 naciam in malitijs ostendentes apprehen-
 derunt eos et contumelios affectos occide-
 runt Igitur diete transgressionis domi-
 no apostolico Gregorio nouo rescribuntur
 A quo ad breuiensis archiepiscopi instan-
 tiam qui etiam personaliter aderat
 omnibus dicti militis patriam infestan-
 tibus transmarina indulgentia tribui-
 tur crucisque ignominia contra illam
 publice predicatur Sic itaque a dictis
 principibus ad sepe dictam terram ma-
 nu armata tenditur que per ipsos

licet non gratis in maiori parte ^{destituta} ~~tenetur~~
quæ perhibetur

De Huedden

Anno Domini millesimo ducentesimo
tricesimo quinto obiit illustris Johannes
XVI^o. Dominus de Huedden habens in
uxorem filiam comitis de Verrenborch
ex qua genuit Johannem succedentem
Dominum de Huedden et Dominum
Johannem de Veer. Iste tribus vicibus

ita a m. 2. correctum. ^{a prima manu scriptum} obiit in terra Sancta et in tertio itinere
erat, in tertia regna obiit in Arkel

Eodem anno florentius comes principis
im-perterritus multa tirocinia per
diuersas terras et prouincias frequenta-
uit de quibus preconium laudis gloriose
ius acquisiuit

Comitissa vero claromontensis sparsim
sua probitatem eiusdem principis fre-
quenter audiens infra secreta cordis sui
assidue meditari cepit qualiter electum
comitem faceret ut aspiceret de quo tot
militares probitates frequenter audie-
rat que tandem archanius hoc conditi-
lium adinuenit et maritum suum

Blandis

blandis suggestionibus instigavit ut so-
 lem nem curiam in alimannia preconiseri
 faceret. In qua et idem tanquam veteranus
 militie federot, sciens pro certo quod Hol-
 landie comes illic venturus esset cum pro-
 ceribus germaniae pro acquirenda sibi laude
 militaris glorie.

Igitur idem comes florentius associato sibi
 comite de elio magnificis expensis illic
 affuit atque titulum sui nominis dila-
 tare voluit qui et magister militum ibi-
 dem ab alemannis electus est.

Et e contra Dominus de Nigello gallicane
 militie princeps institutus est nec mo-
 ra, quin ordinatis aciebus ab hestroni-
 bus electi milites utriusque partis congre-
 santibus ^(sic) vicinis, per strepentes timpe-
 nis choruscantibus vexillis ac emicantibus
 gladijs perniscie conglobati sunt conten-
 dentes propter laudem inanis glorie. Sed
 Hollandie comes exercitatus in huiusmodi lu-
 do preictus excellenter elaboravit pro
 palma triumphalis glorie Nam et idem plu-
 res gallicanos milites eiecit adversas cohortes
 dispunxit et alemannis hinc inde grava-
 tis oportunum auxilium attulit.

Comitissa vero claremontensis precipuam
 probitatem

204
probitatem florentii comitis ab altitudine
turris procul intuens et gloriam sue lan-
dis ubique preconisati ~~per~~ ^{ans} ~~cipit~~ ^{utrum} ex
magno dilectionis affectu sepius a viro ce-
pit expectere quatenus Hollandie comitem
inter equestres huncos sibi vellet ostende-
re quod tandem ipse comes pro ingrato
recepit et uxori sue nobili torius aspec-
tibus sic respondit Scis quoniam ex abun-
danti discordis os loquitur et Hollandie
comes amore tui fractus. Ecce tuius ama-
liis, hic princeps est scyllium qui fert
aureum leonem habens rubrum quem
ardenti desiderio multo ~~stient~~ ^(sic) adoptasti
videre visum sed ~~vult~~ Dominus quo-
niam et in vespere videbis extinctum

Cornitissa quidem amabilis marito sui
fellitum agnoscens animum, satagebat
Hollandie comitem per secretum ~~mini-~~
re nunquam Sed claremontensis comes
quamquam decrepitis arma protinus
induens gallicanos sibi milites adiunxit
et cum Domino de Nigello florentium
comitem fulmineis ictibus ex omni per-
te vallavit

Florentius autem horum omnium
inducis adversus gallicanam multitudi-
nem

nem solius inquantum potuit egregie
 restitit et plurimos eum hostiliter
 impugnantes virili probitate respulit
 Donec tandem claremontensis comes in
 florentium violentes irrueret et eundem
 in corbrata ^(sic) XIII kalendas augusti cru-
 deliter interimeret

Comes vero eluendis cum thetonicis per-
 niciter adiulans comitem claremontensem
 in vindictam sui agnati recenter occisi
 occidit Et Dominum de Niggello ab eodem
 tirocinio profugavit et ecce iocosum tiro-
 cinium conuersum est in exilium pre-
 lium

Comitissa vero claremontensis remi-
 niscens quod florentius comes innocen-
 ter occubisset et quod ipsa principalis
 causa sue necis esset pro nimia cordis ama-
 ritudine~~is~~ mentis alienationem sustinuit
 et seipsam de cacumine turris precipi-
 tare voluit qui de hinc in incurabilem
 morbum quam medici amores dicunt ^(sic)
 incurrit et post modicum intervallum
 temporis ab hoc seculo transmigravit
 Porro corpus electissimi principis per
 alemannie proceres ad reynsburgense ce-
 nobium deuectum est quod ibidem ligu-
 ribus exequijs inhumatum est

Hic florentius floride fuit etatis, excellen-
ter gratiosus inter omnes primates alle-
mannie qui duodecim annis strenue pro
bitate comitatum rexit Hollandie

Post cuius obitum Otto Traiectensis epis-
copus Wilhelmius Hollandie domicellum
in tuitionem consimiliter et comitatum
eiusdem in gubernationem suscepit

Per cuius potentiam idem episcopus
trentones deiecit Baiordenses subegit et
terram eorum nemine resistente quando
voluit intravit Dominus autem ^(sic) Niggello
per quosdam amicabiles inter nuncios ei-
dem episcopo reconciliatus est ut colle-
giatam ecclesiam in eodem campo quo
frater eius dudum interemptus est fabri-
caret

Hic ^(sic) enim tempore floruit sancta Elisabeth
in regno celorum vidua electa et relicta
Ludovici thuringie lantgraviie ^(sic) etc. que
habuit adhuc super se in vita in camera
sua ymaginem gloriose virginis Mariae in
cuius presentia orare consueverat quam
sancta Elisabeth legavit in vero testa-
mento machteldi comitissa Hollandie
matertere sue quam ymaginem comi-
tissa Hollandie contulit ^{Hollandie}
prochial

prochiali^{de} t. Sgraüensande ubi in hodie
num diem pluribus miraculis claret

Anno Domini millesimo ducentesimo
tricesimo quarto obiit Beata Elisabeth
vidua filia regis ungarie etc.

Maachteldis vero soror, ^{guilelmi Comitis. (ita a m. 2. Septembris)} et filia florentie
occisi comitis comitissa de heijmenderch
videns quodam tempore unam verecundam
pauperem et inopem mulierem cuius
maritus nuper defunctus erat ostiatim
mendicantem atque super brachia sua duas
proles quas uno partu ediderat ratione
questus gerentem quam videns prodigiosam
comitissa increpanda sprexit eam, alle-
gans in properando et confundendo illam
non fore possibile unam mulierem pos-
se uno cotu ab uno viro concipere plusquam
unam prolem Et cum honesta pauper cu-
la in contrarium se excusandam de in-
honestate, adeo hoc bene posse fieri, illa
non credens ignominiose et probose re-
iecit eam a conspectu suo Quare pauper
cila deuota oculos suos largiter lacriman-
do eleuans ad celum precijt at Domino cui
omnia possibilia sunt ut ipsa conciperet
a comite suo tot proles quod sunt dies
in anno quod et factum est nam ver-
ba

ita a m. 2. correctum
a m. 1. scriptum erat
penetrantes.

ba pauperum pondus habuerunt atque
deprecatio siue imprecatio ipsius penetran-
trantis celos ante conspectum altissimi
qui non est personarum exceptor

Comitissa igitur concipiens ab illustri
comite marito suo gravida descendit ad
Hollandiam qui in tantum adueniente
tempore partus gravida intumescebat
quod nemo sibi similem unquam vi-
disset vel audivisset Et quia filia comi-
tis Hollandie fuit, Otto episcopus Tra-
iectensium misit ibi suffraganeum suum
apud eam ut dum ipsa pareret statim
cum honore prolem baptisaret

Reperit igitur hec ^(sic) divina comitissa tot
proles iuxta imprecationem pauperu-
le mulieres ^(sic) quod sunt dies in anno vide-
licet III³ & IIIII quas omnes vivas et in om-
nibus lineamentis corporum distinctas
et perfecte natas baptisavit episco-
pus diocesanus cum admiratione
omnium in villa Loesdimen

Dum itaque omnes proles baptisate
fuerant moriebantur statim

Quapropter comitissa mutato illo casu
tro illo de Loesdimen in abbatiam con-
Sensu

Lentis comitis Hollandie fratris sui et
 patris ibidem recondite sunt in simul
 omnes ille proles cum sarcophago pulchro
 in perpetuam memoriam Ipsa autem
 in se reuer^(sic)ta genitris humiliatit se con-
 ram omni potenti deo deprecand die ac
 nocte veniam de perpetrato scelere in
 pauperem mulierem quam et post
 modum cum prolibus ditavit benigne

f penitus

que adhuc diu superuivens obiit anno
 Domini M^o CC^o LXXVII sepulta in boreali
 parte eiusdem abbacie Sancti monia-
 lium in Loefdiunen apud predictas
 proles suis

Sed anno Domini M^o CC^o ^(sic) LXXVII. xi. kalendas
 Januarii machtildis comitissa Hollan-
 die mater predictae machtildis decessit
 a peregrinatione presentis seculi que
 etiam tumultata requiescit apud puellas cister-
 cienses Loefdiuensis monasterii quod ip-
 sa pro remedio ~~peccato~~ ^{peccatorum} suorum et
 filie sue de^ute construxit et adiectis fructibus
 honorifice consummavit

De illustribus Dominis de
 Arkel

Anno etiam Domini M^o CC^o XLI. xv. ka-
 lendas Julii obiit Johannes illustris octavi
 eius

Dominus de Hokelem duxit in uxorem
filiam nobilis Domini de Huedden ex qua
geniuit duos filios videlicet Johannem
et Otthonem Johanni itaque successit Do-
minium de Hokelem cum ceteris Domi-
nijs Otthoni cessit Asperen & Ackoij

Insuper a Johanne secundo Dominus de
Hokelem natus fuit et genitus primus
Dominus de Leydenberch sicuti a primo
Domino de Asperen descendit Dominus
Herbernis primus Dominus de Ackoij et
omnes ferebant eadem arma de Arkel
sub diuisa p^{ta} quod Dominus de Arkel
merito tanquam Dominus et cap^(s)us
omnium ipsorum libere gereret paterna
arma

Dominus de Hokelem cum blaisio in su-
periori parte armorum Dominus de As-
peren cum una aiicula et Dominus de
Ackoij cum duabus aiiculis et Dominus
de Leydenberch cum tribus qui omnes
erant barones et milites egregii et valde
famose dempto Domino de Leydenberch
qui fuit miles et non baro Illis success-
sive sic ordinatis ~~et~~ ^{et} ~~seriunt~~ ^{seriunt} pacifice in
invicem ut merito bene decuit per mul-
tos annos

212
Sed Dominus Golphertus Dominus de Leda et
de Haestrect invidens felicitati Domini de
Arkel a quo tamen per avum suum descen-
dit satagebat omni modo ipsum occidere vel
deprimere

Erat enim idem Dominus Golphertus Domi-
nus de Leda totus pessimus, non verens
deum neque homines et sic crevit a iuven-
tute viribus, ita excrevit malignitatibus
et viciosis actibus et proinde dicebatur fecit
diabolo homagium ut diu viveret et volunta-
tem suam malam contra inimicos suos
perficeret. Et dum eundem potentem
Dominum de Arkel cognatum suum
publice debellaret animi viribus et crude-
litatibus suis propelleret: cum tamen omnino
occidere non valebat et Dominus de Arkel
ipsum in verbo vel facto non offendi-
set nec seipsum sibi tanquam cambanguineo
suo propter probitatem suam opponere
soluisset sed ex suggestionem diabolicam Do-
minus de Leda corripit secrete custodem
ecclesie de Arkel pro certa summa pecunie
quatenus dum in sacra nocte natalis Do-
mini Idem Dominus de Arkel cum fami-
lia sua esset in ecclesia Idem custos fir-
miter obstruere et seris clauderet om-
nes

nes ianuas ecclesie et postremo ipso exis-
tente faceret cum campana signum quo
facto ipse cum suis caperet. Dominum de
Arkel quo pacto dolo firmiter ordinato
gavius ab hostibus honoratus et oneratus
magnis pecunijs remediavit ad domum

Igitur adveniente nocte sacratissima na-
talis Domini quia omnes Christiani in
ecclesia tempore divinatorum quod dignatus
est unire humanitates deitatis in diversis
lescenis carminibus letantur

Idem Dominus de Arkel tanquam bonus
Christicola relicta coniuge sua gratiuda
domi cum suis ecclesiam intraivit ad au-
diendum nocturnum officium id tunc
est Dominus et devotus bonus homini-
bus

Eadem vero nocte, id decretum prius fue-
rat, affuit cum multis armigeris Do-
minus de Leda predictus qui secrete
excubias locavit in dominijs ex orientali
parte ecclesie super fluvium sic latius
illius aque quod cum didisset custos per
secretum nuncium Domini de Leda ga-
vius custos et haud piger statim clau-
sit et seravit firmiter ostia ecclesie pre-
dictae et prius per traditorium pac-
tum

Idem collaudant,
& in gratiarum actiones
eo

274.
tum iudaice ordinatum foret. Et ecce
deo disponente et suos in melius referuan-
te cum traditor custos omnia bene munitus
Sept et signum cum campana ^{histrans} tympano
Dominus de Arkel omnium harum tradi-
tionum ignarus exiit secreta cum duobus
famulis custode ignorante ecclesiam ad
purgandum necessaria nature que cum
periculum exisset statim custos pulsans
campanam exiit et a foris ostium
ita clausit quod nullius paterat intrare
vel exire ecclesiam

Andreas ergo Dominus de Leda sonitum
campane protinus cum suis excubijs sur-
gens circumfedit ecclesiam per girum cum
suis putans iam conburere in ecclesia
Dominum de Arkel et accensa ecclesia ex
omni parte conflavit ecclesiam saul-
latenus et quotquot erant in ecclesia cum
venerabilibus sacerdotibus excepto uno
parvulo infante quem idem Dominus de
Leda levavit tanquam paternus ex fonte
baptismatis quem recepit ex quodam
vitro et incolumem reservavit

Dominus igitur de Arkel postquam didi-
cisset per ignem validum ecclesie et illic
latum et lugubrem clamorem suorem
subditorum

subditorum et cachin^{ion}ationem emulorum
suorum valde ingenit et condolens suis
manebat secreta in eadem lapidea carne
na firmiter perforata et munita pro
pe ecclesiam quoadusque dilaceret

Dominus itaque de leda gavisus de perse-
trato scelere eo quod sperabat Dominum
de Arkel iam occubuisse recessit quan-
totius cum suis veris oppidum de ledor
dam

Mare autem facto sciens Dominum de
leda recessisse conuocatis suis intrauit
largiflue lacrimando cum suis ^(sic) ceptam
ecclesie et collectis corporibus glorioso-
rum illorum per ignem purgatorum se-
peliuit ante altare sancte crucis eius-
dem ecclesie eo quod eadem cruce super illud
altare miraculose cum suis imaginibus
videlicet qualiter Nichodemus et Joseph
ab ^(sic) Armathia corpus Christi de cruce
posuerunt et gloriose virgini Marie red-
diderunt cum imagine sancti Iohannis
euangeliste que imagines predictorum ^{perste-}
terunt quibus peractis cum Dominus de
Arkel traditionem custodis ecclesie de
Arkel veraciter didicisset captum iussit
cum maximis tormentis in partes discerpi
et

sanctorum omnibus
regnum consumptis
combustibiles

et semivivum igne conflagari et sic
malis male perijt

Audiens nempe exlec et sacrilegius Domi-
nius de leda eodem solemni die Domini-
num de Arkel de tanto periculo super-
stitem in vita evasisse iratus valde
putabat se primo delictum a custode
fuisse sed percipiens veritatem quali-
ter improvidise cum necessitate natum
exisset blasphemabat demones quod pro-
nephas ad libitum suum horrendum
scelus debite non perpetrasset et euen-
terram pre confusione amicorum ma-
ram traxit parvo tempore in partibus
superioribus rediens autem transfodi-
bat aggerem in Dominio de Arkel et
Nianen propter multitudinem aquarum
rum et submersit multos

Denique cum sic per pauca tempora mu-
ta mala malis predictis cumlasset
et quadam die in haestrecht prope Gou-
dis in Hollandia cum omnibus pene
amicis suis gratulabundus prandius fuis-
set et post prandium inebriatus in
medio amicorum suorum super plateam
stetisset repente corpore et anima
manifeste

manifeste ex medio eorum omnibus
stantibus stupentibus et ammiran-
tibus raptus exanuit et de cetero nihil
quam comparuit. Sed in eodem loco quo
fleterat permanserunt tres gutte re-
centis sanguinis super unum lapidem
Et deinceps nullus audebat perma-
nere in castro de leda propter horridum
sonum et terrorem diversarum imagi-
num apparentium horribiliter habi-
tantibus in eodem castro atque de loco
ad locum proicientium et eicientium
cum magno cruciatu intraneos etiam
sanos et confesos

Quod percipiens Pelegrinus filius suus
successor domus suorum atque paterne
prauitatis heres vir totus belliger et tan-
te malignitatis ut dubitaret cum saluet pa-
tri an filio daret palmam malitie
et nequitie fuit enim oppressor pale-
perum extintorque... innocentium

Hic ergo fregit idem castrum et re-
dificauit super fluiuium ad occidentalem
partem oppidi de lederdam qui et simi-
liter ut fertur fecit homagium diabolo
conditione quatenus tandem sanus et
Semper

Semper ~~pro~~ prosperatus ~~vixit~~ quoad
stud³ trans aliquem fluvium navigare
cum equo insuper si aliquo tempore cum
equo transfretaret sciret se procul de
his illa die moriturum et procholo
eternaliter damnari.

Ille autem putans diabolum decipere per
pactum cum eo initum et firmiter
munitum precepit suis ne unquam
in navi sua quia ipse corporaliter nau
gare intenderet quovis modo equum admittere
rent et sic deinceps vixit in omnibus deli
ciosis et illecebrosis actibus non solum eccle
sias dei sprexit virumetiam pro posse suo
spoliavit Tandem ex misericordia dei diu. redi
fuit cum se nullo modo emendare
licet proiecte etatis fuerat disposuerat

Contigit anno Domini M^o CCC^o III^o. altera
die post festum assumptionis beate Marie
virginis gloriose ut stipatus multis armi
geris suis malignitatis complicibus intrare
armata manu territorium Traiectensem
conflagrando villas aliquas depredando
pauperes ac multa flagitia perpetrando
Sed cum gaudens tanquam victor cum mult
tis captivis et spolijs redire decrevisset in
Sequebantur

sequantur eum indefessim armati hostes
in invicem conglomerati volentes violenter
captivos redimere, propria damna in eum
vindicare quod videns ^(Sec) navigaverunt pri-
mitus multi in diversis ^(Sec) manibus ad
hoc ibidem relictis et ipse postero ordine
navem cum suis precipuis complicibus
celeriter apud ^{intrare} Solichem volens eo quod hos-
tes approximarent

Dum ergo navem onustam multis armi-
geris funibus laxatam intraret et paulu-
lum a litore in Lecca fluvio ^{sonet ecce}
~~stabiliter~~ ^{supervenit} quidam horribilis niger e-
quus mirabiliter ita hennens ut omnes
in stuporem verteret qui saliendo per ve-
locissimum saltum saltavit miro modo
fremendo crudeliter in predictam ^{et} navem ^{per}
saltum suum in tantum ^{et} ponderavit na-
men ut navis quasi descendebat in profun-
dum fluvij cum omnibus suis et submer-
gebantur omnes in eadem ~~manu~~ ^{manu} existentes
fuerat enim cum ipso Dominus de Bieren
Canonicus ecclesie Traiectens^{is} cum multis
alijs nobilibus ibidem ^(Sec) submersus quo taliter
mortuo Dominum de leda et de haestrecht
cessit Dominus de Abel

Igitur post crudelam mortem istius pre-
fati

L. navibus

lati Domini ^{Domini} peregrini submersi Domini
 dudum de leda prope ledendam de quo supra
 diximus ita horribilis et inaccessibilis omni-
 bus ^{fact} propter horribilem grunnitum
 diuersarum vocium ~~ad~~ de flammigeram fetorum
 ut nullus preluerit valde prope accedere
 etiam quantumcumque bonus et confessus quibus
 et terribilibus horridis signis ibidem conspici-
 tis vel efficebatur fere amens vel membris
 debilitatis valde territus deum de nocte im-
 plorando ~~recederet~~

Et dum hec per multa annorum curricula
 contigissent et quisquis ^(sic) territus adhor-
 nuisset locum fere tradebatur ⁱⁿ oblivionem

Demum dum longa tractu temporis hec
 relatione antiquata dicit presumptuosi an-
 daces viri audissent nolentes fidem ver-
 bis illis accommodare sed curiosius experiri
 predicta accesserunt meridiano tempore ad
 prefatum locum, animibus horribilem
 ut visa et audita proessent indagare

Intrantes itaque per lustraverunt totum
 destruetum edificium tandem intrauerunt
 quoddam discoapertum et disiectum penum
 ex quo post parvam moram dum primus
 valde territus exisset et aliud eum subse-
 quens celeriter putasset et ad extrema illius
 penum

pena venisset mansit quasi immobile mon-
strum fuisset

Dum ergo ex horrore ibidem concepto valde
dolenter clamitaret et collega suus dudum
sive pridem valde ^(sic) auctius eum liberando
auctius non fuisset appropinquare sed ma-
gis recedens consolando eum amabiliter
promissit ire pro Dominico corpore cum
sacerdote de lederdam ad liberandum eum

Interea cum alius iret currendo pro Domi-
nico corpore cum sacerdote alter qui illi
fuius ~~se~~ ^{stetit} audiuit diuersas horribiles
voces et crudeles sibilationes deum blasphe-
mantium in — tantum ^{quod} fere amens
effectus est

Veniente denique presbitero cum multitudine
et admiratione suorum subditorum et pre-
fatum locum appropinquante audiuit
eachin ^{se} mando vocem dicentem nisi creator
omnium te defendendo redierisset ego te cri-
bassem sicut Athornum solis Et sic terri-
biliter quassando dimisit eum

Qui exiens parumper fere exanimis factus
fuit. Sed ad se reuersus post gratiarum
actiones deo exoluitas et libatas enarrauit
cunctis in presentia reuerendi Dominici cor-
poris

poris et sacerdotis quocumque vidit et audiuit
 qui et postmodum usque ad mortem infir-
 mabatur ex horrore ibidem concepto

quo miraculo ubique divulgato longo tem-
 pore postea nemo audebat se propius
 accedere quoadusque inclitus Dominus de
 Arkel consilio usus deuotorum eundem
 locum processionaliter cum subditis suis
 humiliter in penitencia multotiens circū-
 gressus portando illic cum benedicta aqua Do-
 minicum corpus et aspersisset eundem
 locum per deuotos sacerdotes ubique cum
 aqua benedicta et facta collatione in presen-
 tia multitudinis a sacerdote precabantur
 omnes cum fletu et orationibus misericor-
 dendum ut locum illum impurum
 atque cunctos Christi fideles de cetero ab illo
 terrore protegeret et liberaret quod et
 factum est nam deinceps quisque libere
 locum accessit nec terrebantur Et licet
 plurima in eodem loco contingerent tamen
 hec sufficienter predictae Cronographie et
 cunctis sapientibus

De iisdem illustribus domi-
 nis de Arkel

Otto de hokelen et Arkel primus Domi-
 nus de Arkel Otto filius eius secundus
 Robertus

285

Robertus de Arkel tertius cum Aleijde
Othonis filia Walramus de valkenborch
quartus Theodericus de polano quintus
cum Elburga coniuge sua Otto filius eius
sextus Thohannes filius Othonis septi-
mus Ritgerus cum Elburga de langer-
raeck octavus wesfelus nonus
Alterius meditati fuerunt Dominus
Fredericus de Rechteren qui cum filio suo
vendidit partem suam Ghijsberto Pieck
cui Arnoldus filius suus successit ob eius
demerita vendicavit sibi Carolus dux Bur-
gundie comes Hollandie hereditatem.

De illustribus Dominis et
baronibus de Asperen

Primus Dominus de Asperen dictus fuit
Otto ^{secundo} ~~genitus~~ genitus ex primo Domino
de Huelalem et filia Domini de huedden
eius coniuge Antedictus Otto Dominus
de Hagensteijn erit Dominum de Aspe-
ren contra Dominum Alardum de
lueren et dictum oppidum muros cinxit

Anno Domini M^o CCC^o XXXIII. vi. kalendas
aprilis hic ex Domina Aleijde filia Domi-
ni Gerardi Vried de Rijnure genuit Ot-
thorem

(forte primam)

^(sic)
thorem suum secundum Dominum et
habuit iste Ottho proles ^(sic) LXXII tam le-
gittimas⁸ quam illegittimas.

Ottho secundus ex Maria filia Domini
Guidonis de Ram genuit Guidonem mi-
Hic igitur Hermannus in prima congressione letaliter vulneratus in agone certaminis ita strenue mansit ut tandem Episcopalem exercitum infra munitionem Amstelredamie prostravit. Ceciderunt autem in eodem conflictu quidam bellatores egregii videlicet Stephanus et Fredericus de Suler viri strenuissimi et strenui.

Igitur florentinus comes requisitus ab ecclesia premissa diffidatione castrum Uredant circumvallavit cum quibusdam armigeris ex Hollandia applicando machinas ad quassandum turres et menia.

Aliquanto de hinc elapso tempore comes obsidionem castrum ^{nov}rennare desiderans convocavit trecentos armigeros ex Zelandia proponens ipsum castrum obsidione vallare strictissima. Ghyselbertus autem hidagnitidis stipendiarius occulte collegit ac improvisè Zelandris prope Loonen potenter occurrit.

Contra vero Costinus de Kenes capitaneus Zelandrorum cum comitibus horridioribus et ^{ve}bellis fulgidis adversus multitudinem audacter aggressus est de quibus rebellanti manu triumphalem

triumphalem laudem adeptus est Corruit
 equidem in ipso conflictu Dominus de Brevo^(L. 12)
 miles inclitissimus cum quibusdam alijs electis
 bellatoribus Et Ghyselbertus de Remstel ibi
 dem captivatus est cum plerisque suis
 comitibus. Arnoldus autem ipsius fra-
 ter magnificentiam comitis expulso^{uo} cad-
 trum castro sua sponte resignavit

quod et idem comes cum suis balistarijs fi-
 delissime communit. Sed quoniam
 Hermannus de Woerden Ghyselberti com-
 plex animo fuit aperta^{us} rebellionem
 adversus episcopum in Zereugh dudum
 egit ideoque comes iniuriosam contra meliam
 ipso^{lo} pridem illatam emendare valens expe-
 ditum iterato collegit exercitum totaque
 terram Hermannii per hostile decrevit
 depopulari incendiis

Hermannus vero contra magnipotentem
 comitem non habens sufficientem redi-
 tendi copiam castrum Montfordie suis sa-
 tellicis communit, et ad exteras partes a
 facie comitis quasi profugus declinavit
 Sed ecce comes non desistens ab inchoato
 proposito dictum castrum circa annum
 oblidione

obsidione ringens cotidianis impugnavit ad-
 sultibus. Astatis ad hoc multis ingenijs cum
 diversis tormentorum generibus Denique Co-
 mes perseveravit in obsidione manens cast-
 rum rebellanti manu violentis obtinuit
 ac annes castrendes exceptis diebus decolla-
 ri voluit.

Hic ergo comes adeptus castrum proprijs
 adimplevit armigeris et aduersus incursio-
 nem Hermannii quotidianis inuigilarent
 excubijs.

Processu vero temporis verum pacis inter
 eosdem principes in hunc modum ordina-
 tum est, quatenus Ghyselbertus de Aemstel
 et Hermannus de Waerden sub omnium
 bonarum suorum stipulata cautione fide-
 liter hoc promitterent quod aduersus
 episcopum Traiectensem et comitem Hol-
 landie nunquam rebellionem attemptare
 presumerent.

Comes autem pro sumptuosos laboribus ab
 eisdem complicibus fidelitatis acceptaret ho-
 magia. Et extunc episcopus sua castra re-
 haberet in potestate propria. Ratificatum
 est itaque patentibus instrumentis et ab
 omni

omni parte firmatum est prefatum arbi-
trium et terminatum est inter eisdem mag-
nates hostile litigium

Comes equidem ex mera nobilitate pro sua
omnem animi rancorem ex corde remittit
nam et Ghyselbertum ac Hermannum
consilii sui precipuos Secretarios ordina-
vit minime attendens ad dictam sapien-
tis qui ait inimico in consiliato ne des
fidem

L. Zekum

Sed Hermannus procl⁽¹¹²⁾phas invidie felum
oblivisci nesciens circumvenit Ghyselber-
tum virum simplicem quem secum attraxit
in conspiratione adversus comitem Cuius
etiam instinctu Dominus Gherardus de Vel-
sen miles internuntius collegit in Cameraco
Duranen⁽¹¹²⁾ episcopum ex parte reg-
is anglie Damianam de Kuyck ex⁽¹¹²⁾ parte ducis
Brabandie et duos consiliarios comitis flan-
drie ubi ^{diffinito} ~~diffinito~~ consilio decretum est qua-
tenus florentius comes virum debeat appre-
hendi et ad perpetuam^p frisionem regis
anglie mitti et Johannes filius eius ge-
ner regis in Hollandia Dominari

Interea florentius illustris comes ha-
rum

rum traditionum. In cuius Paulus pridem
 ut superius dictum est excellentis edificiis cu-
 males mansiones. seu preclara palatia con-
 stuit in regione sancte et in Flaga ubi
 cum proceribus et puellis infra silvarum
 frondosa latibula vel continuam venationi
 operam dedit animam in armis militarem
 exercebat secundum industriam

Igitur comes florentius habuit seruitu-
 rem fixe vasallum virum egregium et
 nobilem genitum Cui nomen erat Gherar-
 dus Dominus de Velben hunc ergo Gherar-
 dum cum non esset uxoratus florentius
 comes tali modo allocutus est dicens Ecce
 quia non habes uxorem si vis accipere in
 coniugem concubinam meam dabo tibi pro
 dote infinitos redditus ^{et} beneficiabo te
 multis Donis ac non eris alienus a latere
 meo sed sicut filius meus eris semper
 mecum quod egre ferens Gerardus cum
 indignatione comiti respondit quod quam-
 diu viveret non diceret meretricem suam
 in matrimonium Cui statim irato animo
 valde indignanter respondit idem comes
 Ego promitto tibi similiter quod tu nun-
 quam habebis ~~uxorem~~ ^{uxorem} quoniam ipsa erit
 meretrix mea

Deinde

Deinde aliquo tempore obvoluto prefatus Ger-
 ardus Dominus de Velsen dixit in uxore
 vera filiam comitis de Bentheim neptem ip-
 sius florentii comitis Hollandie et habi-
 tauit cum ea in castro de Cronenburch
 non longo tempore transacto Dominus
 Gerardus de Velsen adhuc existens minister
 florentii comitis missus est ab eodem flo-
 rentis comite ad terras longinquas pro
 quibusdam negotijs ^{per}agendis quibus sic
 peractis florentius comes pergens ad Cro-
 nenburch ^(Ves) struprauit eam residuam

Quae reuerteretur et uxor eius non sibi
 occurreret obliuiam sicut solita erat sciscer-
 tabatur ab ea ipse more solito cur non
 sibi occurrisset illa autem gemens dixit
 Domine mi quia reliquisti me honestam
 nunc uero inuenisti me meretricem florentii
 comitis Hollandie qui ui me oppressit
 Tunc Gerardus detestauit horribilibus uer-
 bis iurauit quod nunquam dimitteret hoc
 inultum etiam si mortem incurreret pro-
 pterea quamobrem prefatus Gerardus conce-
 pit inuidie zelum contra florentium Hol-
 landie premeditans quare eidem posset im-
 fiere mortis interitum, nec non et Hen-
 mannus

mannius de Woerden prope nephas invidie
zelum etiam obliuisci nesciens circumuenit

Item adhuc idem florentius comes egregius
ampliauit structuram curie Hagenedam
superedificauit aulam maiorem cum cap-
pella et quam plura alia edificia

Anno Domini millesimo ducentesimo nona-
gesimo sexto florentius comes Hollandie
Traiectum tendens ad sedandam discordiam
inter milites de Tulen et predictos suos con-
siliarios intrauit ecclesiam assumens
secum quosdam milites Et ecce quidam
muliercula diuinitus inspirata sibi char-
tam occulte porroxit quam et idem comes
per Secretarium in hunc modum legi
fecit Regia proles inclite princeps an-
aduente quia psalmista prophetauit homo
pacis mee in quo speraui qui edebat
panes magnificauit super me supplan-
tationem

Florentius vero comes ex magnanimitate
sua penitens hunc uer Siculum celebra-
uit cum prelati et ciuibus soleune pran-
dium qui circa meridiana horam decre-
uit

pro aliquantisper

uit ^(sic) aquantisper obdormire et residuum
diem in iocundo cantubernio consummare
quem soporantem Ghyselbertus de Aem-
stel a femina suscitans indesinenter anno-
nuit ut cum falconibus urbem exiret
quoniam inaudita copia volatilium in
camprestibus resideret

Comes autem principalis ludii plerumque
cupidiis pulcherrimum ^(sic) visum ad ma-
num sumens cum paucis militaminis ^(sic)
bus suis ut pote ut Domicello Wilhel-
mo de Hanonia et cum Johanne de
hanonia comite de Baumont et cum illu-
tri Johanne Damino de Arkel cui Domi-
no de Arkel paucis elapsis annis dedit
cum omnibus suis subditis libertatem
pergendi per totam Hollandiam et Ze-
landiam absque aliqua thelonaria exac-
tione per terram et per aquam urbem
egressus est et per latentis insidiam ad
distantiam medii miliaris sepe per-
ductus est Sed ecce Hermannus de Woo-
den cum infinitis armatis scilicet cum
Arnoldo de boanstap Gerardo de Crai-
horst Wilhelmo de Teijlinghen Wilhelmo
de Samen ^(sic) de latibulis insidiarum erun-
pens comitem ab avari parte vallare sta-
dit

L. M. sum.
Species Falconis etc.

Species Falconis etc.
Species Falconis etc.

dūit et Gherardus de Velsen haūit pigen
in comitem primū irruūt

Econtra vero comes ut vīr imperterritus ex
cūm spiciens gladium edūcens semetipsum
vitebatur defendere, malens ^{antea} ~~ante~~ mori quam
tantis traditoribus se captivum tradere
Sed hoc minime profecit quoniam predie-
ti grassatores, prochpudor, adhuc eiusdem
comitis vestimentis amicti ac eodem die suis
alimentis in Traiecto depastis tantum prin-
cipem traditorie captivarunt quem ad Mu-
dense presidium ipsa nocte secretissime
adduxerunt

Dominus vero de Arkel quia in armis erat
cum paucis famulis non valens liberare
comitem cepit festinanter prefatos nobiles
de hanania nepotes comitis capti et adduxit
eos ad castrum de Arkel sed audita dolorosa
morte tanti comitis statim cum solenni
nobilitum comitum ¹⁷² ~~comitum~~ duxit eos per Dordracum
ad hananiam

Interea rumor tam odiose fame pluri-
morum corda perterruit et vulgus bene-
merlandie Waterlandie finium et Fribie
pro liberando comite festinum iter arri-
piunt quod grassatores agnoscentes fugerunt
extemplo

extemplo eum captivus comite per paludes
 et devia & contra ciues nardenses comitem
 liberare meditantes occiderant in magna copia

Igitur hi fugitivi nimirum ^(sic) aucti sunt
 tum ex populosa multitudine benemaro-
 rum subsequenti tum ex formidolosa sol-
 litudine villanorum occurrentium

Comitis autem equus saevius fossarum la-
 titudinem transilire nequens in vado cecidit
 quem Gherardus de Velsen timore superve-
 nientis exercitus extrahere non potuit

Quamobrem idem Gherardus sellitum ha-
 bens animum, eundem comitem cum
 milione suo XXI. vulneribus occidit et ad
 castrum Cronenburch in equo cum satili-
 citissime retrocessit

His itaque flebiliter actis,

Hermannus de Woerden ad alteras partes
 declinans exquiriit hinc inde refugium
 qui de ditione sua propulsus perpetue de-
 solationis incurrit exilium in maxima
 miseria et paupertate vitam finivit
 Ghyselbertus vir simplex et grandivus
 ab eodem Hermannus de Woerden omni-

no seductus est qui ab externis amicis ad vite
sue consummationem satis debite sustentatus
est a Domino tamen suo et bonis extra
Hollandie propulsus fuit

21 supra fac. a m. 2.

Interea Kenemari semivirum carnitem
inuenientes adhuc respirantem et ut qui-
dam dicunt pauca loquentem apprehende-
runt et quosdam predictorum latronum
sclientibus quos in conspectu moribundie
carnitis diuersimodis interfecere cruciatibus
Sed et ipse comes erectis in celum oculis
quinto kalendas iulii requiescit in Domino
coronatus ut speramus Domino in celis
pro tali martirio

Hic florentius comes annis fere XLII ho-
neste regens Hollandiam princeps erat
valde gloriosus statura procerus virtute
nobilitate aspectu decorus, sermone fa-
cundus corde magnanimus agilitate
frenans, in dando largissimus peroptimus
iudicis et equerentis iusticiarius Cuius
ex anime corpus ad Alerniense opidum
directum est aromatibus conditum panibus
primis in choro ecclesie eiusdem opidi ad
Reynsburgense monasterium directum
est quod ibidem penes beatricem conthora-
lem suam lictuosis exequijs honorifice tu-
mulatum est

f. prius

Comes

Comes vero Liouengis consanguineus florentii comitis iam sepulti validam expeditionem ab Hollandia fecit, circumspedebatque castellum Cronenburch obliatione grauissima quod idem comes cum tormentis indefinenter impedit.

Econtra vero Dominus Gerardus sibi et omnibus militari industria longo tempore restitit

Fuit itaque idem Dominus Gerardus vir valde probus miles strenuus atque fortis corpore robustus, largus et elemosinarius atque consiliarius eiusdem florentii comitis Sed ex susurratione maiorum fratrem suum idem comes iniuste decollare iussit atque eundem Gerardum per annum et amplius eadem suggestionem maligna in obsuro clausit ergastulo Demum causa in veritate conperta dum comes ipsum innocentem et inculpabilem comperisset volens eum sibi in amicitiam pristinam copulare valde eum exaltauit.

Habuit insuper idem comes amantissimam pulcherrimam quam feruenter comes adamat quam et eidem Gherardo in uxorem tradere

Dere voluit sed Gherardus benigne repudiabat

Et cum idem comes Gherardus multum molestus esset multotiens repetendo ut eam duceret tandem respondit Gherardus Domine nolo habere meretricem tuam Cui comes indignatione nimia ait vere habebis ymmo meretricem meam Gherardus itaque parvipendens verba comitis duxit in uxorem filiam comitis Bentheim cum qua habitavit in castro de Bronenbirch virginem pulchram nimis

Tartarus propterea comes eo quod amariam suam repudiasset semper corde instinctu amarie sue revolvit quo modo uxorem predicti Gherardi stupraret

Tandem mittens idem comes Gherardum ad exteras partes pro arduis causis comitatus sui eo quod esset consul et Secretarius suus iit cum paucis familia ad castrum predicti Gherardi valde honeste et revereenter exepit et tanquam Dominum et comitem suum solenniter tractavit

Simulans ergo secreta secum revolvere petijt

petijt interius cum ea sola ad spirituales
 cameram ut eo liberius conceptum animi
 sui ei indicaret Domina igitur nul mali
 suspiciens duxit et reverenter ad cameram
 in qua cum Domino suo Gherardo dormiret
 qui claudens ostium post se vi appres-
 sit eam dicens iam de cetero Dominus Ghe-
 rardus habebit utique meretricem meam
 eo quod superbe presumebat se nunquam
 ducere amalam meam in uxorem et fla-
 tem eam consolando recessit

Ipsa vero animo prudica et ^{men-} casta
 deposuit deinceps ornatum muliebrem
 deplorando dolenter violationem et deflora-
 tionem suam

Veniens itaque Dominus Gherardus pre-
 dictorum omnium ^{ignarus} ~~ignarus~~ apud florentium
 comitem exposuit ei gesta pro quibus
 missus fuerat ad salutem cum ad castrum
 suum festinaret et venisset invenit Dominam
 suam velata quasi facie valde gementem et
 dolentem

Commotus ergo Dominus Gherardus cognita
 causa consolabatur eam benigne ^(sic) ~~similant~~
 negatum precepit ^{ei} ~~et~~ quatenus patri suo Do-
 mino Hermanno Domino de Woerden to-
 tum

tum intimaret sed ipsa mente p̄dica mult-
tis lachrimis sibi hoc indulgeri impetrauit

Gherardus ergo cum patri suo seriatim to-
tum intimasset iratus valde iurauit per
militiam suam tale nequas non perma-
nere in ultimum Gherardus nempe deinceps
etiam vocatus renuit venire ad curiam
principis meditabaturque die ac nocte quomodo
vindicaret opprobrium sibi per co-
mitem illatum et tandem ad prescriptum
homicidium comitis laborauit

Itaque ergo ut dictum est in castra Cronen-
burch per comitem cliuentem et per Hol-
landrinos strictissima oblatione circum-
vallatus fuisset demum urgente penuria
victualium se captiuum dedit cum suis
complicibus qui totam traditionem comitis
ut prescribitur seriatim in aperto confes-
sus est

Erant autem capti in castro Cronenburch
cum Domino Gherardo de Vellen profate
Domini et plures alii quorum fridones et
benemari habuerunt Gherardum de Vellen
Wilhelmum de Lanen cum duobus alijs
Hollandrini habuerunt Arnoldum de
Boucoop et Wilhelmum de Teijlinghen

Comes

Carnes habuit domicellum de uoern . et
 Gherardum de Crajenhorst cum alijs qua-
 tuor Dordracensibus habuerunt. Flighonem
 de Baerlandt Qui omnes decollati in ro-
 tis tanquam latrones exaltabantur

Atque idem Gherardus in acerba supplicia
 nudus propositus in magnat^{is} dolio ple-
 no longissimis clavis acutis ferreis doli-
 tabatur in eodem a cacumine montis dein-
 de per plateas

Tum ergo respiraret aliquantisper adhuc in
 ualle dire et miserabiliter extractus ad ulti-
⁽¹²⁰⁾
 mam rotatus est tanquam publicus la-
 tro Et deinceps quotquot erant de progenie
 sua de sine viri sine mulieres virgines ultra
 infantes alij occidebant alij eliminabantur
 ab Hollandia perpetuis temporibus

Uulgius igitur Hollandie iam distrum
 castrum ex magna parte destruxit et ad con-
 surendum castellum Muidense validissime
 properauit. Sed ecce castellum hoc diffu-
 gentibus armigeris sine defensore re-
 pertum est. Quod est tunc Theoderico de Fla-
 lem ad tuendum districte commissum est

Carnes vero cliuentis recepit tunc in tutela
 totam Noorthollandiam Et e contra
 Guido de hanonia thesaurarius Leodiensis
 vendicauit

vendicavit sibi prefecturam totius Zuythol-
landie manens in berga de qua contrariescia
quotidianus tumultus ~~at~~^{ex}traivit et Hollan-
die populis bipartita divisus sine vero
Domino vacillavit

Eodem anno Johannes de Zirk episcopus
Traiectensis apostolica auctoritate translatus
tullendis episcopus effectus est et Wilhel-
mus de Machlinia notus auditor causarum
in Romana curia quadragesimus unus Traie-
tensis episcopus ordinatus est

Hic Wilhelmus Traiectum adveniens totum
Episcopatum diversis involutum reperit
guarriis ^{scilicet} quibus ad bonum reparare flatum in-
tente studuit

Nam et idem episcopus in primis castram
mundan cum electis obsedit armigeris
quod adeo conquassavit cum diversis tor-
mentorium generibus et ingenijs ut Theode-
ricus de Flaerlem impetrata deditio de-
mum in captivitate transiret et salva
vita castellum episcopo libere resignaret
Ex hac ergo prosperitate Wilhelmus episco-
pus magnanimitus effectus est secessit ad West-
frisiam et ibidem adversus populum epis-
copalem predicavit indulgentiam.

Frisones vero secundum conductum morem ad
 rebellionem Spani suadente Wilhelmo pon-
 tifice vallauerunt castrum widenes per cir-
 cuitum acriter instantes ibidem per assul-
 tum creberrimum ita quod Baldewinus de Nacl-
 nijck tandem ~~et~~ hantius necessarijs idem
 castellum frisonibus hac conditione traderet
 ut ipse saluus ^(vix) rebus ab Hollandia in
 firma pace discederet

a. galvis

Nec mora quam frisones hoc castro destruc-
 to Enghiburch confringerent meden-
 breeke obsidione cingerent ac ipsum oppi-
 dum saillatenus. incenderet

Flarentius autem de egmonda ceterique cast-
 trends cum frisonibus sepe strenue con-
 fligentes adeo grauiter oblesse sunt ut con-
 sumptis victualibus equinas carnes demum
 manducare coacti sunt

Johannes quidem hanonie comes hec an-
 diens cum expeditione magna remigravit ad
 Frisiam occidit xxxv. saltem frisonibus
 asportavit oblesse castrensiibus magnam
 cibarium opulentiam

Doraini vero de Arkel et de pitte com-
 buentes enehusen predam maximam
 prendiderunt

prendiderunt qui salua classe proprijs litori-
bus landabiliter applicauerunt

His itaque gestis Dominus florentius ab-
bas regalis monasterii egmondensis Theodori-
cus Dominus de brederoed Henricus buch-
grauius Leydenis ac Wilhelmus de Egmon-
da milites nauibus preparant amicos conuo-
cant, et proprijs expensis consilio Domi-
ni de bredenroeden precipue profunda
pelagi transfretantes exorauerunt regem
anglie quatenus anneret ut cum eis
transiret Johannes Domicellus Hollan-
die Eduardus filius florentii comitis iam
occisus rex vero eisdem legatos gratiose sus-
cipiens nauem inestimabilis ornamenti
coaptari fecit cum qua Johannem Domicellum
insuper et filiam eius uxorem
ad Hollandiam destinauit quos tunc tu-
tele Domini de bredenroeden specialiter
commisit. Sed hic Domicellus vento carens
prospero Islandie finibus applicuit quem
extunc wolfgangus de vere destitutus ciue-
tis Hollandis in tutelam optinuit Et
fuerunt nobiles qui eos ad Hollandiam pro-
prijs expensis adduxerant et precipue Domi-
num de bredenroeden cuius speciali, tutela
per regem commissi fuerant, supplan-
tauit.

ita a m. 1. sed manus
secunda id correxit
in amitteret

vero rex. ita a m. 1.
m. 2. vero correctum
Rex vero. sed ex pra
cedentibus transpona
Eduardus vero Rex.

Nam

Nam cum quadam die pariter essent apud
 Reijmerswale alio in loco Dominus de
 Bredenroeden simplex nec fraudem cogi-
 tans cuiusdam negotii causa ad Tiricksee
 in districtu Domini wolfardi de ^(sic) voer per
 comitem mittitur Et est tunc wolfardus cum
 comite navem ingreditur qui ad castrum
 suum ducitur in quo exclusis sibi displi-
 centibus observatur nobili quoque Domi-
 no de Bredenroede super comitis licentiam
 atque super reditu ad propria nuntius
 destinatur

Cum Johannes Hanonic apud Haerlem exis-
 tens audisset adventum Johannis Domi-
 celli ex anglia properavit citius quo po-
 tuit ad Dordracum et misit nuntios suos
 ad predictum Johannem nepotem suum
 ut veniret ad eum in Dordrace et ibi re-
 signaret sibi principatum Hollandie

Cui idem Domicellus Johannes respon-
 dit per alandium balium dordracensem
 dicens veni in obviam in Rotterdam
 cum centum viris tantum sub firmis
 trengis At ille respondit nuntius Do-
 micelli Johanni non est obvium inter
 me et nepotem meum et ideo non in-
 digeo

digeo trengis cuius Tunc civitas Dordracensis
 O inclite princeps, si vis obsidiare comite
 nostro Hollandie nepoti vestro in Rotterdam
 dam ibimus tecum cum tota nostra ^(sic) patientia
 At ille respondit dicens melius est
 ut ~~expectem~~ ^{expectem} donec veniat ad me quam quod
 ergo irem ad eum Et his dictis mansit in
 Dordraeco per dies aliquot quibusdam
 ergo diebus transactis Johannes comes de
 Serens Dordracum secessit occulte ad hano-
 niam quo ad terram propriam reverso
 Hollandie et Zelandie proceres suscepe-
 runt Johannem Domicellum virum equita-
 nem pro sexto decimo comite Hollandie

Anno Domini millesimo ducentesimo nonage-
 simo septimo idem Hollandie domicellus vo-
 lens rebellare ^{ntem} sibi Frisiam subiugare deie-
 nit arripotenter in Alemariam

Contra vero frisonum in manu forti verili-
 ter incursarunt qui robore totius Frisie pro
 committendo gravi prelio in contraxerunt
 Et ecce concurrentibus invicem utrisque par-
 tibus cum cornibus horridis et vexillis ful-
 gidis sit ingens clangor armorum et mag-
 nus stridor occisorum, nam Hollandie et
 Zelandie populi bipartitis inimicorum
 acies distinctim impugnantes quatuor milia
 frisonum

fridonum occiderunt quinimo maximam
multitudinem diffugientium ad interiora
terre latibula profugarunt

Johannes Hollande 16^{us} Comes
corpus sui patris ad Reynsburch
transfert.

Ex parte quidem Hollandiensis exercitus
illustris Johannes Dominus de Arkel mi-
les egregius est et Johannes de Oertoghen
armiger inclitus cum duobus alijs occisi sunt
qui pro virili probitate per aeterna tempo-
ra collaudandi sunt

Contigit autem hec cruenta strages sexto
kalendas aprilis in spaciolis agris ville
Kronensis tunc Johannes comes Hollan-
die veniens Alemariam tulit inde corpus
florentii comitis patris sui et asportavit
illud ad Rejnsburgense monasterium quod
ibidem penes beatricem canthoralem suam
Lutuosius ~~per~~ quibus tumultatum est

De morte Joannis II domini de Arckel
cui successit in locum filius Johannes
12 de Arckel, et de eius gestis.

Johannes vero undecimus dominus de Arkel
per suos celeriter deiecit in Dominio de
Arkel sepebatur in opido de garinchem
in

in lumbam patrum suorum in choro virgi-
nis marie

Cui successet Johannes primogenitus suus
duodecimus Dominus de Arkel qui ^{duxit} in ux-
orem nobilem armigeram filiam potentis
Henrici Domini de vocan ex qua genuit Jo-
hannem succedentem Dominum de Arkel
qui dum pro militia sua terram sanctam
visitasset peregre cantigit quatenus repa-
triando dum apud ianuam venisset spolia
relinquitur a predantibus cum omnibus suis ita
ut nihil sibi captores dimississent pres-
ter simplicem amictum

Unde valde anxius dum unde viveret et
repatriaret nihil haberet et gemendo
calamitatem et miseriam suam amare
deploraret consolabatur per suos decentes
quod mendicando sibi prestarent victum
quousque inuenirent aliquem sibi vel ip-
sis notum et sic dolenter perductus est ad
ciuitatem iannensem

Sed ut deus futurorum prescius pre-
ordinauerat dum hic idem Dominus de
Arkel tempore iuuentutis sue in opido de
Garinchem haberet pauperem ioculum men-
catorem obuiam quodam tempore petijt i-
dem pro tunc Domicellus de Arkel vide-
re

re intus in sporta que haberet Et dum
parum in merce haberet ait iocose domi-
cellus placet ut sim socius negotiationi
tue dando tibi tantas pecunias quantas ne-
ces tua ^(sic) valet superaddendo aliquos denarios
conditione quatenus fideliter facies inde bona
computationem dando et impetendo mi-
hi mediam portione ex omnibus quibus
superlucratas cum eis fueris Annuit
ille et repromisit sub fide recepitque ea
conditione pecuniam eisdem domicelli
salutato domicello abiit gaudens negociatusque
cum eis superlucratas fuit in paucis tem-
poribus diuitem, Rediensque intemavit
hoc domicello de Arkel offerens se para-
tum ^(sic) mercedi sui sibi dare mediam por-
tionem

Domicellus vero hec percipiens subri-
dens ammonuit eum ut semper sollicitus
facta sua faceret et prudenter porrigendo
sibi adhuc aliquos denarios Post gratiarum
denique actus gaudens recedens sic nego-
tiabatur ut post plurimos annos sum-
mis equaretur mercatoribus

Dicebaturque vulgareter mercator arke-
lensis es quod ubique depinxit arma mi-
litie Domini de Arkel Tandem in ciuitate
Jannenfr diuitem valde duxit viduam
ante

ante cuius domum honorabiliter arma de Arkel depingi fecit

Igitur cum idem Dominus de Arkel in civitate ianueni cum suis venisset non audent intrare hospitium introiit in ecclesiam modestis deplorans infortunium suum Alijque circumuenientes plateas civitatis perlustrabant sollicito querendo ante aliquem ipsorum natum invenire possent qui eis subvenire et succurrere in tanta necessitate valeret

Tandem pervenientes ante domum prefate mercatoris viderunt arma Domini de Arkel picta ante domum et intrantes sciscitabantur benigne quidnam ibidem moram traheret et illa arma ante illam domum depinserat qui cum certificati fuerant quod hospes natus ex inferiori almania ex Dominio de Arkel illa depingi fecerat gaudii sunt valde

Hospes nempe cum didicisset ab eis de infortunio Domini sui et cum fore in ecclesia letissimo vultu ait Dominus hec et omnia bona mea iustissime sibi pro media parte pertinent eo quod cum peccatis suis omnia super liceratus sum qui hec audiens deo magnas gratias agentes dixerunt erunt ad Dominum suum in ecclesia eos prestolantem

Mercator

Mercator itaque excepit eum cum omnibus
 suis gaudens in domum suam tenuitque eum
 cum magno gaudis aliquot diebus qui tan-
 dem volens assignare Domino de Arkel ma-
 dietatem bonorum suorum et eum ducere
 ad partes inferiores regratiabatur ei exoptans
 nil aliud quam ut sibi tantas pecunias
 accommodaret cum quibus honeste
 repatriaret insuper quod mitteret unum
 de clientibus suis secum cum quo re-
 mitteret sine dilatione eadem pecunias
 sibi concessis

quod et factum est, et sic cum gratias
 deo devote peregisset quod tristitia sua ver-
 sa fuerat in gaudium inopinatum redijt
 decenter ad Dominium suum omnibus
 diebus vite sue mercatoribus ^(sic) honori ha-
 bens

Wilhelmus autem episcopus attendens succu-
 sisse Westfrisones transfretavit ad
 orientalem Frisiam et ibidem aduersus Ho-
 landie propulum iam secundo predicare cepit
 papalem indulgentiam.

Frisones igitur episcopo manuale promittentes
 auxilium deueniunt in Moenkendam per fe-
 num remigium

Opidani vero Haerlemendes cum Waterlandis
 contra

ecce contra copiosum eduxerunt exercitum qui cum
 signis fulgurantibus et tubis per ~~stepenti-~~
 bus animose frisigensium sunt aggressi po-
 pulum Sed ecce Frisiae vulgus confestim a
 bello declinans festinavit introire navigium
 et repentino remorum impulsu ma-
 turare diffugium, quos ex templo Waterlan-
 diq viriliter infecti sunt Et occidis infinitis
 frisonibus trophaeum laudis potenter adepti
 sunt

Wilhelmus autem episcopus hoc amisso
 iam prelio modicam schapham introiit
 et ad partes ijselinas festino remigio decli-
 navit

Johannes vero Domicellus Hollandiae per-
 pendens quod Wilhelmus episcopus duabus
 vicibus dura prelia suscitasset et adhuc
 ad partes ijselinas novo pro subsidio trans-
 misisset mandavit Ghyselberto de Ysel-
 Steijn quatenus ad tempus castris suis cederet
 et ad impugnandum episcopum Hollan-
 dienses armigeros intramitteret

Ghyselbertus autem hoc omnino facere reci-
 labat praesertim cum et ipse in ~~sticiarius~~
 in terra Traiectensium constitutus esset qua-
 mobrem Hollandiae Domicellus Ghyselber-
 tum apprehendi fecit a suis hostibus suis

etiam

etiam castrum impugnari iussit quotidianis
assultibus

Contra vero Domicella Bertardis ipsius castrum
circiter annum egregie defendavit quousque
deficientibus deficientibus necessarijs sub hac
forma conditionis in Deditioem transiit
ut ipsa per casum fortis medietatem
castrensiū salua vita retineret & domi-
cellus Hollandie de residua parte valun-
tatis ~~suū~~ ^{suū} desiderium ordinaret

Domicellus autem Hollandie iam adeptum
castrum cum tota deditioe ^(ie) De Woerden de-
dit wolfardo de veer de hinc in hamagium
ut in contumeliam episcopi Traiectensis
dissiparet pontificium Sed idem wol-
fardus totam Hollandiam per novam
monetam aggravans de hinc in Delff occi-
dit est.

Post civis mortem a vulgari populo
tumultus ingens exortus est

Deinde factum est ut idem Johannis Hol-
landie domicellus cum Johanne Braban-
tie tractaturus esset de quibusdam causis
in Brabantia et Johannes comes venit
in ^{na} Reymerswael et dux Brabantie in op-
do bergen aptem roem

Cum ergo Johannes de Henes vir prius
dens

dens nuncius domicellus reuerlus fuis-
 set a duce Brabantie et sibi indicasset
 diem determinatum clam de Johanne de Ke-
 nes per wolfardum de vere Domicello sug-
 gestum ^{est} et quod ita iam conclusum esset in
 Brabantia quod ipse Domicellus viuis cap-
 tiuaretur si veniret ad Brabantiam et quod Jo-
 hannes de Kenesch iam cum Brabantium
 conspirationem fecerat ad prodendum eum

quia propter idem Domicellus Hollandie
 perrexit ad castrum Lodijck et congrega-
 uit ibidem Hollandicos in magna copia con-
 tra Johanne de Kenesch

Intelligens autem Dominus Johannes de
 Kenesch quod per informationem Domini
 de vere esset odiosus effectus in conspec-
 tu comitis et quod non potuit obtinere
 tempus et locum excitationis cessit ad cas-
 trum suum morman et munivit inde
 armigeris et victualibus

Deinde venit Johannes in apudum veer et
 citavit Johannem de Kenesch ut appare-
 ret ibidem in conspectu comitis. Sed quia
 idem Dominus Johannes de Kenesch non
 potuit obtinere treugas fidas imo non
 fuit ausus venire ad presentiam comitis,
 timens quod ibidem per confesum domi-
 ni

ni de veer occidere tur.

Quapropter et ipse exul effectus est totius
Hollandie et Zelandie Post hoc castrum
mormont impugnetur bellatorum copijs
et optinetur et tandem terre adequatur.

Post hoc Alandus baliuus Dordracensis
voluit occultum consilium seu iudicium
tractare cum scabinis eiusdem civitatis
de quodam favore facto in predicta civi-
tate perpetrato.

Erat enim Sator Damini de veer Cui
scabini responderunt dicentes civilia iura
non permittant hoc sine de magnis
sine de parvis causis nisi cum schulte-
to nostro tantum. Atamen saluis pri-
vilegijs nostris pro illa vice volumus vo-
bis assistere.

Inchoato ergo consilio Johannes comes
Hollandie venit dordracim cum Domino
de veer et petit habere in scriptis nomina
delinquentium Ad quem dixerunt Cives quod
per privilegium haberent quod omnis de-
linquens in prefata civitate ⁱⁿ eadem etiam
puniretur.

Tunc Johannes comes deserens Dordracim
pervenit ad ~~ad~~ Hagham et Dordracenses
viderunt nuncios ad eum quod essent semper
per

per parati ad reddendam rationem

Tunc ideam comes determinavit ipsos diem et locum in Delft ut ibi rationem redderent

Quibus igitur congregatis wolfardus Dominus de veer prolocutor comitis narrauit omnia que iam sunt scripta. Adhuc autem scabini ad comitem quod conclusum erat cum Alando baluio quod delinquentes in ciuitate Dordracensi punerentur per scabinos prelate ciuitatis et nos per alios iudices Alandus baluius respondit dicens falsum est hoc et non est verum. Et si est aliter quid uolens contradicere paratus sum cum eo inchoare duellum pro defensione verborum. Quibus dictis quidam scabinus delens in medium prorumpens ait hoc non est iustum quia si ciuilia iura starent sub duellis tunc essent nullius auctoritatis et si hoc hodie accidat ciuitati dordracensi, cras potest accidere uobis

L. non.

Hic dictus Dominus de veer ait vos delenses nolite molestari nec intermittere uobis aliquid de factis comitis nostri ipse enim ^(sic) fecit quod agere debet. vel dimittere. Et sic reuersus est unusquisque ad propria

Porro Johannes comes indixit bellum ciuitati

ciuitati Dordracensi et commisit domi-
 celloni de Haembleden castrum p[ro]p[ri]e in
 preparationem p[re]lii. Et dominus Nicolaus
 de Cats factus est capitaneus in Alber-
 = ^(sic)
 = Lerdam Alandus etiam baliuus venit
 cum multis armigeris in Slidrecht
 et super aggerem edificauit excelsam ma-
 chinam ne aliquid ibidem preteriret

Dordracenses vero elegerunt in ciuitate qua-
 = tuor viros capitaneos qui bello instarent
 futuro insuper et scripserunt ad oppida
 Hollandie et Zelandie postulantes ab eis
 quod non minus festinarent incho-
 re p[re]lium quia quod hodie accidit nobis
 cras potest euenire vobis. Interea
 Wulfardus veniens et totam Hollandiam
 per nouam monetam aggrauans et ad
 placitum multa disponens incipit Hol-
 landensium animis despici et in-
 vidie stimulis laniari

Nam cum quadam vice Johannes co-
 mes apud curiam suam qui Hagha di-
 citur quiesceret et Wulfardus Dominus
 de veer miles cum eo ibidem existeret
 fit tumultus nobilium fit concursus
 clamantium et dicentium Ecce traditus
 adest quanto tempore sustinebimus ip-
 sum regnare super nos. venite occidite
 eum

mus eum et videamus quid proficiat illi
 opera sua quibus per ipsum hactenus
 instamus. Hec et his similia cum no-
 biles quotidie clamarent et dicerent tan-
 dem ab illis dies ultimas prefigitur ho-
 raque qua conventio fieret assignatur
 huiusmodi negotium cum wolfardus
 percipit ipse summo dilliculo de Flaha
 cum comite fugiens apud Sciedam
 navem ingreditur. Qui nos de mole a-
 nobilibus sibi non casu sed deliberatio-
 ne obviantibus reportatur quorum
 quidam ipsum immediate volebant
 occidere sed alii propter comitis pre-
 sentiam volebant aliquatenus sustinere

Dicitur itaque wolfardus licet inuitus ad
 Delfense opidum ubi cum comite domum
 quandam lapideam ingreditur. illam bene
 evadere putans et mortem quam sibi pre-
 mius adesse timuit non formidans

Interea tumultus nimius concursus que
 maximus coram domo percipitur talique
 carmine vox multitudinis exaltata. Data
 nobis wolfardum vel domum incendimus et
 omnia que in ea sunt pariter comburemus
 Et qui intrinsecus erant timore coacti wol-
 fardum lorica exitum ianuis egerunt qui
 ab

ab astantibus suscipitur et quasi mille
 tibus perforatur et occiditur

Tunc autem hoc tempore balivus Zuythol
 die nomine Alandus qui timore dordracensium
 sibi adversantium in castro quodam quocumque
 dicitur Craeyenheyn recipitur in quo cum
 suis ab incursu hostium securus quibusdam
 iam temporibus hospitatur. Ille mortuus
 wolfardo suo protectore a dordracensium
 communitate verbis nefandis annuum de
 tractationum carminibus infestatur.

Quis igitur manibus circumquaque cingitur
 qui modico intervallo de castro descendens im-
 micis presentatur, a quibus cum suis
 navigis recipitur et dordracium dicitur qui
 in navis exitu cum duobus fratribus ceteris
 visque famulis miserabiliter laceratur et oc-
 ciditur.

De hueden

Illo tempore surrexit quaedam magna discor-
 dia inter illustrem virum Dominum Johan-
 nem Dominum de hueden et civitatem

Bufo — ducensem nam suscoducenses con-
 querebantur cotidie Droffato Brabantie gra-
 vamen ~~in~~ ^{et} iniusticiam ipsis per Dominum
 de hueden factam. Ita quod tandem Droff-
 Satius Brabantie armata manu obsidit

ne

ne valida potenter circum castrum et opidum de hiesden Itaque Johannes Dominus de hiesden non habens copiam resistendi sane conductus secreto perrexit ad comitem Hollandie petens ab eo tanquam a suo superiori Domino subsidium et assistentiam ad effugandum prefatum Drossatum de hiesden quod sibi comes promisit et congregato grandi exercitu navigio et curribus properans nitentur obsidionem dissolvere et suum liberare. valallum vel cruentum bellum cum Brabantigeris committere

Drossatus vero illa percipiens amoto exercitu conquirebatur illam violentiam duci Brabantie quapropter dux sine dilatione concitatis complicitibus et civitatibus suis decrevit in contumeliam comitis Hollandie hiesden de novo corporaliter obsidere potentissime

Castrenses vero magnanimitatem ducis et fortitudinem sui exercitus percipientes recesserunt metu et terrore eius a castris inlinguentes castrum apertum sine custodia Et sic dux cum suis sine molestia et damno requisivit sibi castrum opidum et totam terram illius Domini et homagiabatur in eo ut Dominus de hiesden

Tandem precibus amicorum Johannis Domini

mini de Huedden iterum prefatus Johan-
nes dux Brabantie resignavit castrum
apudum et Dominium de Huedden a duce
vel ducissa Brabantie ut fieret verus va-
sallus Brabantie Insuper serviret sibi
et suis successoribus ducibus Brabantie
in omnibus ^{1^o} quavis more vasallorum
anni tempore requisitus a principe
Brabantie

Preterea maneret sibi et omnibus succe-
soribus suis ducibus Brabantie apertum
castrum et apudum ad voluntatem et be-
neplacitum ducis Brabantie et Dominus
de Huedden cederet semper et aperiret
sibi castrum et apudum duci Brabantie
quencumque vellet intraret

dege, quencumque
quandocumque

De quibus omnibus confecte fuerunt pa-
tentes littere Et sic Domini hueddenes
permanerunt veri et indubitati vasalli
ducis Brabantie ^{ab} illo tempore et deinceps

Anno Domini millesimo ducentesimo
nonagesimo nono Johannes Domicel-
lus Hollandie quarto kalendas novem-
bris apud Haerlem requievit in Domi-
no postquam Hollandie residisset annis
tribus cum dimidio

Hic Johannes solus inter omnes Hollandie principes sine liberis et absque militari nomine defunctus est qui in Reijnsburgensi monasterio penes patrem honorifice tumulatus est

Domicella quidem Elisabeth post mortem sui coniugis transiit ad regnum anglie quam exinde duxit in uicorem comes erfordie

de turris

Post eiusdem Domicelli mortem Ghijselbertus de Aemstel apudum suum ligneis pontibus et terris ^(sic) propugnaculis undecimque munivit Sed vulgus Waterlandie cum oppidanis de Flaeslem profugato Ghijselberto pontes et munitiones facillatenuis inflammavit

Circa annum Domini millesimum trecentimum extitit quidam Nijcho- laus ^(sic) nuncijs parentibus apud villam que spernewoude dicitur procreatus cuius magnitudo corporalem compara- tionem non suscepit Sub extento namque ipsius brachio maximus hominum illius temporis se diuertit Paterant etiam si membrorum quaterat species sub ^(sic) prorsato ipsius calce maiorum hominum pedes quatuor latitare

Scholares

Scholares etiam a scholis venientes vel ad
 scholas euntes ipsum a docto aspiciabant
 nam ante oculos ^{suos} accedere maxime formida-
 bant cum tamen ipse Nicolaus homo se-
 renus et malitiosus non fuerat sed valde
 benignus mitis et et patiens existebat

Isti Nicolaus si pro quantitate viri af-
 fuerat ----- acies solius ipsius utique
 presentiam formidassent

(Haec, tanquam semina,
 postea infecta sunt)

Johannes quondam comes hanonia iam co-
 mes Hollandie effectus est et eius acta

Defuncto Johanne ~~comes~~

Defuncto Johanne Domicello Johanne
 comes Hanoniae filius Alejdis sororis
 Wilhelmi Regis Decimus Septimus
 Hollandie comes est effectus qui sta-
 tim Dominia de Aemstel et de Woerden
 Gurdoni fratri suo largitus est
 habens in uxorem Philippam filiam
 comitis Luxemburgensis, de qua genuit Johan-
 nem primo genitum Wilhelmum suc-
 cedentem Hollandie comitem Johan-
 nem de Bellemonte Dominum Henricum
 cum

cum cameracensem canonicum margaretam
comitissam claremontensem mariam comi-
tissam de barbanoyis et machteldim domi-
nam ^{de} nizele

L. Donationes, id est
Donationis

Hic Johannes primo ^(sic) donatianus sue tempo-
re cum expeditione valida remigravit
ad Islandiam ubi contra rebellianem
contra Johannem de Renes demum opti-
mavit cum magna laude victoriam

Die autem quadam dum a comite ^(sic) exercitu
ad placitum proceditur manus inimicorum
destruitur et omne quod eorum poterat cedere
utilitati devastatur Ecce hora qua mente ig-
noscitur crimenque despicitur noctis vide-
licet crepusculo repentinis horror horribi-
lisque rumor de inimicorum adventu inno-
tuit. Et Hollandie populus que visu non
potuit tactu didicit ^{nam} inimicorum presentia co-
tu percipitur que obscuritate temporis vi-
sui denegatur. O nefanda obscu-
ritas O tenebre detestabiles nam per vos
nobiles strenquitas et strenua nobilitas
subicitur que summi adiutorio solis presen-
tia servaretur Cadunt in presenti ^{propter} vindictam
Domini wolfardi de Vere multi nobiles ab
eius interfectione immanes pluribus etiam
vero tramite fors dirigitur quorum consilijs
vel consanguineam manibus prefatus
wolfardus

wolfardus de vere mortis reprobis implicabatur.

Johannes itaque de rebus devictus transfugit ad Albertum romanorum regem pro subsidio asserens quod comitatus Hollandie post obitum domicelli Johannes romano vacaret imperio

f. noverint.

Albertus ergo rex occulte descendens ad Hollandiam disseminavit huiusmodi literas per universam provinciam, ^(sic) moverunt universi quod Albertus rex iniunctis vacantem Hollandie principatum romano incorporabit imperio quem Karolus rex Theodoricus comiti donavit infendum

igitur Albertus rex anno Domini millesimo ^{trecentesimo} descendit usque novimagium ad subigandum comitatum Hollandie adducens secum maguntinensem treverensem et Colanensem archiepiscopos cum plerisque primatibus regni almanie

f. Bonelwerd.

Econtra vero Johannes comes arripotenter advenit in Bonsverd ubi metatis castris super alienum vase assidue cepit investigare qualiter ad expugnandum regis exercitum magis commode possit pertransire Sed ecce rex multitudinem veillarum et fortitudinem armigerorum Hollandie exercitus

citibus a cacumine turris procul intuent et
se delusum a Selandis estimans retroces-
sit ad Cranenburgiam ut alterna die repa-
traret in austria

Archiepiscopus vero Coloniensis ^{pro} regis ho-
nore conseruando pacem extunc elaborare
studuit qui tandem sub hac forma com-
positionis arbitrium suum edidit quatenus
ipse comes Domino regi~~is~~ fidelitatis pres-
taret homagium quo facto primates
extemplo reuerli sunt ad propria

Et Ste. Albertus dux austria filius Rodolphi
regis romanorum imperator anno imperii
sui undecimo a Johanne nepote suo scili-
cet filio fratris sui occiditur eo quod per
ipsum imperatorem patrum suum int-
eriatum sibi satis fecit multis tempori-
bus cum Instancia postulauit sed pe-
tijt habere ducatum austria quod impera-
tor tutorio iure optinuerat et sibi sepius
repetenti denegauerat.

Cum ergo quidam vice flumen quoddam na-
uigio pariter transirent et imperator sibi
patrimonium suum reddere dedignabatur
ipse extracto gladio occidit et euasit

Selandrini vero regi tarde uenientes in auci-
lium relicta classe penes hueden trans-
sugierunt

fugierunt ad flandriam depredantes assidue
vicinam Zelandiam Sed Johannes comes
hos fugitivos ^(sic) otius insecutus desertas ra-
tes adinuenit. Johannem De Kenes pro-
scripsit cuius facultates suis adiutoribus
subdiuit Porro Dominus Johannes
de Kenes adiuuauit suos ualentes armige-
ros ut in uirtute magna tribularet Hol-
landie comitatum sui cum uenisset
cum exercitu magno prope Berghenop-
zaem Dominus eundem apidi occurrit
ei cum multitudine armatorum ad bel-
lum uenientibus igitur adinuicem cesi sunt
^{quincenti} ^{uiri} de adiutoribus Domini de Kenes ip-
se autem fugiens declinauit ad castrum
paevoijon ut ibidem tutus existeret

Igitur Johannes comes Hollandie in
Dordraeco tunc existens ^{et ista} sic sicut permit-
^(sic)
tuntur intelligens misit Johannem
Domicellum suum primogenitum filium
cum copioso exercitu aduersus prenarra-
tum Johannem de Kenes quod cum Jo-
hannem de Kenes percipisset ait de iam
dicto Domicello Ille Johannes est crude-
lis nimis ut diabolus et si optinuerit
istud castrum omnes maxime nam om-
nes nos interficiet quemadmodum eius
micro occidit omnes castrones in Beren-
dorp

L. pre multante.

forte qm. quando

Corps ^(sic) quin illud castrum optinuerat me-
lius est ergo fugiendo mortem evadere
quam stare in futuro periculo mortis

Recedens ergo Johannes Dominus de
Kenes cum suis venit ad Flandriam
Postea iste Johannes Domicellus dictus
est Johannes sine venia quia in factis
suis fuit nimis atrox et crudelis

Johannes nempe de Kenes in Flandria
existens percussit fedus pactus cum
Flandrensi populo et accipiens ab eodem
populo manuale juramentum intraivit Zelan-
diam et applicavit cum suis armatis ad
apudium ^(sic) ~~guet~~ ut castrum optineret quod
percipientes ille de Reijmer Swael ^(sic) venerunt
in occursum eius cum multitudine et
ocis mille et octingentis Flammingis
in fugam versi sunt Et Johannes de
Kenes sic evadens mortis periculum de-
clinavit ab inimicis suis

Eodem anno Wilhelmus Traiectensis episco-
pus adversantibus sibi Swedero de Mont-
farde Huberto de Vianem et Johanne
de Bunschoten militibus a Jacobo de Licht-
tenberch magistro civium apprehensus et
infra civitatem propriam in domo sua
que Lichttenberch dicitur circiter annum in
captivitate detentus est

Demum

Demum idem episcopus a prisione laxatus
 auxiliis quorundam villanorum nichilami-
 nus a sede propria sicut barbarus ab in-
 micis relegatur qui mox ad fideles ultra
 flumen isle morantes transfertur a qui-
 bus benigne suscipitur, et ut pater spi-
 ritualis valde reverenter honoratur

Interea episcopus sedem adiit apostoli-
 cam. ut Trajectense pontificium Dominus
 papa resignaret. Et exinde sospitibus, cunctis
 aduersariis in tranquilla pace
 maneret. Sed ecce Dominus apostolicus
 Episcopatum acceptare nolens mandauit
 episcopo monasteriensi quatenus ipsi Wil-
 helmo confratri suo contra quoscumque gra-
 tularum manuales ferret auxilium

Hic Wilhelmus repatriare disponens
 decima quinta die mensis augusti quod-
 dam prodigiale signum apud ^(sic) angua-
 =nam uidit quod mortis sue iam in-
 stantis indicium presnosticale fuit
 intuebatur enim solem esse bicarni-
 um admodum lineae de quo fulgurantes
 radii choruscabant ad instar lucis san-
 guineae. qui mox de partibus transjelen-
 nis elegantem aggregauit exercitum ten-
 tandi se ciuitatis sue patentem inueniret
 introitum. Sed ipse episcopus urbem
 introire

intraire nequius declinauit ad loca campe-
tria et ibidem cauisa reparu'ationis sue de-
creuit exaltare tentaria

Cum autem hec agerentur quidam Hollan-
die nobiles et pote Theodericus de Wassenar
Henricus castellanus de Leydenfis Phi-
lippus de Montfoort Simon de Bentheim
et florentius de diuen ^(sic) et Jacobus de Wond
milites cum multis armigeris adientes
episcopum propter antiquam discor-
diam et diligentes Jacobum de Lichten-
berch propter confinem amicitiam compre-
hensis armis rogatu Traiectensem et de
licentia comitis Hollandie deuenerunt in cam-
pestri planitie que dicitur Hogewerde
cum tubis tremulis et signis fulgidis et
episcopum a ciuitate propellerent et pro-
fatum Jacobum ab imminente periculo
potenter eriperent

Econtra vero Dominus episcopus cuius exer-
citus in duplo maior erat acies suas ad bellum
ordinate tetendit qui cum tubis frementibus
et vexillis irradiantibus aduersus ^(sic) hosti-
bus andacter occurrat ita quod in prima
congressione quosdam villanos ab exercitu
segregatos expelleret et Hollandiensi po-
pulo cum uirtute magna resisteret

Interea Susederus de Montfoort cum in-
defessis

nos episcopatum receit qui cunctis diebus suis
persecutiones graves ut predictus passus fuit

Hic est notandum quod a die occisionis pre-
dicti episcopi tota illa natio de Lichtenberch
usque modo declinavit notabiliter in descensum
honoris et bonorum quia episcopus invidiam
prefatorum Dominorum sibi acquisivit
pro defensione iuris ecclesie Traiectensis

De hueden

Anno Domini millesimo trecentesimo tertio
obiit illustris Johannes decimus octavus
dominus de hueden habens in uxorem Alej-
dam filiam comitis de Wittekesteijn et qua
geniuit Johannem succedentem Dominum
de hueden et Dominum Johannem de
Dronghelen qua uxore defuncta idem Domi-
nus Johannes duxit in uxorem Aringar-
den filiam Domini de wickeroy ex qua ge-
niuit Johannem dominum de Elshandt

Sub isto domino Johanne dominum de
hueden factum est fedum Hollandie
Iste fuit ordinatus miles in terra sanota
in qua fuit cum multis Dominis-venen-
sibus debellans strennie per fidos gentiles
Iste seruiuit Johanni primo duci Bra-
bantie in guerra Limburgensi et in bello
de

de Waeringhem et ubique contra comitem
Ghelrici Reynaldum

Guido Episcopus 42^o electus.

Post occisionem Wilhelmi pontificis Jo-
hannes comes de Zelandia cito veniens
supplicavit ecclesie Traiectens^(sic) pro Gu-
done fratre suo thesaurario Leodiensi

Canonorum ergo quidam elegerunt Gui-
donem eundem thesaurarium quidam ve-
ro Radolphum de Waldech maioris ecclesie
prepositum Porro quam primum Guido
gubernationem episcopatus accepit Radol-
phus ad partes transjordanas secessit.

Fuerunt etenim eiusdem guidonis fratres
carnales Botrardus episcopus methensis
Johannes episcopus cameracensis Johan-
nes comes hannonie et Hollandie et flo-
rentius princeps morianensis quorum
auxiliante potentia dictus Guido ponti-
fex adversantes hostes sibi egit totumque
pontificium in tranquilla quietudine
gubernavit.

f. subegit.

His diebus contigit in Hollandia quod-
dam

 dicens suspicia hec creditur protulisse. Pie
 domine quod personam meam sola obedien-
 tia datur causa sed fratres nostri ordinis
 pro vestra destructione XL. milia floren-
 rum a quatuor maledictis principibus Rege
 videlicet francie Sicilie Navarre et Laren-
 torum principe susceperunt Sunt autem
 In nostro exercitu plusquam viginti fra-
 tres nostri ordinis qui annes mecum eodem
 studio curaverunt Sed heu me miserum cui-
 us manus pessime ad brauium pervene-
 runt Cesar Respondit. O bone frater
 que est hec obedientia Christus dixit Non
 occides modo per prelatum contrarium habes
 quid ergo horum est sequendus certe si
 non erraveris Christus magis namque
 ut dicit Petrus oportet deo quam hominibus
 obedire non debet ergo a vobis allegari obedien-
 tia sed error et dementia cupiditas quoque
 et avaritia Traditor ait Pie domine
 cor meum supra modum de hac patione
 nefhandissima doloribus aggravatur. Ce-
 sar Inquit O bone frater dolor iste cor-
 bus meis sero ~~non~~ ^{nimum} presentatur. Traditor
 ait Illi. Reherende domine si vestra nobi-
 litas annueret possem vos curare et sani-
 tate ^(sic) pristina. Cesar ait. Domine Barnarde
 si

si hoc potest furi ordinem postulo reci-
 tari. Traditor ait. submisso capite et sub-
 tendo pede venenum via qua venerat reuer-
 tetur Cesar ait. Ablit bone frater. si alio mo-
 do non potest fieri curatio nolo enim
 aliquomodo anime mee scilicet suum sub-
 trahere sed Illam destructo per vos corpore
 creatori humiliter presentare. O frater
 Bernarde Licet per vos scitis. Scriptum
 est nulli malum pro bono tribuatur nolo
 tamen vos hac occasione corripere ait In fa-
 miliaribus Injettari unde quin mora vo-
 bis possit esse periculo Locis persone
 vestre securis eligatur et Illi sine offensione
 vos faciam presentari, quia pro certo si po-
 pulus meus actum vestrum perciperet cor-
 pus vestrum nullo modo mortem evaderet
 Cesar Itaque traditori suo florentiam eli-
 genti omnia Indulgentis quoque honorem
 qui pro Ipso cruce affigitur Illata sibi
 humiliter sustinens Solempnes vocat
 nuncios non nuncios sed principes quo-
 rum ducatu traditor versus florentiam
 pervenit saluus quibus ad cesarem reuer-
 tentibus Imperator tunc nichil Ipsis ce-
 lauit sed omnia manifeste Revelavit
 scilicet quia a fratre Bernarde ultima
 missa per Ipsum celebrata veneno Infi-
 citur et mortis periculo declinatur quo au-
 dito fit clamor maximus fit plane-
 tus continuus nec cessant duces traditoris
 sibiipsis

sibi ipsi maledicere dūm Ipsū sic Re-
colunt euādisse Igitur post hec Impera-
tor Chrodeganiffimus suis valedicens et mā-
nūs deuotissime erigens In domino feliciter
obdormiit

Factum est autem post quorūdam anno-
rum curricula ut dictus traditor frater Ber-
nardus ad Instantiam ghibelinorum prin-
cipum extra florentiam duceretur ubi pel-
le a Karolo exiit et morte furpilli-
ma condemnatus

Reynaldus Comes Gēldria a proprio captus filio

Item anno domini M^o CCC^o XVIII^o Reynaldus
comes Gēlrie a proprio filio suo captus
et In arcta custodia tentus est consilio
suorum eo quod diminuēbat comitatum
In bonis

Item anno domini M^o III^o XIX^o In cras-
tino assumptionis marie Oppidum zantbee-
mel destructum est per Incendium et a
domino de arkel et domino de voerne

Item anno M^o III^o XXI^o In die Sabine vir-
ginis obiit margaretha de flandria secu-
nda uxor Reynaldi comitis Gēlrie et ma-
ter Reynaldi primi dūcis

Item anno domini M^o III^o XXVI^o VI. Idus
octobris obiit Reynaldus filius Ottonis
et Reynaldus filius eius comitatum suū
cepit hic Reynaldus dictus est dominus
cum nigro capite et dūxit in uxorem Sophis-
am

am de Mechlinia Sophia de Mechlinia fuit
 filia Florentii domini de Ghrimberghen
 et de mechlinia et mater istius Sophie fuit
 filia comitis Nijvernesis. ista Sophia nupsit
 Rejnaldo filio comitis Ottonis Ghelrie Hec
 Habentur in cronica Brabantie ubi men-
 tio fit de Dominis de Mechlinia et de Grijms-
 berghe et qui Rejnaldus filius Ot-
 tonis fuit dominus Mechliniensis post obitum
 Florentii patris uxoris sue Sophie
 ut in historijs Brabantinorum notatur
 De qua genuit Margaretam primogenitam
 Mechteldin, ijselbenam, et Mariam Margare-
 tam primogenita obiit anno M^o III. XLIII. ip-
 so die S. Francisci. Mechteldis primo
 fuit comitissa de Loene. 2^a comitissa de
 clivis tertio comitissa Vlesensis sine va-
 loes qui postea adhuc vidua et ducissa Ghel-
 rie modico tempore que obiit anno M^o CCC.
 64. ipso die Mathei Apostoli. Yslabena
 fuit abbatisa in valle comitis prope goch
 quae obiit anno M^o CCC. ^(sic) 16 Maria vero fuit
 uxor Wilhelmi ducis Juliae congis de qua
 genuit Wilhelmum et Rejnaldum qui
 postea ambo successive fuerunt Duces Ghel-
 rie et Mariam uxorem domini Johan-
 nes domini de Arkel quae genuit filium
 nomine Wilhelmum domicellum de arkel
 qui in bello postea in ghor. cum mil-
 tit nobilibus et armigeris interemptus et
 occisus est et Mariam uxorem domini Jo-
 hannis

verem legere non potui

hannib domini egmonda^[sic] et Yselsteijn et
 hec ultima Maria genuit dominus de egmon-
 da duos filios salces Arnoldus qui postea lon-
 go tempore sequenti fuit dux Ghebric et domi-
 num Wilhelmuu dominum de egmonda Ysel-
 Steijn et Mechlinia

Item anno M^o CCC^o 28. ipso die Servacii episcopi
 Reijnaldus filius Reijnaldi comes Ghebric
 venit in auditorium episcopi Leodiensis et
 una cum episcopo habuit victoriam apud Has-
 felt contra Leodienses ubi ex parte Leodiensium
 18^m hominum occisi sunt quare idem
 Reijnaldus ultimus comes et primus Dux
 Ghebric fundavit clarissimum Carthusianum
 dictum monachium apud Aernhem quod
 dotavit et fundavit et valde Large bonis
 temporalibus providit ob remedium anime
 sue et horribilem stragem quam dudum commiserat
 in leodienses

Item anno domini M^o CCC^o XXVIII. in festo
 beatorum Petri et Pauli prepositus Decanus
 et Capitulum canonicorum tyjelenfium re-
 cesserunt a tyjela ad Aernhem et prima
 translatio facta est propter intolerabiles tri-
 bulationes ab episcopis tyjelenfibus ipis episcopis
 canonicis impensis

Et eodem ~~et~~ die anno et die domini domus
 theutotici ordinis Sancta Marie hos-
 pitalis

pitalis ierusalimita venerunt in tjela
et ibidem habitate coeperunt.

Item anno domini M^o CC^o 88 ^(Sec) in die sanc-
ti Bani facii martyris et sociorum
eius tempore Nijcho-lai f. papae huius
nominis quarti Johannel dux Brabantie
^{et frater}
eius godefridus cum magna multitudine
armatorum una cum civibus coloniensibus
habuerunt victoriam contra Gifridum archiepiscopum
coloniensem et Rejnaldum comitem Ghel-
rie in bello apud Woeringhen ubi ex parte
episcopi comes Limburgensis cum duobus
fratribus et quam plures nobiles occisi
sunt et comes Ghelrie graviter vulneratus
captus permandet et mandat debili ca-
pite ad vitam suam et Dux Brabantie per
exactionem ipsius comitis adquisivit fi-
li comitatum Lymborzen gen...

Item anno domini M^o CC^o.xcviii. Otto de
bueren et Alardus eius filius castrum
suum apud bueren propter excessus factos
contra illustrem principem Rejnaldum
comitem Ghelrie pro eius gratia op-
tinenda resignavit in manus predicti Co-
mitis Rejnaldi Sed idem comes propter
multimodas preces amicorum dicti Ottonis
reddidit ei castrum predictum in
fendum ab episcopo ^{et fratre} et suis heredibus te-
nendum

nendish et habendum tali conditione quodotto
 et sui heredes contra dominum Ghelrie et
 suos successores de dicto castro nil facere
 attemptabunt nec ex dicto castro aliquod
 dampnum comiti predicto, vel terre
 eius aliquatenus inferre debent sed erunt
 fideles servitares in perpetuum ferventes
 Comiti Gheldriae.

Item anno Domini M^o CCC^o LIII. circa festam
 natalis domini positus fuit agger inter Tijel
 et Landwyck per Ducem Johannem Bra-
 bantie unde tradidit literas quod si per in-
 fortunum frangeretur iterum repara-
 ret

Item anno domini M^o CCC^o V. XLIII. Kalendas
 Maji Tijela muro cingitur a civibus prop-
 ter incurSIONem comitis Ghelrie

Item anno domini M^o CCC^o L^o in civitate
 aernemensi concordatum est inter Guido-
 nem episcopum traiect. et Reynaldum co-
 mitem Ghelrie et declaratum est, quod comes
 Ghelrie terram Vellic et omnia bona
 que a duce Brabantie in feudatarium feu-
 dum optinere consuevit quod illa de cetero
 ab ecclesia traiectensium immediate in feu-
 dum tenere et recipere recipere deberet eo
 quod infra terminum competentem presen-
 tis Dux ecclesie traiectensium homagium
 fidelitatis non prestitit nec requisivit et
 propter

ribiliter subuenissent exponentes se ipsos
 morti propter comitem liberandum fue-
 runt autem in eodem exercitū preter
 predictos Dominos Dominus Arnoldus de
 Crünijnghe dominus Johannes de Flaemste-
 den filius venerandi Wittonis primi domi-
 ni de Flaemsteden dominus Johannes de
 Palanen dominus Wilhelmus de diuwerde^(sic)
 et Domicellus Wilhelmus de Hollandia
 in quo conflictū p̄ns comes Wilhelmus re-
 cepit decus militie quia ordinabatur miles
 Sed post hec prefatus Rex Ludouicus
 cum denno de bellare proposuisset ac
 decreuisset non poterat propter assiduam
 intemperiem pluuiialis aere quapropter
 compulsus est ad Franciam retrocedere
 ac Flandrensem populū ab infesta mole-
 tatione dimittere. Wilhelmus ergo comes au-
 ditis de absentia Regis veridice r̄p̄ori-
 bus omnes villas citra ripam predicti flū-
 minis hostiliter incendit falsisque suis
 bellatoribus ad Hollandiam remigravit

Anno domini M^o CCC^o XXVII. Guido ponti-
 fec reversus ad Francia totū episcopatum
 cepit in tranquilla pace disponere cunctosque
 grassatores ultione seuera corrigere fuit
 enim illis diebus Ghyselbertus de Ghoij
 minoris etatis adolescentulus sub tute-
 la Johannis de Culenburch et Nicholai de-
 Catre

80
Catre constitutus a quibus idem episcopus ex
parte iam dicti pueri de receptis exegit com-
putationem vel tutelae resignationem Et
hannes autem et Nicolaus parvipendentes
mandatum reverendi Pontificis reculare-
runt de receptis rationem reddere nec tutelae
prenominati inuenit aliquo modo cedere
quam ob rem idem episcopus tam de Hol-
landia quam de parte propria perspicuum
edixit exercitum et castrum ghoij valla-
uit obsidione grauissima per circuitum
ut cum magenis turres impetiose quassa-
ret et castrenses ad satisfactionem de-
bitam coarce^(sic)ret Castrenses autem mag-
nanimitatem episcopi intuentes obsidi-
onem tam populo^{se} multitudinis formi-
dantes episcopum ^{ipsum} castrum salua vita cum
banis libere resignauerunt quorum
glorioso Pontifici debitam satisfactionem
de preterita contumelia promiserunt
Quo idem episcopus adeptum iam
castrum commisit Arnol^{do} de Ysel-
steijn domino de egmonda ac Wilhelmo
bastardo Florentii comitis Hollandie
quatenus ^{ipsum} episcopi presiderent in eo sub
munimento fidelis custodie Sed ecce
quo idem preclarus antistes eadem nocte
quae est ⁱⁱⁱⁱ. Kal. Iunij mensis
egritudine subitanea debilitari ^{coepit} et
astantibus quibusdam de suis fami-
liaribus

liaribus vite spectam exalauit. Ille
 electus pontifex quido solemne testam^{entum}
 condidit ita quod qui libet sacerdotum ad
 anniuersarium ipsius corporaliter ueniens
 ideo habet bonam pecuniam, ita ut infir-
 mi uel debiles uenerunt ad eius anniuersa-
 rium uti in hoc uersu. Claudos ex nido
 facit conburgere quido

Item anno domini M^o CCC^o XVIII. in trans-
 latione beati Martini datus est singu-
 lis pauperibus denarius argentens pro me-
 moria ipsius quidonis episcopi unde uersus
 Claudum de nido saltare facis bone quido

Nec mora quando castrenses dudum electi
 circa noctis umbram per notas semitas sca-
 las miris applicauerunt ac omnes armige-
 ros Episcopalis curie soporantes adhuc
 in stratu cum uerbis minatorijs eiece-
 runt. Corpus autem reuerendi pontificis
 confectum intra ciuitatem traiectensem des-
 vectum est quod ibidem in maiori ecclesia
 in australi parte chori sub tumba ual-
 de sumptuosa lachrimosis exequijs tumu-
 latum est. Hic electus pater XVI. an-
 nis condigne regens episcopatum sancto Mar-
 tino tria castra scilicet ghoije Dillen-
 burch et Stouitenburch ad perhennem
 sue laudis honorem obtulit. Pro debitis
 antecessoris

antecessoris sui ratione curie ^(Sec) ~~et~~ ^{m. 2} et ccc li-
 bras exsoluit. totum episcopatum sine de-
 bitis successori suo dimisit quem eo ^{vive}
 vente circumstantes ^(Sec) principes et potentest
 et pacifice gubernavit Fuit enim idem
 episcopus aspectu decorus statura venustus
 sermone facundus ingenio clarus consilio
 cautus et in multis gloriosis virtutibus
 excolendus extollendusque.

Wilhelmus autem Hollandie comes defunc-
 to patris sui dominia de aemstel et de
 Werdem ditione sue subegit, in quibus
 ex parte sua balisum sive villicum de-
 putavit asserens quod eadem dominia se-
 pedicto pontifici pro patrimonio fuerint
 assignata quae propter transgressionem
 arbitri forent ad comitatum Hollandie
 devoluta

Anno domini M^o CCC^o XVIII. ab ortu solis
 usque ad eius occidum multe plage con-
 tingerunt in una plaga mundi magne quae-
 re in alia eukaristie valide periculum
 in mari inter piratas et in fluminibus
 et alie diverse et plage multe et miser-
 vie magne et cet. Cuius ^{anni} notantur in illo
 versu psalmi. A solis ortu et occasu
 ab Aquilone et maria et habetur versus
 ille in psalmo illo confitemini domino
 quam bonus

De Frederico 2^o de Zwick nato
XLIII^o Traiectensem episcopu.

Sepulto quidone pontifice Fredericus hu-
 ius nominis secundus natus de Zwick Sancti
 Petri traiectensis prepositus XLIII. electus
 est episcopus Hic Fredericus in romana
 curia consecratus ex proprijs debitis pluri-
 mum aggravatus fuit quamquam epis-
 copatum satis diuitem ut predicatur
 invenit, ideoq; sub brevi tempore inops
 effectus est et tam a suis quam alienis
 modice reputationis habitus est Castrenses
 autem ~~de~~ ^{de} aliendentes homines fuisse episcopatum
 frequenter exactionantes pro magna parte
 castrum Dillenburch incenderunt qui
 et aliquotiens veni gurgitem transfre-
 tantes carredas deferentes episcopo necessa-
 ria captivarunt super quibus molestijs i-
 dem episcopus oportunum imploravit
 auxilium Rejnaldi comitis Gbelrie quate-
 nus in re fidelitatis sibi subveniret in
 vindictam talis iniurie Sed ecce rejnaldus
 illustris comes Paulo post a proprio filio
 captivatus est et episcopus a desiderato iu-
 uamine destitutus est. Quam ob rem et ipse
 pontifex Hollandiam adiit fidem et con-
 sanguinitatem Wilhelmi Comitis ammonuit
 et ab eo debite subventionis iuvamen
 expetijt Nec mora quin et idem comes expe-
 ditum

ditum aggregari fecit exercitum de quo Johan-
nem Dominum de Arkel virum egregium
prefecit capitaneum, et ecce iam dictus
Johannes Hollandus educens, Lienden Cas-
tren^(sic) et Bornele cum villis adiacentibus om-
nino succendit et omnes adversantes hostes
ita strenue subjugavit ut ipse prefato
pontifici non solum de cunctis offendiculis
satisfactionem exhiberent verum etiam con-
fractum castrum Duillenburg sub expen-
sis proprijs repararent quo facto domi-
nus de Arkel magnifice dotatus ab episcopo
et Wilhelmo comite ad propria cum tri-
umpho laudis sine damno repatriavit

Eodem tempore idem pius ^{Comes} Wilhelmus
misit Wilhelmum filium suum cum
electa militia versus prussiam con-
tra infideles in adiutorium magistro The-
tonicorum ubi per longa tempora manens
multoties habuit bellum contra gentiles

Anno domini M^o CCC^o XVIII. obiit illustris
Johannes 9^o dominus de huedden habens
in uxorem Margaretam filiam domini
de Kuyck ex qua genuit Johannem suc-
cedentem dominum de huedden et Sophi-
am dominam de Saffenberch qua defuncta
duxit in uxorem Sophiam filiam domini
de Cronendonck sed nullam ex ea genuit
ptolem

prolem Iste domino de huedden dedit Johan-
nes dux Brabantie quatuor milia librarum
turonensium semel sed semper et heredita-
tarie centum libras Brabantie eo quod sibi
seruivit sub rege Anglie contra regem fran-
cie

Anno domini M^o CCC^o XX. in festo ^{sancti} florium
Iohannis et Pauli gloriosorum martirum
in medio estatis erat locatus primus la-
pis fundamentalis terris sancti Martini
traiectensium et postea anno domini M^o CCC^o
82 in ~~extremo~~ ieiunio cruce cum ventilabro
deaurato superlocata. Deinde anno domi-
ni M^o CCC^o 21^o primus lapis castri montis
sanctae gertrudis iaciebatur ut plurimorum
hoc inuidentiū illic idem edificatum esse
castrum furor excitetur cum omnis vasa-
ria fertur inuidens, quia inuidere non potest
quid nisi ei quem se in aliquo meliorem
esse putat quanto ergo alieni operis fabrica
in altum ducitur tanto mens inuidi pro-
fundius effoditur

Anno domini M^o CCC^o XXII. Kal. iulii dis-
rupti sunt aggeres ex profluvio veni su-
per solitum inundantis aque ita quod in
terra traiectensium et in baluatu rijnlan-
diensium per diluuium fluvialis aque lata
putrescerent et praeputa vilescerent Quapro-
pter Wilhelmus comes Hollandie eccles-
siam

Liam, claustrales, ciuitatenses^{et} nobiles astrinx-
it quatenus sub stipulatione signati cij-
rographi eis renum aggeres ita firmarent
quod Hollandie populi de tali profluuio
damnum aliquo modo non haberent

Eodem anno 13. Kal. Augusti Frederi-
cus episcopus ^(sic) artetico morbo multum
debilitatus apud horst migravit. Seculo
postquam quinque saltem annis traiec-
tentem profuisset episcopo cuius cor-
pus infra ciuitatem allatum ibidem
in ecclesia cathedrali in boreali parte chori
et capellae Sanctae Marie Magdalene in tumba
satis sumptuosa cum exequijs competentibus
inhumatum est.

De Jacobo de Auldhoern quadragesi-
mo quarto episcopo

Defuncto Frederico pontifice Wilhelmus co-
mes iterato traiectum venit et pro Jacobo
rudensi episcopo supplicare fecit sed ecce
capitulum in electione bipartite diuidum est
maior enim pars capitularium elegit Jaco-
bum de Auldhoern decanum ecclesie traiecen-
tensis minor pars postulauit antedictum
Jacobum rudensem episcopum de qua con-
trouersia tumultus quidam infra ciuitatem
exortus est et Wilhelmus comes per strepi-
tum vulgari vulgi subitaneae concurrentis
aliqua lites, quia propter et ipse co-
mes

mes in magnam fremens iracundiam iussit
 preclarum habitaculum prepositi traiectenses
 in doerue comburi et omnia sua ibidem
 proch nephas annullari. eundem autem
 episcopus attendens quoniam ipse cunctis quali
 prelati excolis esset et quod adversus Jacobum
 de Auldhoern electum aliquo iure prevalere
 non posset electioni siue postulacioni cedens
 a desiderio suo frandatus et Jacobus de Auld-
 hoern per confirmationem Heijnci Colonien-
 sis archiepiscopi x 21111 effectus est episcopus
 His itaque pactis eundem episcopus ut qui-
 dam tradunt ad traiectenses pontificium
 indesinenter aspirans et Jacobum confirma-
 tum incurabili morbo debilitari cernens pro-
 curavit extemplo primam traiectenses sedis
 vacacionem carere domini Pape reservari
 sperans adhuc ex promotione quorundam
 dominorum temporalium promoveri. Ja-
 cobus autem electus et confirmatus vir ho-
 neste conditionis et amator ecclesiastice
 religionis eodem anno 12. Kal octobris ob-
 dormivit in domino tumulatus apud maiorem
 ecclesiam in traiecto

Anno domini M^o ccc^o. 23. obiit dominus Ar-
 noldus de Arkel dominus de berga et de
 stolwijck qui in eadem villa de berga cas-
 trum edificavit et quia plura oppida dice-
 bantur berga prope et longe ideo ad differen-
 tiam aliorum oppidorum berga hec dicebatur
 berga domini Arnoldi etc quia sine legati le-
 giti

giti—ma prole discesserat, ideo dominium
suum jñde deuo—lutum est ad dominium de Arkel
bel

Anno domini M^o CCC^o 24. in vigilia nati=
uitatis domini nostri Jesu Christi hora
fere 12. eiusdem sanctissime noctis obiit il=

lustris Johannes dominus de Arkel miles
imperterritus
(sic)
Postmodum vero anno domini M^o CCC^o XVIII obiit
2^o Kal. marcii obiit ^(sic) nobilis Mabelia de voern
domina de Arkel sepulti ambo in oppido
ghorinchemensi in sepulchro dominorum
de Arkel sub tumba

quibus successit Johannes primogenitus ip=

so ~~tam~~ qui uiuentibus parentibus suis dicit
in uicorem colonie in quodam hostiludio
Armgardim filiam unicam illustriis prin=

cipis Ottonis comitis clientis et Margare=

tam de verneibirch dominum de dümple=

ken ista conuentione quod ipse Theodericus
de Cluis frater Ottonis comitis tunc defune=

ti eo fratri suo succederet. et comitatum
posset deo ad uiueret et si filium
ex ipsis domino Johanne de Arkel et eius
nepte armiga— de nasei contingeret il=

lum ^(sic) sibi post eius obitum in comitatu
succederet deberet gennent que Johannem
primogenitum et Ottonem succedentem
dominum de Arkel genuit insuper et
Armgarde

^{Augm} ^(Sic) ^{Domi}
~~Augm~~ ~~Sic~~ ~~Domi~~ ~~de~~ ~~ema~~ ~~quam~~ ~~dūxit~~ ~~in~~ ~~ux-~~
~~orem~~ ~~illūstris~~ ~~dominus~~ ~~de~~ ~~ema~~ ~~ex~~ ~~quā~~ ~~geniūt~~
~~mūltas~~ ~~filiās~~ ~~quārum~~ ~~primogenitām~~ ~~dūxit~~
~~in~~ ~~uxorem~~ ~~dominus~~ ~~de~~ ~~Ghennepe~~ ~~secūndam~~
~~dominus~~ ~~de~~ ~~heijnsberch~~ ~~Breviter~~ ~~ex~~ ~~illis~~ ~~fi-~~
~~liabūs~~ ~~domine~~ ~~de~~ ~~Emā~~ ~~orti~~ ~~sūnt~~ ~~domini~~ ~~de~~
~~Brederoden~~ ~~domini~~ ~~de~~ ~~veer~~ ~~domini~~ ~~de~~ ~~Grū-~~
~~ninghen~~ ~~domini~~ ~~de~~ ~~dronghelm~~ ^(Sic) ~~domini~~ ~~de~~
~~merweda~~ ~~domini~~ ~~de~~ ~~oict~~ ~~domini~~ ~~de~~ ~~octende~~
~~de~~ ~~harwren~~, ~~et~~ ~~plūres~~ ~~potentes~~ ~~barones~~
~~et~~ ~~militēs~~ ~~quā~~ ~~mūltas~~ ~~habuit~~ ~~filiās~~ ~~Theode-~~
~~ricūs~~ ~~apud~~ ~~ergo~~ ~~fratri~~ ~~succedens~~ ~~atq̄~~ ~~comes~~
~~clivēnsis~~ ~~effectūs~~ ~~habens~~ ~~in~~ ~~uxorem~~ ~~Mariam~~
~~comitis~~ ~~monten^{is}~~ ~~filiām~~ ~~geniūt~~ ~~ex~~ ~~ea~~
~~tres~~ ~~filiām~~ ~~quārum~~ ~~primogenitām~~ ~~agne-~~
~~tem~~ ~~no^{mine}~~ ~~dūxit~~ ~~in~~ ~~uxorem~~ ~~Godefridūs~~
~~comes~~ ~~de~~ ~~arnsberch~~ ~~ūltimūs~~ ~~nam~~ ~~nūllam~~
~~habens~~ ~~prolem~~ ~~totum~~ ~~comitatum~~ ~~suū~~
~~adhūc~~ ~~ipsis~~ ~~viuentibūs~~ ~~contulerunt~~ ~~ecclesie~~
~~coloniēnsis~~ ~~secūndum~~ ~~Petrūm~~ ~~apostolūm~~ ~~ip-~~
~~sorūm~~ ~~ordinante~~ ~~heredem~~ ~~secūndam~~
~~dūxit~~ ~~in~~ ~~uxorem~~ ~~dominus~~ ~~de~~ ~~parwis~~ ~~Ter-~~
~~tiam~~ ~~scilicet~~ ~~iūniorem~~ ~~Adolphūs~~ ~~comes~~ ~~de~~ ~~mare-~~
~~ka~~ ~~dūxit~~ ~~ex~~ ~~quā~~ ~~geniūt~~ ~~Adolphūs~~ ~~et~~ ~~En-~~
~~ghelbertūm~~. ~~Johannes~~ ~~itaque~~ ~~dominus~~ ~~de~~
~~ar kel~~ ~~habens~~ ~~in~~ ~~uxorem~~ ~~Armgardis~~ ~~unic-~~
~~am~~ ~~filiām~~ ~~Othonis~~ ~~comitis~~ ~~clivēnsis~~ ~~ge-~~
~~niūt~~ ~~que~~ ~~ex~~ ~~ea~~ ~~Johannem~~ ~~primogenitūm~~
~~Othonem~~ ~~succedentem~~ ~~dominūm~~ ~~de~~ ~~Ar kel~~
~~illūstris~~

Illūstris Johannes dominus de Arkel duxit
in uxorem filiam comitis cliuensis que
geniit ei Ottonem succedentem dominum
de Arkel et plures alios filios et duas fi-
lias quarum primam duxit in uxorem
dominus de egmonda secundam dominus
de hoern et de altera Defuncta vero filia
cliuensis idem Johannes dominus de Ar-
kel duxit in uxorem filiam comitis de
vernenborch de qua geniit Johannem
filium eius episcopum traiectensem postea
Leodiensium ut postea patebit tamen
scribitur in presenti latere quod Johan-
nes de Arkel episcopus traiectensis fuit
filius cliuensis sed hoc non est verum
quia fuit filius filie comitis de vernen-
borch Habuit insuper et alios quinque
filios legitimos scilicet Arnoldum Jo-
hannem Robertum Herbertum et
Wilhelmum Habuit et duas filias qua-
rum primam duxit in uxorem illūstris
dominus de Hoern et de altera Secundam
duxit secreta in uxorem dominus de eg-
monda que dicta fuit Mabelia que et obiit
postmodum anno domini M^o CC^o LXVII. oc-
tavo idibus Septembris geniit que ex ea
Arnoldum dominum de egmonda et cat-
militem Arc nium atque honestum.
Filijs vero suis diuiffit predictus domi-
nus

nus Johannes eo vivente dominium de Arkel ita ut omnes magnifice ditati contentabantur de ~~penam~~^{ater} hereditate Nam Johannes primogenitus proch dolor miles approbatus obiit anno domini M^o. CCC. LII. III^o Kal. Augusti maxime vulneratus dardraci in hastiludio quo mortuo sine liberis successit dominium de Arkel domino Ottone secundo genito. Arnolds autem contulit dominium de Soelen, dominium de Aueract cum castro forti, itemque dominium de Noerdeloot et advocatiam de Albael et de Albasferdam

Johannes autem ^(sic) p^g canonicus ecclesie traiectensem factus fuit episcopus traiectens^{is} deinde leodiensis. Roberto autem cessit dominium de Bergha domini Arnoldi. insuper ~~suilens~~^{nubens} unigenite cognati sui domini de asperen factus fuit autem ^{ortate. episcopus} ~~aplicam~~ dominus de asperen. Herberno cessit dominium de Slinghelant cum quibusdam alijs dominijs Wilhelmus autem obiit in iuventute sua sine liberis, attamen cessit sibi pro portione sua medietas ville de Lopijck

Johannes de Bronckhorst ultraiectens episcopus eligitur verum Joanne de Diest Rome consecrato prevenitur.

Post ibidem obitum vero domini Jacobi con capitularis

492
concapitulares electionem de novo celebran-
tes elegerunt unanimi voce Johannem
de Bronchorst prepositum Sancti Salva-
toris traiectensium qui continuo totum epis-
copatum gubernare disposuit Vasalli namque
principales & ecclesie traiectensium utpote
Johannes dux Brabantie Wilhelmus comes
Hollandie et Reynaldus comes Ghelrie
destinaverunt ambasiatores ad Romanam
curiam deuotissime supplicantes pro Johan-
ne preposito cameracensi quatenus si-
bi praxideretur de vacante pontificio traie-
tensium Dominus autem apostolicus Johan-
nes²² ad preces antedictorum principum
prouidit et tunc eidem preposito de vacan-
te pontificio in quod tamen, ut quidam
asserunt minus debite reseruatum fuit
ab eodem apostolico. Itaque Johannes de Diet
in curia romana consecratus ad partes
accelerans, pulcherremam militiam con-
trahens ciuitatemque decenter ingrediens mo-
re solito cathedratus est et Johannes de
Bronchorst vir amandus ab aliquamdiu
posse pontificio destitutus est

Anno domini M^o CCC.^(sic) XXIII Carolus rex
Francie accepit in uxorem filiam Hen-
rici imperatoris Norenburgis qui pro
sue conjugis coronatione tam suorum
quam vicinorum maiores studet alli-
cere et paribus demandare Cuius so-
lemnitati Wilhelmus comes Ham. Hol-
landie

landie cum sua familia in die penthecoste ac alii multi tam Hollandie quam Hannoverie nobiles affuerunt et nota quod presens solemnitas maioribus studiis varijs quoque tripudijs quocumque prout decebat extenditur quorum singula nihil vel modicum unius presentatione ferine reputantur omnis namque iocunditas despicitur ut sola mulier quam Zelandia trans miserat ~~videat~~ videatur erat enim tanti corporis nec non et tam mire quantitatis quod viri stature sufficientis eius estimatione seu ^{presentia} ~~factis~~ ~~an~~ pueri reputantur cuius similiter fortitudo perpenditur dum manus quolibet hamburgensi dolio pleno liquore non gravatur. hec ad bene placitum transferrebat Sed hoc admirandum fuerat quod parentes eius pater scilicet et mater tam parvi erant homines in Zelandia commorantes et ipsa tam magna et tam fortis

(Sic)

Anno domini M^o CCC^o 2.8 quidam iudeus apud hannoniensem cathedram se fieri postulavit quem Wilhelmus comes tanquam filium adoptionis de sacro fonte suscepit Hic igitur canonicus devotionem simulans ecclesiam cuiusdam monasterii solus subintravit ubi gloriose regine celi virginis Marie depictam aspexit imaginem quam idem maleficus in roseis genis acumine lancee

lancee sue deficit et latenter ab inde ab-
cedens ad conducta negocia properavit et
ecce rixus sanguinis confestim emanare
cepit a cicatrice recentis vulneris per quem
pleriq; debiles salvi facti sunt de diversis
morbis aggravantis egritudinis. His
itaque a falso Christiano peractis virgo su-
per omnes mulieres benedicta quidam fa-
bro per nocturnam visionem apparuit
et ut de predicta contumelia perfidum
Christianum ad duellum provocaret in-
stanter admonuit quod et ita factum est
idem namque faber interveniente matre
misericordie duelli campum adeptus est et mi-
sellus Hebreus reatum suum aperte pro-
mend a bellico capite transuerso inter canes
suspendus est.

Eodem anno 22 ijdus octobris obiit Reynal-
dus ultimus comes Ghebric et Zetphanie
cui successit Reynaldus filius suus

Anno domini M^o CCC^o ^(See) 11 Ludovicus Dux
Banarie Rex Romanorum alpes transire
disponens et ad imperialem coronam aspi-
rans auxilium Wilhelmi comitis cepit
ac eidem tenorem subsequens Epistole
destinavit

Ludovicus dei gratia Romanorum Rex
Semper Augustus Spectabili viro Wilhel-

mo comiti Hollandie Socero suo dilecto
 gratiam suam et amne bonum Cum ex
 diuine largitatis munificencia longe
 plures ciuitates et castra nobis quam diue
 memorie quondam Heinrici predecessori
 nostro fidelitatis homagia prestiterunt
 ita quod ⁱⁿ imperiali coronatione nullus no-
 bis possit difficultatis difficultates ali-
 quo modo procurare Soceritatem seu fidei-
 litatem tuam qua nobis et imperio teneris
 ciuis membrum principale te cognoui-
 mus hijs presentibus obtestamur quate-
 nus indilate Longobardiam aduenias
 cum potentia militari recepturus nobis
 cum palmas imperialis triumphus quas
 sine te capere quomodolibet nos tederet Da-
 tum per et. Igitur hac Epistola ^{gr}
 tiore suscepta Wilhelmus comes associatus
 sibi comitibus Ghelie elvrie iulia congo
 et montensi cum octingentis equitibus
 acceleravit alpium aspera iuga transcen-
 dere et Ludovico regi contra gelforum
 insultum armipotenter assistere Cum
 hec itaque disponebantur quorundam abut-
 sine fretus consilio decrevit primo pro
 reconciliatione regis et Pape romanam
 visitare curiam antequam in apparatu
 pulchre militie properaret ad Italiam
 Dominus autem apostolicus lectino refe-
 rente

rente nuncio famam hanc audiens impe-
 ravit extemplo portam infringi trans
 Rhodanum quatenus idem comes eo diffi-
 cilis illuc haberet aditum demandans per sen-
 tentiam eterne maledictionis ut rediret
 ad terram propriam et quod in auxilium
 Ludonici Regis nequaquam iret in Ita-
 liam Itaque Wilhelmus comes ab inchoata
 via retrocedens apud villam parisiensem
 aliquantis diebus in consilio Regis Fran-
 corum detentus est cui contra vulgus flan-
 drie de novo rebellantis fidelissime coad-
 tractus est.

Anno igitur domini m. ccc. lxx. Philip-
 pus Rex francie in manu forti descen-
 dit ad comitatum Flandrie in cuius adiuto-
 rium decenter et prius advenit pre-
 fatus comes Hollandie qui iterum circa
 montem Cassilinum castra sua figi pre-
 cepit et exinde secundum consuetum mo-
 rem inter utramque partem verbum pa-
 cis ordinavit Flandrienses autem festi-
 naverunt extemplo de predicto monte des-
 cendere et regem adhuc improvisum in-
 fra tentorium suum interimere quo com-
 perto Wilhelmus comes ficti diudum fe-
 cerat precepit turbis per strepere vexilla
 tollere et tumultuanti vulgo certatim
 occurrere Nec mora quin utraque pars
 in

in unum conglobata pro triumphali
 laude multum laboris explevit donec
 flandrie populus demum lassatus in
 bello succubuit. Sed ecce in eodem bello
 dum horrendae pugnae impetus invales-
 ceret predictus Wilhelmus comes ^{de} equo
 huius ^{mi} ~~modi~~ prostratus hostium incursum se
 evadere sine interitu nullatenus posse
 pertimuit qui tamen fidelium soler-
 tia nobiliumque suorum quorum nomina
 subsequuntur forti tuitione defensus fuit
 utpote per dominum de Arkel dominum
 Philippum de Wassen ^(sic) Dominum Alardum
 de Egmonda Dominum Theodericum de Bre-
 derode Dominum Arnoldum de Crunijn-
 ghen Dominum Johannem de Haemste-
 den, dominum Johannem de Palanen
 dominum Wilhelmum de Duvoerde, et per
 Wilhelmum domicellum Hollandie fili-
 um prefati comitis. Sed deinde belli cer-
 tamen dum increveret flandrensis Popu-
 lus robore ac viribus defendendi destitutus
 quasi inaudita strage mirabiliter corruit
 Contigit autem Hec strages die 24^o ~~mensis~~
 mensis Augusti in qua flandrensis ad 6
 milia vel amplius cruentissime sunt occisi
 Denique ibi repente expressi comitis Wilhel-
 mi filius ^{patris} principis nomina fuitus Wil-
 helmus domicellus militarem ordinem ad-
 sumpsit Postremo idem Wilhelmus iam
 miles

3018 (32)

miles comitis Hollandie ~~proles~~ proles inge-
 nua ad prussiam contra infideles ~~principes~~
 disponere ^(sic) arripotenter mittitur ubi cum
 dominis theutonicis longa mora eleganter
 laudabiliterq; conuersabatur. Eo enim celerius
 increduli gentiles hunc nouellum militem
 Hollandie nationis experti sunt, quo eorum
 temerarios ausus reprimeret machinationibus
 pessimis resistere nullius intuitu cessauit
 eidem quoq; ³ damnum tam vehementi sepi-
 us impetu intulit ut nequaquam ipsi in-
 demnessis ac eiusdem Wilhelmi multoties
 memores unquam ostentare se de hoc aude-
 bunt

Comes Wilhelmus

Eodem anno Wilhelmus comes pro recupe-
 ratione dominii sui frisiam orientalem
 debellare disponens deputauit in mari pi-
 ratas crudeles qui ab agris ville ^(sic) marden
~~causa~~ frequenter rapinam abduerant et
 incaute nauigantes Frisones in ponto se-
 pe submergerent. Denum per quosdam
 venerabiles Abbates et ciues flauuenses
 tumultus belli remissus est et dies ad inter-
 loquendum de conuentione pacis in Haer-
 lem assignatus est. Ubi tandem termina-
 to placito sub hac forma compositionis in-
 ter utramq; partem fedus amicitie reforma-
 tum fuit, quatenus omnes Frisones citra
 riuulum la ⁵ uice manentes deberent infra
 biennium

biennium . more vasallorum bona sua
 feudalia de manu comitis suscipere ius-
 titiariorum suos absque contradictione admit-
 tere et villis suis tributa iusta redde-
 re Itaque pax reformata frisonum per
 ostensionem cuiusdam antiqui registri
 docuerunt est tunc Wilhelmum comitem
 qua solemnitate Princeps Hollandie
 teneretur orientalem frisiam introire
 et ex arduis causis ibidem iudicium et
 iustitiam exercere

Eodem anno .sc. M^o CCC^o XVIII^o .^(See) V^o idus octo-
 bris Reynaldus filius Reynaldi comes
 Ghelvie decessit Leodienses apud Hasselt
 prope Tungris et occisi fuerunt de Leodien-
 sibus et tungrensisibus fere VIII^e exceptis
 captis

Anno domini M^o CCC^o 29. Ludovicus^{rex}
 in urbe romana cesareo diademate coro-
 natus ~~capitatem~~ absque quovis obstaculo
 potenter introiit quapropter imperatrix
 hanc epistolam ad Hollandiam destinavit

Margareta Dei gratia Romanorum im-
 peratrix semper augusta Nobili matrone
 preelectae genitrici sue gratiam et om-
 ne bonum

Cum ad ipsius laudem honorum omni-
 um

500
um conditor deus diuidens singulis pro
ut uult hijs diebus statum nostrum gran-
dium ad culmen gratie singularis priuile-
gii seu prerogative dignatus fuit sublimare
uestros maternis affectibus deuotissime
declaramus quod in urbe roma die ^(Jen) 11
mensis Ianuarii multis dignitatibus tripudij
ceremonijs et quam plurimis ornatibus
ad hoc debitis et conductis in ecclesia beati
Petri fuimus imperiali diademate coronati
Datum Rome et c.

Ille Ludouicus Francorū in solemnī
presentia principum anno domini M^o ccc^o 31.
Reynaldum comitem Ghelrie creauit dū-
cem et comitatum Ghelrensem mitauit
in ducatum

Anno domini M^o ccc^o 32. communitas ple-
risque in locis insurrexerunt contra nobi-
les et rectores ciuitatum et opidorum fa-
cientes mala magna et multa durabatque
illa miseria in multis locis per tres annos
cuius anni notantur in illo versu psalmi
Generacio praua atque peruersa hecine red-
dis. domine popule stulte et insipient
ut habetur in psalmo Audite celi que lo-
quar

Anno domini M^o ccc^o 32. Henricus cas-
tellanus in Haghesteyn aliquando lecam
transiit non desistentem episcopalem crudes
liter

lites exactionare populū Johannes autem
 episcopus super hijs iniurijs molestijs
 plenimque conturbatus imploravit auxiliū
 Wilhelmi comitis Hollandie quatenus sibi
 iure fidelitatis astaret in vindictam talis
 iniurie Et ecce iam dictus comes per Wil-
 helmum Ruder balinick ex incolis tam Water-
 landie quam Aemsterlandie per pulchrum
 destinavit exercitum cum quibus idem
 episcopus adiunctis sibi militibus domicel-
 lis burgensibus et villanis transiit lecke-
 risspūm que cūctorum adversantium
 habitacula comburens sufficientem ul-
 tionem accepit et exinde salvis suis com-
 militonibus ad terram propriam hono-
 rifice remeavit

Anno domini M^o CCC^o 33. Ghiselbertus qui-
 dam pudes ex parte Wilhelmi de Düüenwoord
 in Nijewaert occisus est de quo tumultus
 ingens in episcopatu exortus nam et idem
 Wilhelmus illam contumeliam vindicare
 volens villam Gheijn incendit et contra
 communitas urbis traiectendese vicum Nijewaert
 exiit Deinde idem Wilhelmus multipli-
 catum exercitum aggregavit de comitibus
 Hollandie Ghelvie et clisij leckam dē-
 dens usque venen in manu magne poten-
 tie ubi demum ordinatis aciebus montem
 haijmonis transcendit et villam horst
 pro parte succendit . Wilhelmus vero
 de

de Voerstel castellarium aduersus hostes per
 telarum iactationem de vallo castris potenter
 obsteruit et ulteriores progressum ini-
 micis prohibuit Denique Wilhelmus de Duven-
 voerd ad assultum castris non habens in-
 genia reversus est in ^(sic) tullis per festina
~~reg~~ remigia ubinam Zelandie et Frisie
 copiosas expectavit exercitus Induper Dra-
 bantie et flandrie convenit ecce populus
 Contra vero Johannes episcopus cum tra-
 iectensibus et plerisque nobilibus civitatem
 armipotenter egrediens in tubis tremulis
 et vexillis fulgidis festinavit Wilhelmum
 a finibus suis expellere vel cum eodem
 in consensu strage bellum committere
 Cum autem hec agerentur in terra traiecten-
 sis Wilhelmus Hollandie comes ab Ha-
 nonia traiectum festinanter adveniens de-
 mandavit antedicto Wilhelmo sub obtentu
 gratiae suae quod indilate totum exerci-
 tum illud reduceret neque bellum ad-
 versus episcopum aliquatenus attemptare
 presumeret quoniam et idem comes eo tem-
 pore contra ducem Brabantie discordare
 cepit et cum multis principibus ad nova
 prelia se preparavit Nam nec
 mora ⁱⁿ quando ad edictum comitis precon-
 zatum est extemplo papilionibus eiellere
 classem redimere et ad propria tendere
 quod et ita factum est quoniam omnes auxi-
 liatores Wilhelmi de Duvenvoerd complices
 confestim

confestim ad sua reuerti sunt et Traiectenses
 cum Episcopo Johanne sine conflictu certaminis intra curta
 - parte propriam reuerti sunt.
 Nam anno domini ^{no.}ccc° 34. idem Jo-
 hannes Brabantie Dux a multis prima-
 tibus est diffidus sc. a Johanne rege Bo-
 hemie, Lifrido archiepiscopo coloniensi
 episcopo leodiensi comitibus flandrie, Su-
 ccessionis Hanonie et Hollandie Ghelvie
 inliacensi ^(sic) ^{Lothensi}, Namurcensi et
 domino de Valkenberch et fecerunt plu-
 rima damna sibi comburendo villas Comes
 tamen de stampes et Dux Barenis Duci
 Brabantie adhererunt, cum quibus mag-
 nifice et semper triumphando viriliter
 restitit. Tandem rex Francie pacem
 fecit. Tandem fedus pacis ordinatum
 est inter prefatos principes sic quod om-
 nes armigeri tam ex parte Ducis quam
 ex parte comitis redierunt sine strepitu
 belli ad propria

Anno domini ^{no.}ccc° 34. obiit illustris
 Johannes xx^o. dominus de huedden ha-
 bend in uxorem Connegandam filiam
 Johannis domini de Arkel sed nullam
 ex ea genuit prolem iste fuit ordina-
 tus miles in terra sancta. iste vendidit
 castrum opidum et dominium de hued-
 den Johanni duci Brabantie patri
 Johanne ducisse ad quam venditionem
 multum iurerunt dominus de Cranen-
 donck

6
dauk et dominus Johannes de Elthout
quia ceperunt a prefato dūce magnam
pecuniam ut considerent Johanni domi-
no de huedden ut sibi venderet Sed domi-
nus Johannes dominus de dronghelen
qui fuit Avinculensis ipsius Johannis
domini de huedden et ipsius Sophie do-
mine de Saffenberch restitit quantum
potuit quia proximior heres fuit et pp-
se recensuit ubi que multos armigeros
et precipue subsidium egregium principis
Wilhelmi comitis Hollandie eo quod do-
minium de huedden servabatur in feo-
dam ab Hollandia Sed postquam idem
^{corrigo} Hollandie duxerat in uxorē Johannam
filiam ducis Brabantie dominus de dron-
ghelen nihil impetravit et obiit Sed
Wilhelmus filius eius dominus de dron-
ghelen semper tenuit querelam cum fi-
liis suis Roberto Johanne Herberno
et Theoderico et Arnolde super domi-
nium de huedden tanquam proximo-
res heredes domini de huedden qua-
re Johannes Dux Brabantie odient eos violen-
ter cepit suprema dominia de dronghelen
sed cotidianum dominium recuperaverunt
tempore Margarete imperatricis ^(sic) comitissae
Hollandie

Postremo orta querra inter Brabantiam et
Hollandiam

Hollandiam cum venissent Brabantigenae
potenter ad devastandum Zuythollandiam occu-
rerunt eis predicti fratres cum Zuythollan-
diam In aurora apud Cattenloer ubi post
oblongum prelium predicti fratres cum
Zuythollandis occidit multis Brabantigenis
victoriam obtinuerunt in qua pugna Robertus
primogenitus de dronghelen in tantum
vulneratus fuit quod in brevi postea obiit

Anno Domini ^{no}ccc° 35. in mense no-
uembri in festo sancti Clementis intem-
perabat mare ex intemperie ventarum
et tantriorum quod aqua marina infrin-
gens ubiq; aggeres in Flandria Hollandia Ze-
landia et Frisia ita quod multe ville depe-
rissent et infiniti homines utriusq; sexus
submergerentur.

Anno Domini ^{no}ccc° 36. deus misericors
volens amodo a comitate talia mala sub-
tinere in suos superiores et rectores suspen-
ditabantur et corrigebantur acriter Cuius
anni notantur in illo versu psalmi Tuba-
late Deo f. q. Propterea exaudiuit deus et atten-
dit voci deprecationis mee

Item eodem anno et etc. Wilhelmus comes
Filiacensis efficitur Marchio ab eodem im-
peratore

Anno Domini ^{no}ccc° 36. Rejnaldus comes
Ghelvie diffidavit frisonem qui veniens cum
magno

46
magno exercituum plebis et militie et cum
Traiectensibus apud Iollenho ubi Traiectensibus
primo venientes posuerunt tentoria sua ante
mose in pratibus expectantes comitem cum
suo Intraentes vero Frisiam multa damna
Frisionibus intulerunt villam eorum com-
burendo et homines occidendo ac captivando
Frisiones vero Inuicem conglomerati duri-
ter obuiauerunt eidem comiti Tandem
preliantes comes Ghelrie victor ^{EXISTENS,} episcopus
eos vicit in ^(vic) barlesile ubi multi videlicet
plurquam 11^m Frisanum corruerunt ex
parte Frisanum multique capti cum quibus
idem comes cum magno triumpho redijt
ad comitatum suum

Anno Domini M^o CC^o 37. per lucida quedam
cometes apparuit et eodem anno Wil-
helmus comes Hollandie artetico morbo
debilitatus ac diem obitus sui imminere
cernens accersit ad se Wilhelmum filium
suum qui tenetemporis reuersus fuerat
ex prouiffia eo cede paganorum quem
docuit Ingitur in timore ^(vic) persistere
et plurima documenta laudabilia sectari
et terram in pacis tranquillitate felici-
ter gubernare, ideoque nec clerum molestare
Sed idem iuuenis patris testimonium mini-
me recordans ideoque perperam agendura
ta

ta Roboam Salamonis Israel regis fili-
 am aggrediens iuuenium, non seni-
 orum consilio acquiescens in reprobum
 finem ^{sive} exitum vite infelicitate deducit ut pa-
 tebit infra stolido lectori

Cum ergo Wilhelmus comes sic apud valen-
 tiam informaretur, fuit quidam villanus in
 Zuythollandie habens vaccam pulchram
 nimis de qua ipse uxor et liberi victum
 habuerunt cotidianum, quam balivus Zuyt-
 hollandie quovis modo adipisci non va-
 lens, violenter de pascuis, rapiens aliam
 vaccam in loco substituit, de qua pauper
 minime contentus amicorum consilio ad Wil-
 helmum comitem informantem Valencenem
 conquerendo adijt Audita igitur pauperis
 querela et querimonia comes deuotus mi-
 sericordia motus scripsit sculteto Dordra-
 censi quod omnibus postpositis cum bal-
 uo Zuythollandie nepote suo ad eum
 venire non tardaret. Receptis ita literis
 scultetus a baluo nepote suo interrogauit
 an aliquid mali perpetrasset contra honel-
 tatem comitis cui respondit nihil ma-
 li nisi quod cuiusdam villano quendam vac-
 cam pulchram violenter surripui et aliam
 sibi restitui. Nementibus ergo pariter ad
 comitem scultetus primo ad satisfaciendum
 comiti processit qui eum ^{rat} gloriose accipi-
 end

ens ubi balivus esset quæsit Scultetus respon-
 dit f. inferius est. comes inquit vocatid
 eum ut videam. Cui venienti an ^{balivus} balivus
 esset quæsit. ~~See~~ comes qui respondet sum
 etenim de gratia vestram Domine mi. Co-
 mes ait quomodo stat in Hollandia Ba-
 livus respondit bene et omnia in pace sunt.
 Scultetus ait comes si omnia in pace sunt
 cur violentiam cuiusdam villana de vacca
 fecisti cum tu ipse Iudeus et es. Adducto
 igitur paupere villano an ipsum nosceret
 comes quæsit et quid de vacca diceret
 Cui respondens ait aliam vaccam sibi pro
 illa restitui. Dixit comes si illa tam bona
 fuisset putas tunc pauperi satisfactum
 fore non sic inquit comes non sic sed ar-
 bitrio meo stabit uterque quod utrique pla-
 cuit parte Comes itaque bonus arbitratus
 est quod Scultetus dardracensis quam cito
 damnum veniret de bonis balivi promp-
 tioribus coronas centum Andreas pauperi
 daret villico et in nullo molestaret eundem
 suo facto a comite ambe partes conten-
 te erant. His peractis comes ad Balivum
 ait Tam cum villano pacificatus es mecum
 vero non surge igitur ait comes Scultetus
 et ad patriam vade et maneat mecum
 balivus ut mihi satis faciat et imme-
 diate confessore vocato ut balivus sibi con-
 fiteretur

fiteretur spiculatorum vocari precepit et
 fecit Cui comes bonus prenomiatus pro-
 pria manu gladium extractum porrexit di-
 cens ut Iusticiam caput amplectendo faceret
 Quo adimpleto comes dixit Sculteto accipe tra-
 ctuum nepotem tuum dicens eum tecum
 sepeliendum et caveas ne familia tibi de
 cetero contingant. Quod Scultetus promp-
 tissime adimplens villano pauperi predicto
 centum coronas aureas plenarie dedit De-
 mum in grauescente morbo Wilhelmus
 bonus comes VII. idus Junii feliciter oc-
 cubuit

Hic Wilhelmus dictus propter probitatem
 suam prius comes annis 33. honorifice
 regens Hollandiam princeps erat valde
 victoriosus in prelijs, approbatus in tiro-
 cinijs, illustris in hastiludijs et valde so-
 tialis in cantubernijs qui penes oppidum
 Valescenorum requieuit in Domino sepul-
 tus ibidem honore congruo

Johannes vero sua conthoralis exinde reg-
 num mundi et omnem ornatum seculi
 contemnens in monasterio fontanellis
 cisterciensis ordinis cum ancillis Chris-
 ti sanctimonialis effecta est que de hinc
 anno domini M^o CCC^o XLII^o obiit sepulta in
 eodem monasterio

Anno Domini M^o CCC^o XL. in festo sancti
Luce evangeliste obiit illustris Mabelia
de Arkel domina de Apcarda et de Duer-
Steden sepulta in choro ecclesie collegiate
sancti Johannis baptiste in opido de
Wijck cum Domina de Apcarda conjugis
sue in perpulchra tumba

De Wilhelmo 19^o. Hollandie Comite

Post obitum Wilhelmi gloriose princi-
pis Wilhelmus filius eius 11^o effectus
est comes Hollandie habens in uxorem
Johannam filiam ducis Brabantie hic
Wilhelmus semper ad arma promptus
fuit et primo dominationis sue tempo-
re titulum nominis sui dilatauit

Post hoc Wilhelmus prefatus comes
Hollandie princeps egregius relatè di-
dicit Regem hispanie contra assultum gen-
tilium non posse defendere terram suam
quæ contrahentium assidue depredationes a
regno hispano statuit in animo illic poten-
tia militari properare

Veniens igitur prefatus comes Hollandie ad
hispanie Regnum statim sibi coadiunctus
est exercitus Regis eiusdem Regni et sic pro-
fectus est ad regnum Granatense contra pa-
ganos ac civitatem arriendam ~~in~~ inxit ob-
sidiane per circuitum situatum in supra
dicto regnum, per assultum crederrimum

Eccontra

Contra vero pagani cum burgensibus et
nobilibus sic civitatis egregie se defensa-
runt et forendos Christianos a munitione
presidii cum ingenijs ad hoc aptatis abster-
uerunt

Denique Wilhelmus comes perseveranter in ob-
sidiane durans civitatem ariviensem in
breui tempore bellicosa manu violenter
obtinnit et ingrediens civitatem cum suis
succendit eam. flammis ac omnem mas-
culum et feminam nolentem se subdere
fidei Christiane occidit in ore gladii De-
nique spolians eam ac devastans circum-
quaque regionem depredatus est omnem lo-
cupletationem illius terre

Post hoc multum regratiatus a Rege his-
pano Iherosolimam profectus est et sic
gloriose ad terram propriam remeavit

Anno Domini M^o CCC^o 38. Rex anglie Re-
gem francie debellare dispons^{ans} obledit
calisiam^{et} obtinnit, episcopusque ~~limpco~~
mensem ad Almanniam transiit ut
Ludonicum Imperatorem cum multis
principibus per stipendia solidorum
in ipsius adiutorium subarraret

Hic ergo Ludonicus Imperator movens
omnes

omnes civitates in eius adiutorium des-
tinavit ^{hanc} ~~hanc~~ ^{modi} literas per imperium

Ludovicus dei gratia Romanorum Impe-
rator semper augustus prudentibus viris
Magistris Scabinis et consulis Haer-
lemensis opidi gratiam suam et omne
bonum nostris maiestatis ^{spec-} ~~spec-~~
tabilem Hollandie comitem Wilhelmum
requirimus ex affectu ut ad recuperan-
dum imperii iura nobiscum contra Phi-
lippum se qui se pro Rege Francie gerit
cum armata decenti potentia iam finaliter
se disponat unde vestram fidelitatem no-
bis et imperio debitam sinceris affectibus
nunc requirimus et hortamur quatenus
cum armatis ita curetis esse muniti quod
vos cum dicto Wilhelmo sub exercitus sui
sodalitio videre valeamus scientes firmiter
quod vestram in promissis ^{pre-} ~~pre-~~
= onem ^{pre-} ~~pre-~~ oculis habere volumus pro
terminis nostre vite Datum Francofordie
et c.

Anno Domini millesimo trecentesimo ~~xxxix~~
4^o idus martii comitatus Ghelvie
fuit mutatus in ducatum et Rejnaldus
comes Ghelvie effectus est dux et princeps
ab

ab ~~principi~~ Imperatore Ludovic^o apud
frankesfordiam presentibus Ibidem elec-
toribus Imperii videlicet Maguntinensi
Treverensi archiepiscopus Rogoberta
duce saxonie Marchione Brandenburgensi
comite palatino cum alijs multis prin-
cipibus et nobilibus cum maxima solem-
nitate ipso Imperatore In Imperiali-
bus sedente qui et postmodum obiit anno
Dominii M^o. CCC^o. XLIII. obiit altera die sancti
Jacobi Apostoli. fundavit enim Ipse prope
Aernhem monasterium solemne chartu-
liensium dictum Monichuisen

Eodem anno erat bellum Inter Regem
francie et Regem anglie et Rex francie
succubuit Rex anglie habuit pro se Lu-
dovicum Imperatorem, Johannem ducem
Brabantie cum omnibus suis, Wilhel-
mum comitem hannonie Hollandie
comitem Juliacensem Ducem Ghelrensem
comitem ^(sive) wessionis comitem montensem
comitem de marthia comitem cliuensem
nec non et alios comites et barones ac
miles milites Regni almanie Cum omni-
bus predictis Rex Ednardus franciam
Invasit villas combussit et spoliavit et
tornacum fere per XI. hebdomadas in
opprobrium

approbriūm Regis francie uiriliter oble-
dit

Contra Rex francie exercitū Infinitę
multitudinis congregauit In quo erant
quatuor Reges scilicet Rex francie Rex
Bohemie Rex nanarve et Rex scotie Archi-
episcopus Remensis Episcopus Leodien-
sis Episcopus metkensis Episcopus be-
luacensis Abbas carbēye Abbas Insule
sex duces filii Britannie bŕngundie bor-
banie normannie Athemenſes et Lotha-
ringie scilicet filius eiusdem Regis francie
Item xxx comites quorū nomina
longūm esset enarrare In quorū
principū militia fuerunt duodecim mil-
lia militū et octo Rex igitur francie
cum suis castrametatus est In loco tutis-
simo in circuitu paludibus vallato ab
exercitū Regis anglie quādi per duo mili-
aria distante Mansit que ibidem exercitus
Regis francie fere per mensem nichil
attentans Tandem Rex bohemie qui erat
sororius Philippi Regis francie Jam
dicti mandans ad quendam locū seorsum
Johannem ducem Brabantie treuge Inter
utrosque Reges firmate sunt usque ad
festum natiuitatis sancti Iohannis baptis-
te

16
te anni subsequentes et Ita unusquis
ad propria remeavit

Ednardu^s autem Regis anglie prefatus.
anno Domini M^o CCC^o XLVI. Iterum franciam
armata manu potenter Inuasit circa
locum qui dicitur Livilli ubi ex parte Re-
gis francie ceciderunt Interfecti multi
principes scil. Rex bohemie qui celerim bel-
lum intravit Rex Nicholaus Dux Lothrin-
gie Comes alenchoy frater dicti Regis
francie Comes flandrie et alij octo comites
potentes et cum ipsis mille quingentis
XLV. milites ac nobiles quarum tormi-
calia cum ipsis fuerunt inuenta, exceptis
alijs armigeris communibus quorum non
^{erat} numerus et quo bello Rex francie
predictus fugit ambianis valde confusus
et dictus Rex anglie victor cum exercitu
suo tetendit ad villam castaliam Id
est castis dictam quam fere per annum
oblesam vicit et tenet usque in ho-
diernam diem

Post vero circa annum Domini M. CCC.
LIII. Philippus Rex francie filius
Philippi Regis suprascripti oblesit
in quodam pago pictaviensi Ducem
de lancaster filium Regis anglie Cui
obleso

oblesso Ednardo primogenitū dīcti Ednardi
 Regis principis ^(sic) gualie frater eius venit
 In adiutorium et oblidionem vi armorum
 dissipavit et dissolvit ubi dictum Regem
 francie In bello vicit cum ^pavio Phi=
 lippo filio suo Philippo hardij multis
 nobilibus et comitibus francorum Inter=
 fectis et tunc occidit Duxit que ipsum Re=
 gem francie cum filio suo captivum
 et patri suo Ednardo Regi in Anglia re=
 lidenti presentavit ubi per annum et
 dimidium In prisione permansit Tan=
 dem pax fuit Inter eos composita hoc
 videlicet modo quod dictus Rex francie pro=
 misit Restituere Regi anglie comitatum
 pictavensem et alias terras sibi et ab
 antiquo competentes sicut et fecit etiam
 sibi xxx centum milia florenorum
 solvere promisit Et propter hoc tra=
 didit dicto Regi anglie plures barones
 ac nobiles ex Regno francie obides De
 quibus aliqui fugiendo aliqui per matri=
 monium et aliqui per terrarum suarum
 venditionem liberi redierunt redierunt
 quibus predictus Rex francie morte pre=
 ventus nec damna restituit nec dictam
 summam florenorum solvit ecce quale
 premium

premiū mundū finaliter reddidit. hęc
igitur per anticipationem dicta sunt nunc
vero redeamus ad nostras historias

Eisdem temporibus scilicet anno domini
m^o ccc^o xl. contigit in oppido de Delft
condignū relatione miraculū Nam
matrona quēdam romane Gertrūdis
de Oestera adeo ferventer estuabat ad
dominicę passionis Intuitum ut stigma-
tales cicatrices In latere manibus et
pedibus suis visibiliter apparerent et uni-
uersi fideles In hoc prodigio crucifixum
dominū non Immerito collaudarunt

At quia superius diximus quomodo prop-
ter mortem florentii comitis Hollandie
occisi fundatum fuit monasterium Insu-
le beate Marie ordinis premonstratensis
et de primo abbate Roberto viro sancto
et licet post mortem ipsius plures re-
ligiosi et deuoti abbates fuerunt tamen
quia istis temporibus viguerunt floru-
eruntque duo egregii abbates sibi Inuicem
succeedentes scilicet Hejnricus de Nouimagio de
Theodericus de Waijdenoij qui Hejnricus
mediante gratia dei monasterium insule
Marie virginis pre omnibus predecessori-
bus

huius suus diuitijs et possessionibus ampliauit
 gregem suum strenue gubernauit virtuti-
 bus et exemplo bone vite precessit reli-
 giosis moribus instruit honoribus exaltauit
 sedes in ecclesia Dormitorium et plura alia
 edificia construxit qui postquam ~~xxx~~ an-
 nis gloriose recessit anno obiit anno Domi-
 ni millesimo trecentesimo ~~xxx~~ ~~iiii~~. ijdus
 Januarii sepultus in eodem monasterio sub
 magna Petra cum tali epitaphio

Mille trecentesimo trecentenis annis domi-
 ni que tricenis

quatuor appendis ijdus Jani ^{quoque} mensis
 Abbas Henricus obiit vivendo prudens
 Concord, morosus, humilis, Iustus, studiosus
 quiescit et gratus Nouamagio quoque natus
 Cuius In hac fossa sunt condita corpus
 et ossa

Plaingat enim ^(sic) quibus diu pauper et ~~et~~ adu-
 ena ~~civis~~

Pusillus vidua degens vicinia tota

Hos nam nutrit vel consilijs stabiliuit
 Nullus eum petijt qui desolatus abiit
 Sic cunctis fractus fuit omnibus omnia
 factus

Annis vicenis abbas fuit atque nouenis
 Crux sibi forma gregi via vite gloria legi
 Cleri

Cleri magnificenti et religionis amicus muros
 Muros et sedes hic septem struxit et edes
 Ecclesie que status per eum satis est relevatus
 Hunc etenim per herum crevit possessio
 Terrarum

Plurquam per veterum prelatos quosque die-
 rum

Ut sit salvatus qui transit hinc prece-
 catus

Dicens solamen det ei secum deus Amen

Cui eodem anno successit dominica Invo-
 cat Ghyselbertus de Wadenoyen qui pro
 ecclesia multas persecutiones sub duce
 primo Reynaldo Ghelvie perpessus est qui
 postquam XV annis gloriose monaste-
 rium rexisset strenue et fideliter in
 temporalibus et spiritualibus providis
 obiit anno Domini M^o CCC^o XLIX. In die
 Inventionis prothomartiris Ste-
 phani sepultus In eodem monasterio
 cum tali epitaphio exarato de vita ipsius
 metrice

Annis millenis trecentis atque tricenis
 Et nonodenis Stephi ^(sic) campertio plenis
 Fine fuit latus Ghyselbertus₉₃ vocatus
 De Wadenoy natus abbas virtute probatus
 qui

Qui dum vivebat claustrum sub honore
 Regebat
 Regula fulgebat possessio lata fiebat
 Ecclesie grata dedit ornamenta probata
 Geminis ornata celebrima multiplicata
 Fecerat altari mensam pius edificari
 Facti preclari valde precii bene cari
 Ad argentosas amphoras ^(Sic) ~~canis~~ ^{canis} ^{lanxes} preciosas
 Muros altavit claustrum fractas reparavit
 Aggere vallavit unde quo se se fugavit
 Propter maiorem salices quercusque decorem
 Solatium florem seruit tum propter honorem
 Claustrales digne vernas claustrique benigne
 Pavit In Insigne charitatis fervidus Igne
 Nobilibus letus hospes pius atque facetus
 Et Fulgi cetus gaudebat hoc hospite fretus
 Plurima perpessus pro claustrum Inveque pres-
 lus

Hinc vite fessus at ad patres ^{scilicet} regressus
 Isti peccamen Ignosce facerrime flamen
 Celi solamen sibi dand protinus Amen

Eodem anno In festo beati augustini
 episcopi successit egregius vir Dominus
 Johannes bolle qui obiit anno Domini
 M^o CCC^o LXIII^o XII^o kalendas decembris postquam

xv. annos et tribus mensibus laudabiliter monasterium tenuisset Cui successit electus In octava francorum sanctorum Innocentium de potus vir Dominus Wilhelmus Gnaemel qui obiit anno Domini M^o CCC^o LXXVIII. In festo sanctorum Martiri^{um} Cosmae et Damiani.

Anno Domini M^o CCC^o XL^o. kalendas Julii Johannes de Dieht episcopus Traiectensis ~~via~~ viam uniuerse carnis Ingressus est qui apud ecclesiam Traiectensem competentibus exequijs Inhumatus est sepultus In cappella sancte Marie Magdalene In tumba sumptuosa in boreali parte chori apud predecessorem suum Fredericum de Zirck

Hic Johannes xviii. annis debilitate regens Episcopatum Vredelandt cum adiacentibus villis Hollandie comiti dudum In vadimonium dedit Castellum rollenhe cum tota terra trans ^[See] yeelina comiti Ghelvie pridem Impignorauit et fere totum Episcopatum foeneratoribus exposuit Parua relatione digna gessit nisi quod
canonicales

canonicas prebendas In Amerfordia
fundavit et fecit et Comitatum cum cas-
tro de diepenhem per auxilium eccle-
sie comparavit

Johannes de Arkel Traiectens^{is}
46. eligitur

Sepulto Johanne pontifice quidam cano-
nicorum postulaverunt Johannem de
Arkel canonicum Traiectens^{is} ecclesie
ad Instantiam Wilhelmi comitis Hol-
landie Ceteri vero Capitulares elegerunt
Johannem de Bronchorst prepositum
sancti salvatoris ad nuntium Rejnaldi
Ducis Ghebric

Dominus autem Apostolicus Benedictus^{xvii}.
annotis his duobus donavit Ipsum pon-
tificium cuidam auditori causarum nobili
Romano Nicolao de Capucijs qui mittend
sum officialem Traiectum ut loco eius In-
chathedraretur et presteret omnibus ho-
magium acceptaret que castra et omnia que
de Jure concernunt episcopum qui
cum

cum percepisset omnes fere redditus Episcopales cum castris et dominijs fore alienatos ac In manus magnorum principum Impignoratos, Insuper quod nullus posset exercere super Suprema Jura In toto territorio nisi episcopus In sua propria persona statim Rescripsit hec omnia benigne prefato Nicholao de capucijs

quod cum ille literatorie didicisset demandans celeriter quatenus Ipse Romam veniret eo quod Episcopatum In manus pape decreverat Resignare quod et factum est Nam et eodem anno Idem Nicholaus Renunciavit Episcopatu In publico consistorio qui statim cardinalis effectus Instetit pro Johanne de Arkel electo dudum eo quod de fama probitatis Ipsius per suum officialem et alios multa audisset Dominus vero Clemens sextus ex hinc de novo papa creatus contulit abinde discreto viro Johanni de Arkel predicto vacantem Episcopatum Traiectensem dispensans super minoritate annorum

Ille Nicholaus de capucijs episcopus Traiectensis fundavit et dotavit collegium solenne

ne studentium In ciuitate perusia sub
 Ista conditione quod episcopus et Capi-
 tulum Traiectensem ^{duos} scolares vita et mori-
 bus commendabiles In gramatica suffi-
 cienter Instructos de Traiecto vel Daxan-
 tra vel alio loco vicino ad studium pre-
 dictum Rectoribus predictis domus pre-
 sentare possit ad standum Ibidem per
 sex annos et habendum victum etc.

Anno domini M^o CCC^o XLII^o fusa est mag-
 na campana In summo dicta Regna
 alio nomine Costerloren In die sanc-
 ti Albini circa mediam noctem

Johannes Igitur de Arbel prouidus
 de pontificio Traiectensem consecratur
 solemniter In curia Romana per Do-
 minum Cancellum Ganselinum car-
 dinalem et episcopum Albanensem an-
 no Domini M^o CCC^o XLII. In octaua
 sancti Martini quo facta facta valedi-
 cens Apostolico cunctis proceribus curi-
 Romane accelerauit ad partes qui pos-
 tea octaua die maij Traiectensem urbem
 decenter Ingressus est ubi secundum
 ritum

ritum antiquæ consuetudinis gloriose
chatedralis est

Hic Itaque Johannes de Arkel Tur
senilis statis flore vernans totum

Episcopatum diversis penurijis Insolutum
Repperit Sed cunctis debitoribus curi-
-ose solvere studuit Nam et idem
episcopus Reynaldo Damicello Ghelvie
de Impignoratione ad plenum perso-
luit et terram francijselinam ab ante-
cessore suo dudum Impignoratam
suis potestate propria Reacceptit

Eodem anno Saluti M^o CCC^o XLII^o VIII^o idus au-
gusti obiit Illustris Eringardis de clivis
domina de Arkel sepulta cum contho-
rali suo In sepulchro dominorum
de Arkel In tumba et in choro vir-
ginis Marie

Dominus de Saffenberch

Defuncto Johanne vicesimo domino
de huedem venit sequenti anno
dominus de Saffenberch bruxelle ha-
bens in uxorem unicam filiam Do-
mini

mini Johannis de hùelden volens post
 mortem patris eius loco uxoris
 sue recipere castrum et oppidum de
 hùelden In feudum de manu Johannis
 ducis Brabantie et predecessores
 sui Domini de hùelden convenerunt facere
 Sed cum expediretur a duce, ^(sic) Iratus equitavit
 ad Wilhelmum comitem Hollandie et
 vendidit sibi predictum castrum et oppi-
 dum ac Dominium de hùelden cum omni-
 bus suis pertinentijs pro certa quantitate
 pecunie.

De quibus postea magna querela suscepta
 fuit Tandem per amicales Interlocutiones
 pax ordinata fuit quatenus Johannes dux
 Brabantie reciperet castrum et oppidum
 de hùelden libere et comes suas pecunias
 eo quod fuit verum homagium Brabantie

Quo facto Dominus de Sassenberch diffi-
 davit Brabantiam qui veniens quondam
 quadam nocte combussit Turthoirt mult-
 taque damna Intulit Brabantinis Tan-
 dem concordatum fuit tali modo quod
 dux Brabantie pro se et suis heredibus du-
 cibis

cibus Brabantie perpetuis temporibus
 libere possideret castrum et oppidum ac
 dominium de hueden Et Dominus de
 Saffenberch rationabilis uxoris sue proge
 et suis successoribus perpetue haberet
 trecentos aureos dictos keael annuatim su-
 per civitatem hueden cum suo ter-
 ritorio Et sic resignavit libere et vo-
 luntarie Dominus de Saffenberch castrum
 oppidum et Dominium de hueden ad
 manus Johannis ducis Brabantie

Qui Johannes illius nominis tertius dux
 Brabantie honoratus fuit In hueden
 est verus Dominus de hueden qui sta-
 tim totum castrum reformavit locan-
 do In eo nobiliter pulcherrimam et for-
 tissimam turrim altam et latam sed
 tempore suo non perficiebatur sed filia
 sua Johanna ducissa cum wenzelas ma-
 rito eius complevit et perfecit Et
 prefatus Johannes Dux Brabantie
 omnibus diebus vite sue pacifice possedit
 hueden cum castro et dominio eiusdem

Anno

Anno Domini M^o CCC^o XLIII. Johannes de
 Arkel Episcopus Traiectens^{is} ex quo omnia
 castra territorii Traiectens^{is} Inferioris
 (S^{ic}) erant Impignorata Redemit castrum de
 Staütenberch quod ^{habuit} in possessionem egregiū
 Arnoldus Dominus de Yselsteijn deditque
 ei IIII^m. lb. VIII^c libras.

Eodem anno Redemit castrum de horstquod
 habuit In possessionem Dominus Huber-
 tus Jeneck de Cūlenborch cui dedit IX^m. lb.
 et sic dignitati subiūgavit

Eodem anno contigit magnū miraculū
 In oppido de Amsterdam quod silentio pre-
 terire non vales.

Infirmus quidam lecto recubans petijt
 more Infirmorum Christianarū
 ut communicaretur corpore Christi. Ve-
 niens Itaque sacerdos cum sacramento
 feria tertia ante diem palmarū solito
 more communicavit eum, precipiens si con-
 tingeret Infirmus aliquid pro debilitate
~~ex more~~, quod mitteretur In Ignem
 nec mora postquam etiam sacerdos corpus
 dominicum

dominiūm solemniter In ecclesia portasset
 Idem Infirmus omnia communicata
 comisit post occasum solis et secundum
 preceptum sacerdotis totum mittitur In
 Ignem

Veniens igitur filius Infirmi communicatus
 ad domum sedens tristis apud patrem pro-
 spe Ignem Ignorans quod pater filius vo-
 misisset ecce vidit corpus dominicum Ja-
 centem Illudum Incorruptum album In
 Ignem sicuti post consecrationem
 repositum fuisset In ciborio ac si nunquam
 ab aliquo communicatum fuisset quod videns
 vocavit uxorem suam dicens Ecce sacramen-
 tum Christi Incorruptum Jacet In
 Igne Cui illa utinam haberem In ip-
 so pulchro lintheamine tollens Reperit
 = te velamen capitis sui. filius ergo In-
 firmi nudam manum mittens In Ignem
 duobus digitis suis extraxit, obtulit
 uxori sue in predicto velamine Et illa
 devote reposita in cista Attamen locus quem
 Rithicus digitis suis tetigerat maculam
 Reseruat sicuti adhuc patet

Conuocantes Haque sacerdotem omnia ei patefecerunt quod illuc veniens secreta reportauit ac Reuerenter Reposuit In Ciborio Altera autem die eadem mulier aperiens cistam suam iterum In eodem loco viderunt Dominicum corpus et admirantes valde deuote Intimauerunt sacerdoti qui nolens fidem accommodare verbis ipsorum aperuit ciborium et non Inueniens ibidem pattonitius anxie mirabatur Iterum secreta abijt attulit et diligenter cum deuotione Relocauit

Tertia autem die eadem mulier deuote Idem dominicum corpus in citta In suo velamine inuenit, quod sacerdos percipiens suspiciens quod deus palam ab omnibus celebrari vellet miracula patrata conuocato omni ordine ecclesiastico cum solempni processione cum Inhibilo et deuotione manifeste ut decuit portauit ad parrochiam ecclesiam statimque contigerunt Ibidem mirabilia nam infirmi uolentes peregre visitare Idem sacramentum sanabantur Capti et detenti Inuicte In vinculis fuisse periclitantes

periclitantes In mari orientes peregre
visitare dominicum corpus Ibidem libera-
bantur et talia miracula et varia plura
contingunt ibidem quotidie

Matrone autem que aderant et curam In-
firmo prebebant attendentes de sacramen-
to recepto vomitum In vase inundo
sumplerunt et In Ignem copiosum
miserunt et per totam illam noctem
In eodem loco propter debilitatem Infirmi
Ignis ardebat

Altera vero die circa horam primam
una matronarum surgens a lecto et pa-
ruiulo puero quem habebat vestito cum de-
bebat sternere lectum suum, tantam per
omnia membra sua sensit frigiditatem
quod se continere non poterat, ^{et} omnia
membra sua pre nimio frigore rigu-
erunt. festinavit ergo ad Ignem ut calefa-
ceret se Ipsa vero aperiens Ignem scdit
manifeste In medio flammarum hos-
tiam albam et Integram talem In
forma et claritate qualem Inter manus
sacerdotis unquam viderat In altari Ma-
trona

trona illa attonita mittens manum suam
~~ardore~~ In ardore Ignis Intrepida hos-
 tiam de medio Ignis extraxit nichil om-
 nino de ardore ignis sentiens lesionis

Hostiam autem eductam quam sentit
 frigidam ex una manu In alteram
 posuit et statim vidit quod Totus ille
 color albus et splendidus In colorem
 alterum quasi ex adustione quam mira-
 biliter mutabatur matrona Ille visum
 paucifecta vocavit ad se alteram matronam
 que secum In eodem morabatur hospicio
 dicens sibi Ecce ego habeo In manu
 mea corpus sacrum Domini nostri
 Ihesu Christi quod manu mea ex isto
 igne extraxi Et dedit alteri matrone In
 manu sua Illa autem corpus sacrum
 posuit In panno mundo Includens
 In cista sua

Post unam horam Intrauit maritus
 Illius matronae Cui matrona omnia
 que acta fuerant per ordinem enarrauit
 qui requisivit ab ea ubi corpus sacrum
 deposuerat que respondit In cista Quo
 audito

56
audito petijt sibi corpus presentari et ostendi
quo sibi ostento posuit In manu sua
tangens digito . quo tacto ~~de~~ videbatur si-
bi sensibilibiter quod corpus sacrum sursum
et deorsum In manu sua ad tactum suum
quali ad Instar cordis lutei moveretur

Viso hoc miraculo vir Ille vehementissime ^{max}territus
reddidit uxorij corpus sacrum statim deman-
dantes presbiterum narraverunt ei per om-
nia que gesta erant miracula monstrantes
Illi corpus sacrum In Cista quod ita vi-
dit presbiter Ille grauius Ingemiuit et
corpus sacrum in pixide posuit

Volens autem presbiter Ille pannum Il-
lum lauare in quo corpus sacrum depo-
situm fuerat cum redisset ad cistam In-
uenit pixidem cecidisse et corpus sacrum
abesse fuerent autem presbiter et matrona
corpus sacrum in cista non Inueniunt
nec ea vice Inuenire potuerunt Sequenti ve-
ro die matrona illa cistam aperiens Inuenit
manifeste hostiam sacram In panno munda
do super cissimum Jacentem Demandauit
ergo

ergo cito presbiterum qui venit et corpus
sacrum Intima cum devotione In eccle-
liam deportavit

Deinde vero post duos dies vir Illius ma-
trone quia Inhibuerat uxori sue ne mi-
racula gesta alicui diceret sed ea ~~quae~~^{quae}
In se ~~teneret~~^{teneret} sedens Juxta Ignem et
habens Infantulum suum In gremio
suo corripuit uxorem suam pro eo quod
res gesta devenisset in verba hominum
Impitans Illud uxori suo quo facto sta-
tim Infantulus Ille cecidit mirabiliter
ex gremio suo morbo caduco ea vice et postea
diabulis vicibus alijs et horribiliter torque-
batur donec vir et uxor sua et quamplures
amicorum suorum ducti penitentia sacramen-
tum corporis ~~et~~^{et} ~~ingressi~~^{ingressi} cum suis obla-
tionibus ~~mandatis~~^{mandatis} pedibus et cutis vestibus
In solis camisijs In ecclesia devotissime
visitassent

Anno Domini M^o CCC^o XLIII. cecidit grando
tam valida In festo sancte Margarete
virginis quod nulla etas ardent de maio-
ri ut patet In his verbis

Margarete

Margarete noctu tam grando cadens erat, hoc
 die per CCC ternum M quadraginta ^{tu} ~~quadragesima~~ ^{unam}
 Ammirans dixit nunquam plebs talia vixit

Wilhelmus denique comes Hollandie perse-
 recit cum Rege hispanie Rege Granada ^{tie}
 cum Infinitis armigeris sine saluo
 conductu per totam terram sanctam vi-
 sitando peregre sepulchrum Christi In
 qua terra diuersa bella habuerunt sed sem-
 per Christiani triumphauerunt et sic
 bellanda libere intrauerunt ciuitatem sanc-
 tam

Rediens vero convocauit solemnem curi-
 am In Hagha magnorum principum
 quam per octo dies magnifice celebrauit
 patefaciens ciuotis excellentiam suam

Ista solemnitate finita alia curia prece-
 nizabatur In normannia ciuitate bauaij
 ad ludendum In torneamentis ad quam ci-
 riam etiam Idem Wilhelmus comes Hol-
 landie egrester peruenit cum magna hono-
 rificientia suis premissis secundum suum
 statum et subsequenter et Illic Relatu
 diuersorum

diversorum principum preconizabatur
tam ab emulis suis quam ab amicis quod
idem comes esset unus de optimis militi-
bus totius Christianitatis.

Qui post hoc denique equitavit ad prae-
sentem contra Infideles cum perpulchro exer-
citu ubi victoriosissime multoties conflictavit
contra Infideles Denique Rediens cum
quadringentis equis Coloniam Ibidem
solemnem Festum celebravit curiam
principum et baronum atque nobilium

Eodem tempore decreverunt electores ipsum
eligere In Imperatorem quamvis Lu-
dovicus Imperatorem habuit sororem
suam in uxorem et In Imperatricem
eo quod Idem Imperator excommunicatus a
duobus apostolicis fuisse et quod Chris-
tianitatem ab Incurione paganorum pro-
posse suo non curaverat defendere, cum
sit ad hoc deputatus et electus ut eiret
adversum et poneret se murum pro domo
Israhel

Quod pre verecundia cum gratiarum acti-
one

one ~~revertens~~ Remuens valedicens omnibus
 secessit versus Hollandiam, cum magna laude
 pro eo quod Traiectenses Hollandiam arma-
 ta manu Invasissent ac Rapinas multimo-
 di facultatis, ab Stracilliet et finitimos
 Hollandie pagos combussissent

Cum ergo Idem Wilhelmus ad Hollandiam
 devenisset diffinitum est ut utraque pars
 Traiectenses ~~et~~ et Hollandenses In
 planicie pratensis virentium ad bellum
 compestre conveniret et sub die determinata
 pro corona victoria decertarent. Egitur
 Traiectenses cum vexillis fulgurantibus et
 tubis stridentibus ad locum certaminis de-
 center advenerunt Et contra Wilhelmus
 comes Hollandie cum vexillis fulgidis et
 tubis frementibus a papilionibus suis
 eiens In pratibus virentibus armipotenter
 occurrit nec mora quin Traiectenses
 et Hollandenses crudeliter In Invicem
 Irruerunt pro triumphali laude cruen-
 tam stragem ex utraque parte crudelissi-
 me committentes Denique post aliquantali
 temporis morulam Robur exercitus Tra-
 iecten^{se}

iectensium quamplurimum attritus est in
occisione multorum burgensium Ita ut
fuge presidium elegerunt et comes obtinens
victoriam campum retinuit

Traiectenses autem nimirum hoc gravi
dolentes Infortunio attemptaverunt secundis
Inire certamen assignantes dicto Wil-
helmo comiti Hollandie diem locumque ad
bellandum Infra Traiectem et oppidum
Montfordie Juxta aggerem qui vulgari
nuncupatione dicitur marendijck et Illis
absque omni ambiguitate magnus exerci-
tus ex utraq; parte congregatus est quibus
sturdiose dimicantibus et In alterutrum
compulstantibus durum prelium gestum
est In quo comiti prefato ut prius ces-
sit victoria dissina comitante gratia Et
Traiectenses fugati et occisi ac plurimi
capti succubuerunt

Eodem anno millesimo trecentesimo XLII. die
secunda mensis Januarii terremotus factus
est In ^(sic) In. Hollandia qui ad paucos an-
nos subsequentes prenosticavit horrenda
flagitia

Anno nempe M^o CCC^o XLV^o venerabilis Jo-
hannes episcopus equitavit secrete ut per-
cimonialiter viveret In Delphinatu In ci-
vitate quadam dicta groenouwen per cuius
medium currit fluvius dictus yllare ut
a nemine cognosceretur committens fra-
tri suo Damino Roberto de Arkel totum
Episcopatum ad Regendum

Eodem etiam anno Wilhelmus comes Tam-
tercio a Prussia Rediens coadunavit expe-
ditam militiam quatenus orientalem pos-
set expugnare Frisiam Idem Haque
Comes preparatis iam omnibus eidem
expeditioni congruentibus urbem Tra-
iectensem propter quendam vaniloquia pri-
mo circumobsedit In festo Sancti Odil-
phi papiliones In girum erexit et egre-
giam civitatem ad sex hebdomadas cum
XIII. magenis Instantissime lacessivit

Econtra vero Traiectenses³ horrenda coop-
^{n=tantes}
ⁿIngemia ~~erant~~ forentes hostes absteruerunt
a portis et menibus quicque plures
Incautos

Incautos armigeros confixerunt telis et
missilibus

Erant enim In eodem exercitu unus dux
octo comites LII. barones et ^{cento} XXVIII. et
centum quinquaginta milia armigerorum
habuit Insuper In eodem exercitu Idem
comes fere omnes barones et milites
territorii Traiectensium^{is} vassallos episcopi
et ecclesie videlicet Juniores Dominum
de Arkel fratrem episcopi Dominus Swede-
rus de Apcauda et filius suus Dominus
Arnoldus de Yselsteijn Johannes borchgra-
avius de Montfoerde Henricus de Nauen
Dominus Ghysbertus de Sterkenborch Domi-
nus Johannes de Bro --- Dominus Aral-
tus de vâluen Dominus Fredericus vuytten
hamme milites Isti omnes diffidaverunt In-
tuitu ^{comitibus} Wilhelmi comitis milites civitatem
Traiectensem pro eo quod comes Hollandie
sub fide dixit omnibus quod nichil Impu-
taret episcopo quem etiam diligebat sed so-
lummodo civitati

Interea dum comes it predictum est civita-
tem

tem per girum obledisset Inclitus Robertus
de Arkel miles egregius dum hec audisset tur-
batus valde Intravit caute cum aliquibus
armigeris civitatem ad defendendum contra
predictum exercitum demandans per festinum
nunciū fratri suo domino episcopo cuncta
circa civitatem suam gesta

Dum itaque hec agerentur comes Wilhel-
mus Hollandie circa quoddam noctis um-
braculum proximotenus accessit ad urbem
ut profunditatem posse clam exquireret
antequam munitam civitatem assilire pre-
sumeret Et ecce quidam balistarius a
cacumine muri telum eiecit et confestim
eiusdem comitis telum transfixit Comes
ergo sanctus ad tentorium suum extemplo
reductus est ubi post aliquantulum tempus
pristine sanitati restitutus est

Johannes episcopus napolitanus.

Interea Johannes episcopus genapolit^{sic} Re-
lidens et oblidionem civitatis sue percipiens
festinanter ad partes venit et per amicales
Interlocutiones mediante Illustri viro Jo-
hanni

(^{See})
 hanni comiti de Bernonid patris comitis
 Wilhelmi prescripti concordiam In hunc
 modum elaboravit quatenus quingenti civis
 humiliter urbem exirent ac ⁱⁿ territorio pre-
 libati comitis veniam flexis genibus exorarent

Preterea et comiti Wilhelmo ac successoribus
 eius cum quingentis armatis sub expensis
 proprijs ad nutum suum Infra modum hi-
 umilium deberent venire In auxilium nec
 onon et ad vocem ipsius de muris civita-
 tis ad spaciū viginti cannarum In
 fossato deicerentur absque ulla spe Repa-
 rationis

Ac etiam Haberet Ipse comes Infra
 civitatem prefatam plateam unam ad sue
 voluntatis beneplacitum Ita scilicet cum
 casu acciderit quencumque ad mortem
 Ibidem transducere talem posse In
 platea illa a mortis sententia liberare
 que platea sicut quidam dicunt et tra-
 dunt appellatur ~~est~~ platea Hollandiensis
 usque in ^{presen-} ~~presentem~~ diem Et hoc in confir-
 mationis pactum literis potentibus est
 confirmatum

Induper.

16
Induper fecerunt treugarum Inducias
usque ad festum sancti Martini. In novem-
bri ut Interim compositionem pacis In pu-
blico melius adhuc determinarent Insuper
starent contenti dictamini dominorum Jo-
hannes episcopi et Johannis de Bemand
arunculi eiusdem comitis, et essent firme
treuge usque ad festum martini hujema-
lis Et sic In profecto sancte Marie
Magdalene soluta est civitas ab Illa gravi
oblidione

quare Institutum fuit In gratiarum
actionem pro eo quod Dominus nos-
ter civitatem ab horribili Illa obli-
dione liberauerat et ut soluta saluet
eam in postum ab omni plaga et tur-
batione quod omni anno perpetuis tem-
poribus In festo sancti Appollinaris
gloriosi et apostolici martiris quod est
altera die post festum sancte Marie
Magdalene processio fieret per circuitum
civitatis cum reliquijs sanctorum

Eodem anno In festo sancti Jacobi Apo-
-stoli succubuit Jacobus de Atervelt bel-
Tando cum Gandavensibus contra Regem
francie et Ludovicum comitem flandrie
quos hinc egregie Paulo ante devicerat.

Cum ergo Wilhelmus comes obsidionem a
Traiecto dissolvisset non desistens ab incho-
ato proposito recolligit iterato Recen-
tem militiam ut ad instar expugnaret
orientalem frisiā Sed prochdolor glo-
riosis exercitiis ad terram Incognitam
Inordinate transfretavit quapropter
universus populus magnū Infortunium
Inopinatē Incurrit

Johannes quidem de hannonia cum
multis Ratem suam applicuit ad an-
stralem plagam monasterii sancti
Odolphi confessoris locando tentoria sua
super Ripam vicini maris et dictam
fidernene Et extemplo quidam Hollan-
darum non expectatis posterioribus adven-
sus hostes adeo viriliter aggressi sunt ut

eos aut infra civitatem Hamrie vel emu-
nitatem ecclesie profuissent et presi-
dium cimiterii cum armatis bellatoribus
assilirent

Et nota quod Hollandis nullum obsta-
bat Infortunium quoadusque eiusdem
confessoris Impugnare ceperunt mo-
nasterium quin potius virtute divi-
na quam humana de predicto cimi-
terio paulatim ^(sic) repulsi sunt quos ex-
tunc frisones passim occidentes per-
niciter Insecuti sunt

Cornes autem ut princeps Imperterritus
huius Infortunii totaliter Inscindit classem
suam versus borealem partem predicti mo-
nasterii direxit cum quingentis quasi bellato-
ribus In terram ascendit vicinorem do-
mum exiit In finitibus hostibus audacter
occurrit nobilem frisone personaliter
Interfecit et usque ad mortem multum
honorifice se defendit

Et econtra frisones cum In finitibus armige-
rid

rid pūdillum gregem Hollandorum am-
 bientes Iplum comitem cum multis alijs
 ipsis Ignorantibus occiderunt quem etiam
 mortuum In vindictam nobilis frisonis
 singulariter decollarunt Acta. fuit hec cruen-
 ta strages VI^o Kalendas octobris eodem
 loco quo comites Hollandie pridem pro
 tribunali sedere consueverunt qui comitem^{at}
 orientalis Frisie potestate gubernarunt
 Insuper multo plures Ibidem submersi
 fuerunt qui timore supervenientis exercitus
 frisonici Inordinate ad naues cucurrerunt
 quam ferocitate hostium succubuerunt Et
 ecce quomodo

Ludit In humanis divina potentia Rebal.
 Reginaldus enim Ghelvie dux hunc Wilhel-
 mum a frisonibus occidi predixit cum
 eundem de baptisterio sacri fontis suscepit.
 De quo doloroso bello predicto hec subsequens
 metra sunt confectum

Frisia letatur In nimicis ut superatis
 Staveren In pratibus Hollandia sed tribulatur
 Hic comes occidit defletur milite multo
 At

Atque sub occulto fugit ad sua postea visus

(Vox legi non potest.) ~~Nonne~~ quid ostendit nonies per quinque tentum
Milleque ter centum sextis octobris kalendas.

Caruerunt autem In hac expeditione cum
Ipso comite quingenti vel amplius pugnan-
tes armigeris De quibus hi fuerunt prin-
cipales et precipui videlicet Dominus de
hoern, Dominus de lingi, Dominus de waal-
koent, Dominus de manii, Dominus de an-
tongia, Dominus de haemstedem, Dominus
de merweda, barones Gherardus barbatus
Wilhelmus de Naeldwijk Sijmon et Theoderi-
cus de Teijlinghe, Ghujo de asperen, Johannes
Reijnerus et Wilhelmus de Mantfaerde, The-
odericus de Santhorst, Theodericus et Her-
mannus de Zweten, Florentius de Merweda
Otgherius de spaenge, Gerardus euer, Alfaer-
-dus de Florst, Nicholans Bern, Wil-
helmus de Dangen, Theodericus de Waelcoert
Dominus wolfardus de Reijmerswael, Ghe-
rardus de Floruul, veilliger, milites cum
multis alijs burgensibus electis et proceri-
bus approbatis

Deinde
 Decima de hinc exorta luce Martinus com=
 mendator Haerlemensis celeriter nauigans ad
 Stanoram Repperit Inter occisorum pre=
 satorum corpora corpus Illustrius prin=
 cipis et comitis Wilhelmi per certa, et
 sibi nota signa. Insuper ^{et} octo corpora pre=
 ceptum suorum qui cum eisdem a frisoni=
 bus adductus est in monasterium ordinis
 cisterciensis dictum floridus campus

Hic enim venerabilis pater dominus Johan=
 nes de Arkel episcopus Traiectens^{is} mag=
 nana habuit magnam arcam apud ecclesiam
 beate Marie In Traiecto ubi stabularium
 equorum suorum esse conuenerat quam arcam
 cum consensu generalis ecclesie ob amo=
 rem dei et augmentum cultus diuini contu=
 lit commendari et fratribus ordinis
 titanicorum ut ibidem ecclesiam et canuen=
 tum extra muros Traiectens^{is} per Wilhel=
 mum comitem Hollandie deuastatam. Redi=
 ficarent faciens eis magnam subsidium

Anno domini M^o CCC^o XLVI^o. Johannes do=
 minus de Arkel walrauius dominus de horn
 et

et Valckenborch et otto de Arkel Dominus de
 asperen cum Reinaldo dūce Ghelvie coadunati
 In vigilia sancti bartholomei oppidum Tiel
 et turrim ecclesie cum centum et XLV. ho-
 minibus combusserunt

Dominus autem Johannes de Arkel episcopus
 post festum sancti Martini elapsis trēga-
 rum Inducijs, annes adherentes prefato co-
 miti dudum In obsidione civitatis ab ep^{scop}atu
 proscriptis Quo facto omnes potentes veniam
 et emendam condignam promittentes gratiam
 Impetrarunt et sic omnes venerunt
 demptis domino Arnolde de Yselsteijn et
 Aresto de vülven.

Hinc eodem anno videlicet M^o III^o XLV^o In festo
 Cecilie sancte Cecilie virginis et martiris
 episcopus Johannes cum civitate Traiectensium
 obsedit potenter castrum de vülven quod
 per acerrimum assultum cepit et destruxit
 solatenus captivando omnes, quotquot
 erant super castrum.

Insuper Dominum de Yselsteijn pro magna
 parte succendit et ad satisfactionem com-
 pulsit
 Dominum de Apcauda In deditioem suam
 cepit

cepit Et exactionatēs alijs rebellibus suffici-
cientem ultionem de suis Inimicis et aduer-
sarijs acceptavit

Itemque anno sequenti scilicet M^oCC^o XLVI. episcopus
Johannes cum civitate Traiectensium
combussit emenesse alio nomine vocat
Hallandia eo quod semper fuerunt veri In-
cale territorii Traiectensium et nunc se-
pudantes territorium Traiectensium vole-
bant esse Hallandrini et neglecto no-
mine emenesse vocabant se vocat Hollan-
dros et sic Renocavit eos ad territorium
Traiectensium cum satisfactione condigna.

Interea Ludovicus Imperator audita Tum-
neca Wilhelmi comitis pro tribunali se-
dens In ornamentis Imperialibus equi-
lavit equerectam Justiciam a plebisque
Romani Regni principibus quorum
didante sententia decretum est quatenus
Hollandie principatus Romano vacaret
Imperio et quod pro eo quod Wilhelmus
comes absque liberis decessisset a seculo
quem

52
quem tunc principatum Idem Cæsar donavit
Margarète Imperatrici coniugi sue quoniam
germana fuit eidem Wilhelmo comiti

Anno eodem prescripto xiiii. die mensis fe-
bruarii concordatum fuit per civitates et totam
terram transjcelinam ut venerabili Domino
Johanni Iplorum episcopo subvenirent in
magna summa pecuniæ ad redimendum
ex toto terram transjcelinam quam prede-
cessor suus Dominus Johannes de Dieck
dudum Duci Ghelrie impignoravit. Quod
et factum est Et eandem summam re-
ceperunt In goshlo duo filii Ducis Ghelrie
videlicet Reïgnaldus et Edwardus

Et quia plenam summam transjcelani non
perfolverant dominus Johannes castrum
horst castrum stoutenborch cum aliquibus
alijs possessionibus. poluit In manus
fidelium suorum et sic Lx. floren-
narum dand et solvend Recepit literas
suas a prefato Duce Ghelrie

Eodem anno M^occc^o xlvj. In Terunio
epit

erit glorioſus episcopuſ adiutorio Domini de
 Arkel concedentis ſibi pecuniain altud do-
 minium et caſtrum de Laghe cum attinen-
 tijs ſuis pro v^m libr. erga Dominum
 Albertum et ſuis eius coniugem Et quia
 episcopuſ grauatus plurimis alijs debitis ad
 plenum non perſoluiffet Illam ſum-
 mam ſed pecuniam abiunde pro parte dis-
 trauiſſet Ideoque multa damna ſibi Inde
 proueniabant

Margareta romanorum imperatrix et Hol-
landez Comitissa in Hollandiam profi-
ciscitur et Hollandez Comitatum Duci
Wilhelmo ſub conditione committit

Margareta Igitur Romanorum Imperatrix
 ſoror Wilhelmi comitis occidi apparatus pulcher-
 rimo mox ad Hollandiam Deſcendit ubi benig-
 ne cum omni honore et ſolemnitate ab omni-
 bus Recepta fidelitatem cunctis Incolis In-
 uauit homagium de uasallis ſuis accepit li-
 bertates et gratias omnibus ampliauit benedi-
 colas

volas treugas cum episcopis et territorio
Traiectensibus fecit durante per duos annos
a festo sancte Margarete usque ad festum
eiusdem per duos annos

que exinde banariam Segrediens comitatum
Hollandie etc. Wilhelmo Duci sine palatino
suo filio commendavit Itali conditione quatenus
Idem Wilhelmus Dux annuatim preberet
certis temporibus Imperatrici matri sue
summam decem milium Antiquorum seu
daturum francie quod si In hoc negligens
Reperiretur sine dilatione ad nutum Marga-
rete Imperatricis Resignaret libere Hol-
landie comitatum gubernationem

Denique istud confirmationis pactum In
presentia magnatum principum non tan-
tum per sacramentum ^(sua) Iurandi sed etiam
liberis patentibus est firmatum tam ex
parte Margarete Imperatricis quam etiam
ex parte filii sui Ducis Wilhelmi quod
tamen nec ad ipsius laudem sed magis ad
suum vituperium matri sue minime obler-
avit ut postea patebit

Habuit enim ex Ludouico Imperatore ma-
rito suo Wilhelmum Albertum Ludouicum
Regem cracovie Otthonem marchionem bran-
denburgensem Elisabetham Reginam Hungarie.

Eodem anno felices anno M^o CCC^o XLVI. In
professo sancti Seruati Dominus Johannes
episcopus cepit proprijs expensis muris et
turribus atque propugnaculis circummunire
et murare oppidum de Renen et laudabiliter
ut patet egregie perfecit.

Eodem anno In die sanctorum martirum
Timothei & Symphoriani factum est bellum
Inter Reges francie et Anglie apud ^{cresci} ~~cresti~~
Et confusus est Rex francie et confugit
ambianis Ceciderunt autem ex parte Regis
francie multi principes videlicet Johannes Rex
bohemie cum XXVI^e militibus et nobilibus
Rex vero anglie victor secessit et obledit
Kalisiam quam et post obsidionem XLVI.
hebdomadatum vicit

Eodem anno videlicet In feste sancte Cecilie
Dominus episcopus Johannes de Arbel adiu-
tario

torio Domini Roberti de Arkel ^{fratris} sui Domini
 Huberti de Culenborch Domini Jacobi de
 Nijeuelt deicit In Traiecto pugnando homi-
 nes quaterlingos et trecentos ex eis a ciuita-
 te proscriptit

Anno domini M^o CCC^o XLVII. In festo sancte
 praxedis Domini Enghelbertus de Marca
 episcopus Leodiensis bellum habuit apud
 hasselt prope Tungris contra Leodien-
 ses In quo infinitam multitudinem Leodien-
 sium valedice ultra ^{XXII. m.} prostravit et ipse epis-
 copus victor editit Corruerunt Induper ex
 parte episcopi Domini Robertus de Arkel
 frater Johannis episcopi Traiectensis Do-
 minus Hubertus de Culenborch cum plurim-
 bus alijs militibus et approbatis armigeris
 Robertus Haqua de hinc dexterus sepelieba-
 tur In Traiecto In summa ecclesia ad au-
 stralem partem chori ante altare quod vena-
 bilis pater Johannes de Arkel episcopus
 fundavit dotavit confirmavit et consecravit
 In honore sancti Johannis baptiste et
 sancti Johannis evangeliste cum epitaphis
 probitatis

probitatis sue et armis de vexillo militie
sue Sed postmodum circa Traiectenses
omnium beneficiorum suorum Immemores
re proiecerunt omnia, sepelientes In
sepulchro suo Dominum Fredericum de
Blanckenhem episcopum Traiectensem

Martus Igitur In bello egregio et stren-
uo milite Roberto de Arkel tutare terri-
torii Traiectensem mansit episcopus Jo-
hannes grassatus magnis debitis que liben-
tissime persolvisset debitoribus satisfaciendo
Et consilio Inito precelegit loco fratris
sui sex viros egregios quibus pre omnibus
confidebat quos etiam valde diligebat ut
ipsi sex segerent Episcopatum, et soluerent
debita sua ordinando ipsos capitaneos om-
nium castrarum territorii Traiectensem

Qui fuerunt Dominus Zwederidus van
den Loo, Dominus Johannes de Cülenborch
Dominus Heinrichus de Vijanen Dominus
Johannes de Wöndenberch Dominus Ghijssber-
tus de Sterckenborch Dominus Jacobus
Lichtenberch

Lichtenberch Et ipse episcopus cum paucis
 familia secreta et Incognitus perrexit ad
 Galliam ad civitatem Tironensem, ut parce
 viveret et sui deputati debitoribus satisfacerent
 permansitque Ibidem usque ad annum
 XLVIII. et usque ad festum natiuitatis
 sancti Iohannis baptiste

Recogitans Haque quod treuge facte Inter
 Hollandie comitatum et territorium Traiectensium
 In proximo festo sancte Margarete
 expirarent et utile et proficuum foret Re-
 patriare Veniens Denique ad partes dum
 sperasset hos predictos seu Episcopatum su-
 um fideliter tenuisse debitumq; suum dimi-
 nuisse Repperit prohdolor debitum suum
 valde grauatum et augmentatum ab eisdem

Insuper In absentia sua In festo sacramen-
 ti Dominus Zwederus inter Los cepit poten-
 ter ecclesiam de emma construend Inde forte
 castrum et domum secularem

Hemque semines^(sic) sessens denus mutato nomine
 suo vocitabant sese oest Hollandos quare
 episcopus

episcopus Ita percipiens valde doluit eo quod
nullibi Invenisset fidem.

Hem anno Domini M^o CCC^o XLVIII^o Ludovicus
Imperator de venatione periens de equo des-
cendens spiritum vite exlaivit excommunicatus
per tres Apostolicos quarum excommu-
nicationem grevit.

Eodemq³ anno arraipotenter episcopus cum
civitate Traiectensim cum vexillis splendentibus
In manu forte treugis terminatis venit
apud semnesse In prato Lapers dicto con-
tra Hollandrinos et Inito prelio episcopus
Hollandrinos post stragem multorum fugavit
et obtinuit victoriam Ceciderunt autem mul-
ti ex parte Hollandr^{orum} et prefertim de sem-
nesse

Captus fuit Ibidem Dominus Amilius de
nijdrecht cum multis alijs armigeris et pro-
ceribus de quibus magnam ~~g~~aram exactiona-
tus fuit episcopus quare denuo semnesses
coacti nominaverunt se se episcopos et
non Hollandrinos ac deinceps submitentes
colla dominis episcopi per manserunt
episcopo fideles.

Eodem

Eodem anno Infra eundem festum assumptionis et natiuitatis virginis Marie venit magnificus Dux Wilhelmus armipotenter apud Yseldsteijn super notum aggerem et combussit villam Nötfaed permanens ibidem per octo dies expectans Traiectensem. Interim Johannes episcopus collectis IIII^m armatorum secessit et conflagauit terram aemsterlandie et terram de Woerden sufficienter uiciscens se de Duce Wilhelmo

Sed eodem tempore quo Idem Dux apud Yseldsteijn per octo dies castrametatus fuisse Dominus Ghyllbertus de Bronchorst diffidauit Dominum Johannem de Arkel episcopum Traiectensem et hostiliter in contumeliam episcopi concremauit praesidium de ghoer

quibus Ita patratil venerunt Dux Limburgensis Comes cliuensis, Dominus Johannes de hannonia ordinantes firmas treugas Inter Ducem Wilhelmum et Johannem episcopum

copum sapienter, durante usque ad festum sancti Martini hiemale subsequente

quibus ordinatis sine durantebus trigis perrexit cum multis armigeris episcopus ad terram transjcelinam ut vindicaret se de Ghyloberto de Bronchorst qui per flammandum Regem devotans fere universas villas Domini de Bronchorst et precipue villam borkelo redijt victor cum spolijs ad terram propriam

Eodem anno predictos diffidaverunt episcopus Johannem Rejnaldus Dux lyhelrie et Edwardus frater suus, eo quod conspiraverunt cum Wilhelmo Duce contra episcopum et facti sunt complices eius

Contra vero episcopus licet debilis magnis Invalutus fuerat, tamen ut vir generosus opposuit se eis viriliter committens committens Frederico de Elen terram de zallant tuendam et Dominium de Diepenhem ut terram prefatam defenderet contra contra prefatos principes

principes et contra Dominum Ghijbertum
de Bronchorst complices vero episcopos quos
subarravit In suum adiutorium fuerunt
Dominus de voerA et Dominus de Krijnre

Sed anno domini M^o CCC^o XLIX. per amica-
biles Interlocutiones predictorum princi-
pum guerra decisa fuit Et Wilhelmus dux
bararie tutor Hollandie secessit cum pulchro
fodaltis baronum et militum ad Impera-
tricem matrem suam Resignans et Renun-
cians sibi tutorem ^(sic) Hollandie Ielandie et
Frisie eo quod consilio civitatum et Dominorum
^(sic) Hollandie ordinatum fuerat quatenus

anno Idem Dux exolveret Imperatrix margare-
rete matri sue XV^{ta} scudata antiqua quod
de cetero ~~Renun~~ facere et fecerunt vestra
barariam permansit Illic longo tempo-
re et sic Hollandia vacillabat sine Domino
aut tutore aliquanto tempore

Statimque post guerram siue pace firmas-
ta Inter Episcopatum, et comitatum venit
Dominus

dominus de voerst et computavit episcopo pro
 expensis et damnis de castro de Keppel 4^m.
 antiqua scudata Et Dominus Fredericus de
 Eden computavit pro damno et expensis suis
 22^m antiqua scudata et ducenta quos expe=
 dit contra Ghelrenses

Episcopus vero Jam valde perplexus non
 valens satisfacere Iplis ad beneplacitum Ipe
 sit Iplorum ac mirans multum de tam
 Indiscreta computatione permittit Domi=
 num Fredericum de Eden manere supra cas=
 tra que habuit In vadimonium In terra
 transjcelina ut fieret complex suis contra
 prefatos Dominos

Eodem anno diffidavit episcopum Dominus de
 Steenvorde cum Domino Johanne de Na=
 huijs ac Domino Ghijsberto Jobbe cum Domi=
 no Johanne de Ghemen et cum quamplu=
 rimis alijs curialibus Qui omnes congre=
 gantes grandes copias electe militie deval=
 tauerunt ex magna parte episcopium usque
 ad

ad annum Domini M. CCC. 21. usque ad
 octavas sacramenti et tunc mediantibus dis-
 cretis personis hec eadem gharra epida
 sopita et pacificata fuit

Et Dominus Fredericus de Elen compen-
 tavit pro expensis et Damno XIII^m. antique
 scudata asserens quod vellet tenere totam ter-
 ram trancijselinam pro prima et ultima
 summis donec et quousque ad minimum
 quadrantem episcopus sibi satisfecisset

Anno domini M^o CCC^o XLIX. episcopus cum
 civitate Traiectensem altera die annunciationis
 perpetue virginis Marie In manu forti
 pervenit ad oppidum Audewater quod Rebel-
 lanti manu vicerunt atque facillatenuis
 conflagrarunt totum oppidum Insuper
 ceperunt post occasum multorum pluri-
 mos captantes Reverti sunt victoriose cum
 magna preda ad civitatem Traiectensem.

Corruerunt autem In eodem conflictu ex
 parte

parte episcopi et civitatis Traiectensis capitanei videlicet Johannes de Aidenborch Duo fratres de Lichtenberch Jacobus et Johannes et Ederardus de driele cum multis alijs burgensibus et scitarijs.

Eodem anno Hollandrini depopulationem oppidi de Aludwater egre ferentes collectis militibus ac Incolis multis totius Hollandie decreverunt territorium Traiectense et precipue civitatem Traiectensem Invadere vel crudele bellum cum episcopo committere.

Econtra vero episcopus circa festum Sancti Edulphi conglobatis hinc Inde multis armigeris cum civitate Traiectensi cum vexillis fulgurantibus et tubis stridentibus apud Schoenhoüiam veniens ut eam expugnaret occurrerunt ei audacter cum vexillis fulgidis et cornibus horribanis Hollandrini ille mora quin Traiectenses et Hollandie populi permote In Inuicem

am Irruerunt pro corona victoriae La-
 boriose decertantes et cruentam stragem ex
 utraque parte crudelissime committentes
 Denique post aliquantulum temporis Ro-
 sur Hollandie exercitus quamplurimum
 attritus est In occisione magnanimorum
 pugilum Hollandie

In quo bello capti fuerunt videlicet Jo-
 minus Ghysbertus de Langheraect Domi-
 nus herberius de Lic^sfuelt et Conradus
 de Oisterwijck cum multis alijs probatis
 armigeris De quibus recepit magnam
 pecuniam pro redemptione eorundem

Insuper episcopus In Illo bello trium-
 phando cepit XXVIII. vexilla suorum adies-
 sariorum cum quibus victoriose Traiectum
 Regressus est

Post hoc treuge facte sunt Inter comita-
 tum Hollandie et territorium Traiectense
 durante a festo sancti Bartholomei apos-
 toli

toli usque ad festum Sancti Martini pa-
troni Traiectens.

Eodem anno scilicet M^o CCC^o XLIX accidit quoddam
mirabile. gens enim venit quedam sed
que fuerit et unde venerit Ignotum
est que sine auctoritate sedis apostolicae
et ecclesie ferebat super capita sua et super
vestes signum crucis, accipiens peregrinatio-
nem XXXIII³ dierum In via ferens vexilla
dominicam cum crucibus per nationes de-
cantans laudem virginis et matris sue
gloriose Induper bis In die demidabat
cappus suum coopertis facibus et verendis
cum femoralibus Item ab umbilico deor-
sum usque ad talum cooperiebat se ~~alio~~
Linteamine verberans se digitis flagellis usque
ad effusionem sanguinis deprohendit verberan-
da hec sequentia verba

Slaet u seer doet Christus eer
Doer Godt. zoe laet die sonden meer

60
Quibus completis accesserunt ad aliam ecclesiam eadem facientes nunquam etiam dormiendo pernoctauerunt quiescentes In Illo loco ubi pridie pernoctauerant que videntes multi compuncti confessi arripuerunt eandem penitentiam Insequentes eos et non solum laici verumetiam clerici presbyteri et episcopi sed presbyteri et episcopi in publico sede non ^(sic) flagellarant

 nominando Idem castrum Ghilden-
 borch Sed Ghijsbertus Dominus
 de Vianen fristis de constructione
 Illius castri perpendens quod si
 adversarentur sibi trajectenses aliquo
 tempore possent Dominium suum
~~quapropter~~ secrete per eadem flumina
 stipati multis armigeris destruere
 dominium suum ^{quapropter} ~~quapropter~~ caute con-
 sultis affirmavit Dixitque Al-
 berto Duci comiti Hollandie quod
 In prejudicium comitatus Hollan-
 die et sui domini castrum Ghilden-
 borch esset constructum eo quod
 dominium de Vreeswijck In quo tra-
 iecten

iectenses extraxerunt Gludas et castra
 et fundum Illius Loci non specta-
 ret ad episcopum nec ad territorium
 traiectense

Induper Dordracenses putantes quod
 eisdem etiam esset In preiudicium
 questus, adherentes domino de Vianen
 volebant violenter cum eo totum dis-
 sipare

Anno de hinc M^occc^o Lxxiiii. circa festum
 epiphanie diluuium magnam
 sed particulare fuerat Inundando
 et In diuersis prouincijs villas et
 ciuitates strauit Et dicunt aliqui
 quod non ex Inbris neque ex
 nise sed quasi occulte uenerunt
 quod non est verum quia maxima
 nix cecidit successive^{et} congelando per-
 mansit et tandem cum magna pluui-
 successive

successive Liquefacta fecit per Lon-
 gum Tempus Inundantiã perma-
 imam In fine, que fuit In diversis
 Locis successiva quia mansit dilu-
 vium usque ad festum pasche Sed
 maiora pericula prius fuerunt
 In partibus superioribus mon-
 tosis et quasi In fine In parti-
 bus planis et In Inferioribus ubi
 flumina congregata Intrañt mare
 ubi maximam congregationem quali-
 per exitum fuit maximum peri-
 culum In carnispridio et ante. Et
 quia tantus concursus aquarum du-
 ravit per centum dies Intrañdo
 mare occidentale cum partes tales
 que dulces non poterant per mare
 et aquas salvas maris sicut In
 flumine anno sequenti fuerunt ven-
 to rejecte a mari huiusmodi per-
 inixtionis

misionis ad littus, Ita quod ma-
iora damna fuerunt et fecerunt

In partibus marinis ut In Hol-
landia ubi villas et ecclesias

in margine Riederwert evertit in Insula dicta ^(sic) viderwert quam

Inundando Destruxit In ~~causa~~ su-
perioribus et Inferioribus cellaria

In ciuitatibus Impleta, et Domos

In medijs ciuitatibus demerunt.

Insuper fluius dictus Lecca eo-
dem tempore In tantum Inun-
dauit ut Irruptis aggeribus terri-
torii traictensis aqua fluminalis per
totam Hollandiam fluebat

Eodem tempore consilatus traictensis ex
traiecto nauigio ^{per} planam terram ad
Hagham In Hollandiam pergens sol-
uere conabatur summam pecunie
pro qua castrum de Vredelant

Inadiatio

Inuadiatum fuerat In cuius solutione
dantes et recipientes alterutrum discordare
ceperunt propter pagamentum quia
propter consilium traicten dum donum
redierant querulabantur de grauiamine
solutionis statibus patrie Itaque conuocatis
statibus patrie concludebant
concorditer quatenus tantum potenter
extorquerent ab Hollandrinis quan-
tum secundum estimationem Templorum
plus soluere coacti fuerunt

Item anno Domini M^o CCC^o LXXVIII^o ad
Instantiam et multiples preces
domini Johannis de Arkel episcopi
Leodiensis editus est Liber qui col-
lectarius Dicitur super Librum
psalmodum a fratre Petro de Heren-
tals canonicum et priorem florenti-
ensem

enke cenobii ordinis premonstratensis.

Eodem anno In Iunio traiectenses
volentes oppidum De Woerden ad de-
ditionem coartare venerunt potenti
manu ante Idem oppidum cum
= que animose Irruerent super eos et non
valentes pro suo beneplacito habere
oblides combusserunt propugnacula
eiusdem oppidi capiendo quosque po-
terant cum preda valida reuerteban-
tur

Statimque obsederunt castrum Gronen-
borch quod statim bellicose vicerunt
eo quod castrenses Improvidi eran-
nec de aliqua guerra aliquid mali
suscitabantur suspicabantur. castrum
vera adeptum traiectenses humotenu
confregerunt projicientes In fossatis
Post hoc Illico associatis sibi ali-
quibus

quibus et multis robustis bellatori-
 bus confestim Irruerunt ^{super} Müden
 Wess Poetermeer Loefdrecht Domi-
 nium de ameijda Lezmonde Jaers-
 velt Bodegraven ^(sic) Werdenj et super
 plures alias villas de quibus magnam
 pecuniam extorquebant accipiendo
 obsides

Cumque traiectenses ut dictum est
 secesserunt versus Wess et Müden
 zmederius Dominus de gaesbeeck
 Introduxit Introductis In caf-
 tro de Vredelant multis Hollan-
 drinis diffusus est civitatem tra-
 iectensem atq; cum bombardis balis-
 tis ac fundibulis traiectenses val-
 de Laccessit et per totum tempus
 quarre subiecit Idem castrum
 ditioni ducis Alberti comitis Hol-
 landie

landie obliuiscens Literarum suarum
 sub fide et episcopo et statibus pa-
 trie datarum ut supra dictum est

Econtra vero Dux Albertus comes
 Hollandie collectis Immenfis bella-
 toribus ex presumptione traicten-
 sum plurimum Indignatus ascendit
 Leccam nauigio habens In comi-
 tatu suo comitem cliuentem Comi-
 tem blesensem idioma nostro
 valocijs cum omnibus fere baro-
 nibus militibus et domicellis han-
 nonie Hollandie Zelandie cliuie
 Ghelvie ceterarum que nationum mi-
 litibus stipendiarijs ^{que} armigeris cum
 quibus omnibus strictissime obsedi-
 castrum Ghildenborch ordinans
 tentoria et papiliones circumcirca
 erigens

erigendque ad orientem ~~maximam~~ maximam max-
 imam machinam - et unam parvam
 ab occidente cum quibus castrum
 evertere conabatur. Cum eadem
 machinas super fossata potenter lo-
 caret ecce castrenses miro modo
 cum uno bombardis minorem machinam
 quassarent quod eis parum nocere
 valuit. Cumque Ita per octo dies
 dux obsidisset castrum et multis
 afflictibus acriter Insestasset Ghijf-
 bertus Dominus de Vianen Heijn-
 ricus Dominus de ameijda Domi-
 nus Ghijfbertus de Nijenrode cum
 plerisque militibus et scutarijs ac-
 cesserunt animose cum multis
 parvis bombardis ante castrum
 Ghildenborch hostili animo castrenses
 privato bello expetentes

Contra Petrus Dool et Arnoldus

Proys capitanei castris aperientes
 portas castris effuderunt copiosum
 Funeum armigerorum et Inito prelio
 castrenses adepta victoria ceperunt Do-
 minum Ghijsbertum de Nijenrode
 unum nobilem militem ex hanno-
 nia Wilhelmum de Naeldwijck Wil-
 helmum de Ghereliet cum xxviii. bom-
 bardis quos secum triumphando su-
 per castrum portaverunt

Dux vero Albertus erexit duas mag-
 nas magenas quarum unam Locavit
 apud Littus Lecce apud Vianen
 Aliam Infra aggerem eiusdem vil-
 le cum quibus valde terribiliter quas
 avit predictum castrum Demum
 destructo et devicto anteriori propug-
 naculo et presidio castris Dominus
 Ghijsbertus de Nijenrode Tam con-
 salescens

valefcent de vulneribus et plagis sibi In-
 flictis In privato bello predicto or-
 dinavit Inter utramque partem pacem
 In hunc modum quatenus castrenses
 redderunt Domino Duci Idem castrum
 saluis vita et bonis Ipporum cum
 quibus Libere pergerent versus traiec-
 tum Et Ita prima die Junii red-
 dederunt Domino Duci Idem castrum
 quod suis armis et militibus premu-
 nit. Castrenses vero habuerunt X.
 funera mortuorum que secum tra-
 iectum traiciebant Altera vero die Do-
 minus de Vijanen Dominus Heijn-
 ricus de Homoc cum copiosis armi-
 geris precipue de Haerlem exeuntes
 exercitum de Ghildenborch Incendio
 vastaverunt villam Tutsael Contra
 traiectenses In signis varijs et tu-
 bilis stridulis armipotenter eisdem oc-
 cursare

cursare presumpserunt Illatam con-
 tumeliam omnibus modis ulcisci sta-
 tuentes facta. Tigitur congressione cru-
 enta apud eandem villam traiecten-
 ses terga vertentes a bello profu-
 gati sunt. Corruerunt autem XI. viri
 deq. traiectensibus Captique XI. Et licet
 Hollandrini victores fuerunt tamen
 nullo persequente cucurrerunt per de-
 via et In paludosis vadis perterriti
 ubi aliqui Interierunt

Altera autem die egregius Dux Al-
 bertus committens Domino de Vijanen
 castrum de Ghildenborch secessit vic-
 toriose versus Hollandiam.

Interim vero dum magnificus Dux
 obsedisset Ghildenborch Arnoldus
 episcopus cum traiectensibus et In-
 genti copia prepotentis exercitus ad-
 veniens

veniens In Hollandia secessit usque
 ad Swamerdam de qua ^{spolia diversa} diversa ^{suppellectilibus} ^{cum} multis captivis abundantius
 apportaverunt et cum victoria redie-
 runt

Itaque cum feria secunda. Dux Alber-
 tus post obsidionem castris ad Flol-
 landiam secessisset confestim Altera
 die Arnoldus episcopus congregato
 decenti equestri exercitu militum
 et burgensium videlicet cum Domino
 Goeswino de vanderick Domino
 Wilhelmo de Rees Domino Arnoldo
 de Lawijk etc. ante oppidum Neerden
 ubi postquam multa devastasset
 captis ex Neerden de Hollandinis
 xxviii. viris, ditati diversis spolijs,
 victores redierunt Insuper tertia die
 post festum natiuitatis sancti Jo-
 hannis

hannid baptiste episcopus Arnoldus
 cum prefatis coadiutorialibus mi-
 litibus venit ante oppidum Audema-
 ter ubi capiend Lxxiiii. Hollandensis cum
 obtenta preda mirifice Tocundatus
 redijt

Eodem anno videlicet M^o III^o Lxxiiii. In festo
 sanctorum Thijmothei et Simpho-
 riani circa noctem venit ciuitas tra-
 iectensis cum multis bellatoribus
 et satellitibus secretissime nauigio
 ad castrum Ghildenborch quod Stro-
 nue oppugnauerunt altera die per
 totam diem et noctem & similiter ter-
 tia die usque ad prandium Contra
 vero castrenses egregie sese defen-
 santes forenses absterruerunt balistis
 bombardis ceterisque Tingenijs valde
 terribiliter Et quia pauci Impro-
 uidi

cidi super castrum erant et traiecten-
 ses sine Intermiffione oppugnarent
 eos demum cum Ignem fere Inea-
 tinguibilem In presidio emisissent
 Lassitudinē fatigati reddiderunt
 se et castrum gratie episcopi et
 civitatis erant enim super castrum
 xxiiii. armigeri Lande digni, demp-
 tis duobus qui In oppugnatione
 castrum miserabiliter sauciati occu-
 buerunt hec autem victoria cessit
 traiectensibus In profesto Sancti
 Bartholomei Apopoli.

Decima quarta dehinc ordinata
 fuit Dieta Inter Ducem Albertum
 et episcopum Arnoldum In Mont-
 foert pro pace Invicem ordinar-
 da Cum Igitur consulatus Hollan-
 die et traiectensium convenerant ad pre-
 fatum

fatum Locum In Montfoert Inclitus
 Dux Albertus stipatus militari acie
 secretissime Lecam iterum ascendit
 it Ipsum castrum de Ghildenborch
 denio Impetuose coperet Ignorantibus
 traiectensibus neque nil mali sus-
 picantibus eo quod esset dieta pacis
 In Montfoert seruanda Sed cum
 tot nauibus apud Vianen Idem
 Dux veniret minime Latuit epis-
 copo et ciuitati Quare festinanter
 cum omnibus auxiliatoribus suis
 venerunt ante castrum Idem ad
 defendendum Ipsum contra omnes
 aduersarios suos permanentes Tbi-
 dem per triduum In quo triduo
 valde munierunt et victualibus
 ceterisque armis bellicis repleuerunt
 copiose ordinantes In eodem capita-
 neos Dominum Ottonem de scoen-
 nauwen

naumen Dominum Wilhelmum de Keel
 Dominum Goefwinnum de vanderick
 cum plurimis bellicosus approbatus
 armigeris quibus Ita sagaciter dis-
 positus civitas trajectensis gauden-
 ter redijt, parumpendens magnipoten-
 tiam Ducis

Ducis Itaque post recessum traiec-
 tensum transfretavit Leccam cum suo
 satellicio sciensque se nichil prof-
 perum acturum ante ghildenborch
 obledit castrum vullenhorst et
 castrum holensteijn quorum cas-
 trenses formidantes animositate
 Ducis reddiderunt castra sibi tali
 conditione quatenus nullum Dam-
 num ab eisdem fieret traiectensibus

Eodem anno In hieme circa festum
 sancti martini Dominus Wilhel-
 mus

mius de Rees cum Truictis preliatori-
 bus venit ante oppidum Yselsteijn
 In quo miserunt sagitando Ignea
 tela. Ita quod Domino magalia plena
 flumentis conflagrarant Interea
 ergo oppidanis Laborantibus ad extin-
 guendum Ignem et nimium circa
 eadem magalia occupatis Dominus
 Wilhelmus de Rees miles bellicosus
 contractis feris destructisque repaga-
 -lis predam permaximam vaccarum et
 equorum Inde abstraxit cum qua
 gaudenter traiectum properabat
 Altera autem die Yselsteijnenses mise-
 runt solemnes nuncios traiectum pa-
 cem petentes et predam quam be-
 nigne sibi Impetrarant pro summa
 summa xxxv^e antiquorum scudatorum

Anno Domini M^occc^o Lxxv^o civitas Sch-
 hovie

hovic cum clastro tota combusta
fuit ut patet In hoc metro Schoen-
hoven Insignis cum clastro deiorat
Tgnis

Eodem anno In festo sancti bene-
dicti abbatis In Teiunio Intercep-
ta fuit antiqua altricationis Inuidia
Inter prefatos principes et per hunc
modum Terminata quatenus traicten-
ses darent Duci tria milia anti-
quorum scudatorum pro eo quod vas-
tauerunt castrum cronenborch Woer-
den pro parte Tgne conflagraverunt
et reliqua Damna peregerunt In-
super quod si vreeswijck cum suo
districtu pertineret episcopo traicten-
si, ea parte sancti martini et non
comitatii Hollandie quod episcopus
hoc Turamento proprio cum septem
alijs

alijs stolis affirmaret. Cum ergo
episcopus preesto staret cum prefatis
septem stolis Inclitus Dux absque
Iuramento preestito resignavit
pro Vrcefwijck cum patentibus literis.

Eodem anno In festo sancti viti epis-
copus coadunata forti armatorum
manu obsedit cum omnibus civitatibus
transijcelanis castrum pittensteijn
eo quod Dominus herberus De pit-
tensteijn campensibus ceterisque ^{hominibus} tran-
sijcelanis Injurietur exactionan-
do spoliando et cetera huiusmodi
multa perpetrando Episcopus vero
erexit unam magnam magenam cum
qua valde quassavit turres et menia
eiusdem castri Interea amici et af-
fines domini herberni In unum
conglobati decreverunt omni modo
episcopum

episcopum ab obfidiōne ea pro-
 pellere vel formidolosum bellum
 Inire Quod cum minime Latuisset
 Industriam episcopi, misit propere
 ad consulatū traiectensem quatenus
 oportūm sibi prestarent auxiliū

Consulatus Itaque confestim misit
 sibi dūcentos balistarios et dūcentos
 armigeros Quo comperto nemo com-
 paruit ex parte herberni Sicque Do-
 minus herbernus plurimūm an-
 xiatus et a cunctis amicis et auxili-
 atoribus destitutus magnipotentiam
 episcopi formidans et Impetum su-
 orum Inimicorum quotidie cernens
 Inualefcere castrum obtulit gratie
 episcopi In festo sancti Petri ad
 vincula et Ipse captivus In oppi-
 dum campense transmissus promi-
 fit

fit seruire firmiter decretum episcopi pro se et suis amicis. Episcopus autem adeptum castrum funditus eradicauit.

Eodem anno In nocte sanctorum Gereonis et victoris tanta erat Intemperies ventorum et Inundationis aquarum et elationes maris quod In terruptis aggeribus multi per Hollandiam Zelandiam et Frisiam submergendo perierunt Similiter et eodem anno sequenti eadem nocte Denus maior erat tempestas ventorum et aquarum Ita quod maius Damnum quam prius Inde proueniebat.

Anno Domini M^o III^e LXXVIII. erant Duo pape unus per vim romanorum eligebatur alter canonice multo heredes

sed ^{ideo} domine opte sunt et In tantum
 invalescebant quod pius populus Do-
 mini Doctrina sapientia et potentia
 principum via eminebat Cujus an-
 ni notantur In hoc versu psalmi
 Deus quis similis erit tibi ne ta-
 ceas neque conpescaris deus et habetur
 In eodem psalmo sic Incipiente

Anno Domini M^o CCC^o LXXVIII. prima
 Die mensis Julii obiit Illustrius
 Dominus Johannes de Arkel Leo-
 diensis episcopus Leodiensis postquam
 XIII. annis egregie In abundantia
 pacis eandem ecclesiam rexisset
 qui quatenus ^{in viis} Leodii obiit sepultu-
 ram suam tamen elegit In tra-
 iecto Inferiori apud sororem suam
 comitissam de ^(See) botterem de Ipsa
 fundavit monasteriam In Ipsa
 civitate trajectensi ordinis minorum
 In

In summa ecclesia quiescentem qui
 propter sua beneficia Leodiensi et
 traiectensi Episcopatibus Impensa In-
 perpetuum est collandandus Cuius
 In festina sepulta recondita sunt
 In monasterio Wilhelmitarum
 Leodiensi.

Igitur cum balsamo et aromatibus
 conditus fuit venerunt cum eodem
 defuncto patre In oppido de gorin-
 chem occurrente sibi Domino Ot-
 tone Domino de Arkel cum filio
 suo Domicello de arkel atque cum
 Capitulo eiusdem oppidi et cuncto
 consulari eiusdem ubi expletis exe-
 quijs valde Despote Ipsius corpus
 rehebatur cum magna comitiva
 baronum militum et nobilium
 altera Die versus traiectum Cui
 super Leccam occurrat In villa

Dicta Die nivaert Arnoldus epif-
 copus traiectensis cum tribus sta-
^(sic) tibus territorii videlicet quinque collegia

In religione decenti et militia & con-
 sulatus civitatis comitante Domino
 de arkel cum suis usque ad traiec-
 tum Ibiq^{ue} more solito exequijs exple-
 tis sepeliebatur In australi parte
 chore apud sororem suam In
 tumba valde sumptuosa cum tali
 metrico epitaphio

Traiectum gaude de tali presule
 plande

Quod tibi celestis hunc misit gra-
 tia clare

Sit tibi vox festis quoniam nomen
 gerit a re

Johannes natus ex arkel sicq^{ue} vo-
 catus

Vir totus gratus virtutibus
 at

atque praeclarus

Floridus electus ex millefibus et Rubi-
cundas

Castum fert pectus est toto corpo-
re mundus

Etatis tenere satagit sua Tura
tenere

Nullum deprimere cupit Insi-
dial removere

Hec quoque reformare que comperit
annihilare

quod sibi prestare dignetur virgo
beata

Inclite confessor Intercessor mens
esto

Gesta tua curam duram gre-
gis ergo faucto

Leto transire cursu nullumque pe-
rire

Anno Domini M^occc. Lxxiiii. surre-
erunt quidam chorizontes promif-
cui

cū seculis felices viri et mulieres
 sic a saltatione sua nomenati. hii
 enim primo venerunt aquisgranum
 ad dedicationem ecclesie Domine
 nostrae ubi saltabant ante altare
 aliqui etiam usque ad altaris al-
 titudinem Deinde super pedes re-
 sidentes et hos saltus et casus
 sic per Longum ~~tempus~~ tempus
 continuaverunt Ita quod quidam
 crepentes ^(sic) defecerunt quidam etiam
 circa ventrem mappis stricte
 ne creperentangebantur venerunt
 ad superiorem traiectum et Leodi-
 um ac alias civitates et capitibus
 suis deprecatis Senta ferebant
 et saltando sepeis seipsos ani-
 mabant dicentes ^(sic) frijsch frijsch
 et nihil aliud. Ibant autem ad
 ecclesias ante altaria et ante Im-
 gines

gines beate Marie Ibidem sic
 chorizantes et multi ac multe
 eos conspicientes eidem associaban-
 tur et eadem passione aggravabantur
 Tandem a sapientibus comperitum est
 quod hij ^a demonibus erant obsessi
 aut arrepti et multi ex eis per exor-
 cistas cum communicationibus et orationibus
 ac euangelio Sancti Iohannis euangelista
 scilicet In principio erat verbum circi-
 ter tria milia In diuersis Locis ali-
 qui Sciuus aliqui difficultis fuerunt
 sanati Et postea Ista plaga defecit
 quando autem Demon descendebat
 In Ipsorum cruribus tunc non pote-
 rant se a saltu continere Dum
 vero In ventrem veniebat dure torque-
 bantur et horribilem habebat respec-
 tum Aliquando unus aliquando una
 Illorum super scapulas alterius af-
 cendit et se In aere mirabilia vide-
 re

re dixit Multi tales uno mane ante
 festum omnium sanctorum simul con-
 gregati In consilio suo Determina-
 erunt quod In die omnium sanctorum
 omnes pariter ad ecclesiam sancti Lam-
 berti In Leodio convenirent et
 tunc omnes presbiteros Ibi occiderent
 Sed deus omnia suaviter Disponens hoc
 Impediit unus autem Demum Demon
 Illorum adiuratus ut Diceret cur talium
 pauperum et non divitum aut presbi-
 terorum corpora Intraffet Dixit Clerici
 et presbiteri dicunt tot sancta et
 pulchra verba In precibus et Laude
 diuina nobis contraria et tediosa quod
 raro Intraemus eorum corpora sed
 forte post unum mensem transsiffe-
 mus diuitum corpora et per eos perdi-
 diffemus totum clerum

Anno Domini M^occc^o Lxxviii. obiit Wilhel-
 mus D^{ns} In vinculis qui dicitur
 comes

comes freneticus In hannonia In ke
noct absque Liberis cuius exanime
corpūs apud urbem valiscenarū de-
sectum est quod Ibidem sumptuosis
exequiis Inhumatum est Quo defuncto
to et sepulto barones sive proceres
hannonie Hollandie et Zelandie susce-
perunt Albertum Ducem sepedictum
Germanum prefati Ducis Wilhelmi
In principem terre quia Tam De
nois exaltatus viceimus primus comes
Hollandie Zelandie et occidentalis
Frisie nec non et hannonie fidelita-
tem cunctis Incolis Turavit homa-
gium de cunctis vasallis suis recepit
Qui Dux Albertus gloriosus diuini
nominis cultum ampliare dissonens Do-
navit fratris ordinis beate Marie
virginis de monte carmelis In Haer-
lem vitrum magnū et grande mag-
nificis expensis In capite chori eccle-
sie

sic eiusdem monasterii De quibus etiam
 fratribus Idem Illustris Dux Albertus
 sibi elegit virum venerabilem patrem
 felicis Wilhelmum de Sgravenland Lec-
 torem sacre theologie In penitentiariam
 Ad cuius etiam Infantiam Dux reve-
 rendus pro remuneratione beatitudinis
 eterne monasterium fratrum predictorum
 Largis dotando muneribus et possessioni-
 bus obtulit Beate Marie virgini dei
 genitricis casulam de auro puris-
 simo ex Integro contextam Nichiloni-
 -nus et ostium ferreum ante sacrif-
 tiam Tam dicti monasterii quinimo
 et unum Integre ^(sic) graduale per totum
 annum

Eodem anno obiit Rome gregorius
 XI^o. Post quem 12^o die Bartholomeus
 archiepiscopus Baren. Cardinalis
 sancti Petri creatus et urbanus VII.
 Et quia Cardinalibus In omnibus con-
 sentire

sentire rennuit Ideo^{que} quidam cardinalium
 ab urbe apostatauerunt et In Avinionem
 francie peruenierunt ubi cum consilio
 regis francie alium Papam nomine
 Clementem elegerunt afferentes primam
 electionem In urbanum factam non
 esse ratam quia cum violentia esset
 facta propter metum corporis et sic
 magna et periculosa discordia In ec-
 clesia facta est

monstrum Traiectinum

Eodem tempore accidit quoddam mon-
 strum In ciuitate traiectensi videlicet quod
 circa festum translationis beati ma-
 tini natus est puer masculus In ciui-
 tate predicta qui perfecte loquebatur
 nondum etatis quadraginta dierum
 dicens una vice Aperite Ianuam pater
 meus ad est et alia plura nichil ta-
 men dixit relatione dignum et vicini
 notum forte quia parentes eius noluerunt
 erunt verba pueri publicare Ex his
 parente

parentes rogauerunt quendam sacerdotem
 Deiotum ut secrete veniret et puerum
 conjuraret, qui missam celebravit qua
 finita In sacris ornamentis perman-
 sit desuper toga coopertus ne sacra
 viderentur ornamenta ad puerum
 Ingressum Ipsum multis coniu-
 rationibus et orationibus adiuravit qui
 nichil ei respondit Tandem proprio
 motu puer vertebat caput suum In-
 spexit sacerdotem visu horribili quo
 Ipsum valde terruit Sacerdos au-
 tem videns se nichil proficere coniu-
 rationibus et orationibus recessit ad
 propria vixit autem puer Ille ab
 hoc anno usque ad annum domini
 xliii. et si superuixit pluribus annis
 nescio Illud monstrum forte fuit
 signum alicuius excidii subsequentiis
 quod tamen Ignoro.

Eodem anno altera Die septembris No-
 ualdus

noldius episcopus traiectensis cum Do-
 mino de Gaesbeeck et Apearda cum Do-
 mino de Vijanen et alijs plerisque mi-
 litibus et armigeris obsedit castrum Do-
 mini Splinteri de Loenrefloot eo quod
 Idem miles Iniuriabat et grava-
 abat Iniuste homines territorii di-
 versis modis ad cuius Interitum adap-
 tavit episcopus diversa Ingenia quib-
 us valde acriter Laccessiit et Impegit
 Idem castrum Demum Splinteris mi-
 les strennuus reconciliatus est epis-
 copo tali arbitrio quatenus castrum
 suum resignaret episcopo et flaret
 contentus dictamini et expressioni
 ecclesie traiectensis et militiae terri-
 torii traiectensis.

Tgitur sepulto Domino: Johanne de
 Arkel episcopo Leodiensi traiecti
 Dominus urbanus vi. . ad postulati-
 onem Leodiensem transfudit Domi-
 num

nūm Arnoldūm de Hoern a traiectione Leodiūm et Dominūm florentiūm de wesselichouen a monasterio traiectūm

Cūm Tgitur florentiūm De wesselichouen
^{Episcopatum Monasteriensem}
 suo successori pacifice resignasset sperans Libere Intrare Episcopatum traiectensem sicūti Dominūm Arnoldūm de Hoern pacifice Episcopatum Leodiensem In possessione recepit non poterat habere Episcopatum suūm eo quod Dominūm Arnoldūm suos fideles In castris haberet et sperabat In commendis procurare Episcopatum traiectensem a sede Apostolica, vel ad omne mūdū volūit habere omnes redditus unius anni. Quapropter Dominūm de Arkel Imploratus a Domino florentis Intradixit eū adiutorio Domini de Ysfelsteijn sua potentia In possessionem Episcopatus traiectensis.

De Florentio de werelichouen
episcopo 50°

Igitur postquam per annum fere ec-
 clesiis fuisset ut dictum est ad ab-
 Episcopatu suo Semum adiutorio prefa-
 torum Dominorum anno Domini m°
 ccc° lxxix° In die sancti willibrordi
 traiectum veniens cum decenti comi-
 tura baronum militum ceterorumque
 nobilium ubi cum magna solemni-
 tate decenter. In cathedra fuit 2°
 episcopus Hic enim florentius
 episcopus discretus honestus pius
 pacificus sapiens et bonus clericus fuit
 qui totum Episcopatum In finibus qua-
 si debitis Inualatum repperit tum
 propter affidiam Ghelvie et Hollan-
 die guerram tum quia episcopus Arn-
 oldus ultra annum post suam
 translationem potenter omnes redditus

Episcopales Leuait que cuncta egre =
 gius pontifex Licet valde annosus fuit
 successu temporis ex toto soluit redi =
 mendo Inuadiata iuris vel Damnis
 castra et villicationes suas Soluit enim
 de vollenho xxviii^e antiqua scudata Pro
 castro horst x^e antiqua scudata Pro
 Diepenhem xx^e antiqua scudata

Anno Domini m^occc^olxxx^o. Euerar =
 dius de Essen construxit castrum ma =
 nitissimum ex Lapidibus et Lignis
 In terra transijcelana quod erden
 dicebatur ex quo valde oppressit tran =
 sijcelanos et precipue multos ex Zel =
 landia Insuper violenter subegit fi =
 bi partem nemoris et villicationum
 aliquorum villarum territorii traiec =
 ten sis participens potentiam non
 solum episcopi sed et omnium adueni =
 entium propter fortitudinem et Inu =
 = vincibilitatem

= invincibilitatem castris sui De eerden
 Quapropter episcopus collecto militari
 robore damnū et violentiam fer-
 venter ulcisci decrevit. venit cum Do-
 micello Johanne de Arkel Domino
 De egmonda et Yffelsteijn plerisque
 approbatis alijs scūtariis et armigeris
 et cum tota terra transijcelana
 obsedit potenter Idem castrum eri-
 gens unum fundibulum cum quo
 proiecit Lapides xiii^o ponderum cum
 quo bene quassavit Lapideas turres
 sed lignea propugnacula minime
 eo quod maxima ligna erant et
 insolubiliter compacta et combina-
 ta Sed postquam episcopus per
 quinque hebdomadas Idem castrum
 multis incursionibus et afflictibus
 acriter nimis infestasset et Episcopus
 diu nusquam comparens Ipsis ut
 compromisit auxilium prestaret
 sane

sane consulti reddiderunt episcopo
 castrum salva vita castrensium ter-
 tia Die post festum sancti Bonifa-
 cii Episcopus vero adeptum castrum
 funditus diruit Sed Ligneam
 machinam nullo modo dissolvi et
 annullari quavis arte nemo pote-
 rat Ita artificialiter erat com-
 binata et compacta Quapropter epis-
 copus Igne precepit conflagrari
 Itaque inchoato Incendio comburebat
 per Integrum mensem continue
 Et sic episcopus cum triumpho re-
 grediens valedixit suis complicibus
 cum gratiarum actione Demum
 anno sequenti Idem Exerardus de
 Essen per amicabiles Internuncios
 episcopo reconciliatus fuit

Eodem anno episcopus bellica ma-
 nu armigerorum stipatus obsedit
 castrum

castrum dictum moles¹² quod castrenses sine belli strepitu reddiderunt episcopo quo facto confestim obsedit castrum Laghe quod similiter castrenses violentia et potentia episcopi victa reddiderunt sibi que omnia solotenus destruxit Cum ergo eius fama ubique vigeret In gloria eo quod Domicilia multorum raptorum et predonum triumphali gladio ditioni sue subegisset et confregisset

+ haec & quas sequuntur
usque ad pag. 771 lineam
secundam, cum tribus
sordidibus, in ipso
Cod. implebant sex folia
quae descripte sunt
mani paulo recentiori
& alia, quam qua praee
cedentia, & frequentia.
forte id ideo factum,
ut hoc modo infusi possent
brevis illa fundationis
Monasterii in sempiternu
descriptio, quae pag.
751 - 762 lin. A. legitur.
Illa enim descriptio
aliam habet auctorem,
monachum quendam
illius Monasterii, &
ad hoc Chronico plana
aliena est.

eliminavit omnes maleficos ex terra traiecit si valde potenter aut carcerali custodiae mancipavit.

Anno Domini M^o CCC^o LXX^o fundatum est claustrum regularium canonicorum in semsteijn et anno LXXX^o sequenti in festo Sancti benedicti Abbatidis consecrata est ecclesia

Compendiosa et succincta domus huius de semsteijn fundationis
prime

prime et transla eiusdem ad
 hunc locum narratio seu descriptio
prime et translationis eius-
dem ad hunc locum narratio
seu descriptio

Post decessum almi presulis Willes-
 brordi Hollandiarum, ut ita lo-
 quar, apostoli, siquidem sua pre-
 dicatione uirgo fidei Christi eorum col-
 la primus ipse subegit, multis anno-
 rum curriculis transactis, refrigerante
 iam charitate multorum et abundante
 usque quaque iniquitate summus ille
 piusque pastor qui relictis in supernis
 montibus beatis orbis dignatione
 sue gratie descendit unam hac lacri-
 marum in valle querere oculos
 ferentiori ferentiori sue miserationis ocu-
 lo nostram ipsam Hollandiam in
 litore oceani in fine veluti terre nos-
 tre habitabilis partem respicere dignatus
 est

est nempe stabilium quoddam sine pietatis ad quod oïcile, languide et moribunde inque eo vero a samaritano vine penitentiae oleoque remissionis peccatorum curande, confugere possent, prope dor Dracense oppidum eius, et ad exercitium ut ceterae vicinaeque urbes similia construere possent per quosdam fideles ab eterno sua ineffabili providentia ad hoc ab eo singulariter electos erigere disposuit.

Eodem igitur tempore quo illustris princeps dominus dux Albertus de barvaria Hollandiae comitatum strenue gubernabat fuit fuit Dordraci civis quidam eiusdem oppidi Reynaldus dicitur minnenbode, vir magnarum operum prudentia et honestate conspicuus ac liberalitate ad pauperes precipue et religiosos singularis, Cui Deo auspice a quo iuxta sapientis sententiam communiter

munitur conceduntur bona mulier nobi-
 lis ac Deum timens obtigerat domicella
 videlicet Sophia de ghiesen egregio mi-
 litis Romani Johannis dicti Molenaer
 filia Huius in corde pius¹² cordium
~~patris~~ pater Theodorus gratie sue semen
 plantavit quod spiritus sancti im-
 bre rigatum grandem in arborem fruc-
 tiferam ita ut eius sub umbra arbor
 celi optatam capere quietem fructuum
 eius refici copios possent, ut post Pau-
 lulum claruit, in boexi perfecit. Nem-
 pe igne illo quem dominus Theodorus
 misit in terram et vult vehementer
 accendi fortiter inflammata cultum
 concepit ampliare divinum quocirca
 dextotis dilectum apud conjugem instans
 precibus seduloque monebat hortatu
 quatenus cenobium aliquod Dei omni-
 potentis ad laudem construere vellet
 in quo religiosi viri suis stipendijs
 sustentati

sustentati Christo Regi militarent atque
gratum semper die nocturne soluerent
famulatum.

Cuius votis deuotius libenter annuens
Reynaldus nimirum cum et ipse eodem
presentis igne fuerit atque successus
quo et uxor eius dilecta quod optare-
rat illa ipse opere citius implere cu-
rabit.

Nam empto predio in famosa illa
villa emptum dicta inter Dordra-
cum et montem Sancte Gertrudis sita
cum domitadio, quo illustri domina
dicta vander cem quondam habitare
confluxit accersitis exinde monasterii
viridivallis in ^(See) zania prope Bruzellan
positi pietate regionis religionis
et vigore discipline regularis tunc pro-
pollentis nonnullis canonicis viris utique
religiosis et in omni regulari dis-
ciplina adprime imbutis potentibus
in

in locis et alios docere quod ipsi a patribus iam pridem acceperant ipsis atque alijs in posterum aduenturis atque Christo inibi seruire cupientibus iuxta regulam apostolicam a beato patre Augustino conscriptam

Eodem in loco monasterium ad Deimonipotentis laudem et gloriam sanctissimi saluatoris nostri Iesu Christi ac beati Johannis Baptiste nec non et eiusdem sanctissimi presulis ac patris Augustini anno ab incarnatione Domini M^o CCC^o LXXXII^o suis impendijs temporalibus minime precellens diuicijs tam festiue quam mirifice construxit Nam ut compertum habemus exceptis expensis ~~dominorum~~^{dominorum} annorum quibus totum conuentum sustentauit propter inundationem aquarum que suis temporibus per infractionem aggerum contigit et quadringentis

gentis ^(sic) nobilissis anglicanis parisi infrac-
tionis propter timorem que futuro tem-
pore accidere posset, consentiū traditis
multisque et varijs debitis civitatis ~~et~~
exposuit pro structura ecclesie aliorum
edificiorum circa quatuor milia corona-
rum francie Pro alijs vero requisitis
libris scilicet calicibus ornamentis
litteris fundacionis ac confirmationis
et alijs diversis ultra sex milia floren-
rum renensium et fecit hec omnia
ut a fide dignis accipi idem Reynal-
dus ante mortem suam testatusque
in omnibus tam divitem se fore quam
fuerat ante fundacionem manasterii
predicti

Cuius rei evidens extitit argumentum
quod uxori et heredibus post mortem
suam demptis annuis redditibus
quorum summa fuit Lxxx. scilicet
francie reliquit in terris pecunijs et
^{alijs} diversis circa xx. milia florenorum Hol-
landie

landie filijs nihilominus adoptatis de-
 quotis vel canonicis suis copiose, ante
 mortem prorsus. Nam preter supra-
 dicta qua exposuit pro structuris et
 alijs necessarijs & cotidiana pro stipe
 ipsis tradiderat in annuo censu circa
 xiiii. lib. *Hollandie* In terris
 vero paschualibus atque serotis ^(See) ultra ccc-
 iugera Sed et venerabilis fundatrix
 cui optime semper placuit voluntas
 mariti in talibus eisdem filijs et
 canonicis post mortem eiusdem ma-
 riti sui in pecunijs et alijs donauit
 ultra Lxxx. terrarum iugera ut Deo
 tanto sollicitius gratum semper pres-
 tarent seruitium quo sine sollicitu-
 dine sua magna cotidie sibi necessa-
 ria cernerent copiose satis prouenire
 quod quam sollicite egerint et inter
 eos sacre religionis vigor quantum
 effulserunt quam que perfecti et
 Deo digni in eo claruerunt viri qui
 seruentissimo

feruentissimo diuini amoris amore
 igne flagrantem communis vite rectitudinem
 indefesso pietatis studio tenuerunt et
 posteris tenendam sancte conuersatio-
 nis exemplis tradiderunt paucis
 ut prodam venerabilis id viri ac sa-
 cre theologie professoris, magistri
 videlicet guilhelmi de salvailla
 capellani ac confessoris domini pape
 Cantoris parisiensis nec non et
 archidiaconi Brabantie testimonio
 pandere libet id enim prestan-
 tissimus doctor summo pontifici mis-
 sissam digerens supplicatoriam inter
 alia de eis sic scribit

Beatissime pater humillima ac fide-
 lissima ad pedum oscula beatorum
 flictione premissa Dignetur vestre
 sanctitatis sublimitas agnoscere
 quod in partibus Hollandie est
 unum monasterium canonicorum
 regularium

regularium noviter fundatum Ad
 quod monasterium illustri Prin-
 cept dominus Dux Albertus de Ba-
 varia comes Flandrie dux Hollandie
 die habens singularem devotionem
 et affectionem scribit vestre sanctitati
 supplicando pro quibusdam privile-
 gijs per vestram sanctitatem eidem
 monasterio conferendis. ~~Quantum~~
 Quantum exignitas mea perpendere
 potest expedit dictum principem
 in suis iustis supplicationibus exan-
 dire Ego fui in dicto monasterio
 pluribus septimanis et adhuc liben-
 ter diutius manere intendo quia dic-
 ti religiosi faciunt divinum offi-
 cium tractim, morose, integre, so-
 lemniter, et devote, et pro regula-
 tenent observancias regulares silentii
 scilicet expropriationis obedientie ce-
 tera que iuxta regulam suam opti-
 me

me seruant et cet. Iste enim vene-
 rabilis doctor sinceritate vite, ipsorum
 comperta eos adijt sanctis, eorum
 conuersationibus admodum delectatus
 apud eos aliquam diu manens fra-
 trumq; orationibus se commendans
 deo se vocante Domino ibi egit extre-
 mum

Ab his ergo venerabilibus patribus
 est clarum est cum ipsi primi fu-
 erint Scilicet provincie regulares
 per uniuersam terram creuit et
 multiplicata est religio canonicorum
 sub regula beati Augustini Christo
 regi militantium. Illius enim sacre
 religionis odore terra resparsa cir-
 cum quaque uix oppidum aliquod
 inuentum est quod non huius in-
 stitutionis cenobium ^{fecit} fuerit oculari
 iam fide quisque probare potest, ha-
 bere satageret.

Verum

Verum cum succedenti tempore domi-
 nus peccata populi sui castigare
 decreuisset Anno domini M^oCCC^oXXI^o ipsa
 nocte sancte Elisabethe videlicet ventum
 validum de thesauris suis protu-
 lit quo mare commotum ab imis crevit
 et intumuit procellarumque suarum
 vi atque ~~ira~~ impulsu Suijthollan-
 die confringens aggeres eiusdem pro-
 vincie superficiem totam fere
 operuit non iam domos solum sed
 et villas integras et quidem plures
 subuertit, perinde ac Ovidianum
 id iam redisset diluuium Quo
 terra

Intremuit motuque vias patefe-
 cit aquarum Denique Exspaciata
 riuant per apertos flumina Campos
 Cumque satis arbitra simul pecudes vi-
 rosque Fectaque cumque suis rapunt
 penetralia terram Unda tegit denc-
 taque labent ^(Sic) sub gurgite vasto

Tam

Tamque mare et tellus nullum discrimen habebat. Omnia pontus erat.

Ita ut ubi Paulo ante oves et boves reliquumque iumentorum genus ubi et rimis in pasuis gradi confuissent volucresque celi arborum insidentes ramis dulces canere melos, iam pisces maris falso lasciuirent in flumine.

Qua tempestate nobilis illa atque religiosa domus de cernsteijn iam pridem fundata optimeque dotata iusto ut verum fatear dei iudicio occulto licet aquis undaque marinis cincta bona sue foundationis quibus deuotus iste conuentus sustentari solitus erat per easdem aquas omnia pene amisit locisque id iam pridem apricis et amenis ad habitandum fratribus ex tunc non reumaticis modo sed et pestifer redditus est.

Fum ergo priore teste celebratum est
 diuorcium alijs quidem per Brabantiam
 alijs per Hollandiam nonnullis vero
 per Ghelriam diuersis eiusdem ordinis
 in domibus se tranfferentibus. Pauci
 tamen in eadem domo remanserunt
 cum venerabili suo priore fratre
 videlicet Johanne Brienois de asperen
 viro utique literato et docto et omni mo-
 rum honestate conspicuo. Hic ergo de
 tam lamentabili suorum dispersione
 filiorum haud parum mestus cum
 esset vir nam sagacissimus sepe ore
 quidem tacito sed interioris cordis mult-
 ta secum voluens quid sibi esset fa-
 ciendum quomodo eosdem dispersos fra-
 tres ocius adunaret in unum sedulo
 tractabat

Omnem itaque spem reaggerandi ac
 bona amissa recuperandi cernens ^(sc) vir
 proxius et industrius maturo cum
 suis alijsq; sapientibus habito consilio
 post

post varia loca diversis in provin-
 ciis fratribus ad manendum oblata
 visa et examinata sed ut eis minus
 querenda, abdicata Idem monaste-
 rium cum omnibus suis privilegijs
 gratijs libris ornamentis ac alijs uten-
 silijs de licentia venerendi patris ac
 Domini domini zvederi trajectensis episcopi
 copi ad hunc locum presentem adeo
 ut verisimile est et nonnullis fi-
 delibus certisque indicijs ostensum an-
 no domini m^o cccc^o 31. instrumen-
 tis atque eodem nomine, sub titulo
 videlicet emsteijn de novo edificare
 cepit Ubi primitus tenuis factis exis-
 tens de temporalibus paulatim pro-
 cedenti tempore gratia eius et pietate
 qui perculit et sanat vulnerat
 et medetur auctum atque amplifi-
 tum est in personis redditibus edi-
 ficijs ac alijs possessionibus sicut iam
 cernere est

Sit laus et gloria deo nostro, qui
 multo magis adaugeat et conseruet nos
 in sancta religione et obseruantia dis-
 ciplinae regularis in atque in suo sancto
 seruitio proficere faciat in xpm

Reuerfis itaque in post modum fra-
 tribus ad propria veluti ut apud ad
 alieqaria non immemores beneficiorum
 sui pii sui fundatoris ossa ipsius atque
 aliorum siue stirpis stud. olim in antiquo
 cemsteijn sepulchrorum attulerunt atque
 dehinc choro constructo eadem sub sarco-
 phago posito ante mediam altaris sum-
 mi quod in honorem sancti saluato-
 ris sanctique Johannis Baptiste anno do-
 mini M^o cccc^o LVIII in die sancti Laueren-
 ti a reuerendo patre et domino domino
 Jodoco episcopo Neapolitano et domini
 Daxidis de burgundia tunc traiectensis
 episcopi suffraganeo consecratum est
 una cum choro et ecclesia reliqua cum
 diatribus ambitus partibus boreali videli-
 cet

cet et orientali ac parte cimiterii cimiterii
 nam altera pars cimiterii cum par-
 te comita modica ecclesie et parte me-
 dia ambitus occidentalis annis prece-
 dentibus sc. anno domini M^o cccc^o xxxv.
 19 die maij a venerabili patre et Domino
 Domino Nicolao episcopo^o Magionensi con-
 secrata fuerat, honorifice condiderunt

Obijt autem idem venerabilis alma hu-
 ius domus fundator anno domini M^o
 cccc^o 1^o xix die mensis februarij

Honestissima vero eius conjux eius-
 dem domus fundatrix egregia annos
 octo superuivens obiit anno domini
 M^o cccc^o 18. in crastino annunciationis do-
 minice Atque traiecit sibi reliquum
 vite sue post mortem mariti honeste
 sancteque egit in septentrionali parte
 chori ecclesie parochialis qua vulgo
 de Bueskerck dicitur inter altare sum-
 mum et ostium sacrificij reuerenter tu-
 mulata est Ad laudem Dei omnipo-
 tentis

tentis que eisdem pro bonis suis tempo-
ralibus abunde nobis collatis bona sua
incomprehensibilia et eterna retribuere dig-
netur. Amen

Eodem anno scilicet m^o ccc^o lxx^o in
die translationis sancti benedictionis expulsis
fuerunt quinterlingi numero x. exceptis
parvulis & mulieribus.

Eodem anno Domicellus Rejnaldus
junior frater de Vijanen impetrauit cal-
lide a Clemente vii. intruso papa sine
Apyonens coronato episcopatum traiecten-
sem, putans per validam conspiratio-
nem et potentiam amicorum suorum
violenter obtinere eundem episcopatum expel-
lendum Florentium verum episcopum
Qua re cognita Dominus de Vijanen fra-
ter ipsius volens sibi vindicare potenti
manu cepit decimas episcopii inferio-
ris locans easdem in castro de goey
et alia plura per ghad phad et ne-
phad

phas perpetrando ut sic violenter ad be-
neplacitum ipsum introduceret ad digni-
tatem episcopatus allegans ubique fra-
trem suum verum episcopum ex provisione
et confirmatione Clementis Pape
quod sibi benigne contulit patentibus bul-
lis et propterea tempore scismatis Cle-
menti adhaesit quod nullus ^(sic) vicinorum
Dominorum Ducum Comitum nec re-
gem preter regem Francorum

Contra vero Florentius licet vir gran-
dexius de re collecto militari robore hanc
iniuriam et contumeliam ulcisci omni-
bus modis statuens in Dominum de Vija-
nen venit que cum multo satellitio tra-
iecti ut confestim obsideret castrum
de goeij cum transieclanis quo viso
quidam de amicis Domini de Vijanen
ordinaverunt cum consulatione traiecten-
si si dictam in ecclesia ville Tuitfaes
pro concordia inter predictas partes fa-
cienda

cienda Ubi concordati per tale arbitri-
um prudenter fuerunt quatenus Dominus
de Vijanen cum fratre suo nunquam
contra auctoritatem et ordinationem do-
mini Urbani Pape nec contra dominum
Florentium episcopum traiectensem
aliquid attemptaret per se vel per alios
sine dolo et fraude insuper quod non
affectaret ad episcopium traiectense
quam diu idem episcopus superstes et
esset vite et quod de cetero semper ma-
neret fidelis vasallus territorii traiec-
tensis.

Eodem anno Gandavenses rebellantes op-
po fuerunt se Ludonico suo vero Domi-
no et comiti ex quibus damnaosa guerra
orta est inter eos, nam comes potentiali-
ter Gandavim obsedit sed parum pro-
fecit imo multos nobiles perdidit,
absque bello civili, et longo tempore
protacta est hec guerra

Fandem anno Domini M^o CCC^o LXXII^o in
sesto

festo inuentionis sancte crucis Gandau-
 enses venientes contra prefatum co-
 mitem preliabantur durum prelium
 in magno liuore committentes alte-
 rútrum magne depopulationis excidi-
 um in quo Gandauenses triumphaba-
 bant occisis infinitis gallicis et fla-
 mingis ex parte comitis sui. Ludou-
 cus vero comes cur satili equo viz salua
 vita euasit in Rijsele. Gandauen-
 ses vero fugientem persequentes exerci-
 tum potenter vicerunt. eodem tempore
 ciuitatem Brugensem yperent, Rijsele
 flusam, et omnem flandriam demp-
 tis Delremonde bieruliet et grevenin-
 ghen

Ludouicus igitur comes valde commotus
 super trophoe Gandauensium inui-
 tauit Regem Francie in adiutorium
 sibi qui veniens cum infinito exercitu
 indixit gandauensibus campestre bel-
 lum Gandauenses vero animate ex pri-
 mo

mo triumpho ordinatis aciebus
 venerunt cum tubis stridentibus, et sig-
 nis Irradiantibus ad prefatum bellum
 valde terribiliter qui In Inuicem In-
 ruentes pro corona victoria Laboriose
 preliabantur et cruentam stragem ea ut
 traque parte crudelissime commiserunt
 Denique post oblongum conflictum at-
 tritus est exercitus regis et comitis in
 occasione magnanimorum principum
 comitum baronum et nobilium cum plu-
 ribus alijs armigeris Lande Dignis...

Terre motus

Eodem anno scilicet 221^o die maij erat
 terremotus magnus In partibus In-
 ferioris almannie satis mirabilis quia
 In multis ciuitatibus et villis domus
 quedam sibi Inuicem configne accidit
 ut una mouebatur per terre motum
 altera non mota

Postremo Rex francie collectis vi-
 ribus totius gallie et comes expe-
 ditus

bitis preliatoribus multis ubique con-
 tractis Desuo gandavensibus indixerunt
 bellum. Contra vero gandavenses in Do-
 mino confisi et In potentia et mult-
 titudine suorum confidit ^{animati} ~~concessum~~
 animati In festo sancte Lucie In
 rosebeke eisdem occurrere strenue
 presumpserunt et mirabiliter succu-
 buerunt eo quod rex francie ut dici-
 tur cum vexillo sudarium Christi
 In bello habuit quod Gandavenses
 videntes retrorsum occiderunt Sed
 rex francie triumphator perpetuis
 temporibus plagatus Lunaticus et
 fere amens permansit Ceciderunt
 autem In eodem bello ex utraque
 parte ultra $XXII$ ^m virorum

Anno Domini M^o CCC^o LXXXV^o XV^a die men-
 sis Julii Idem rex francie ordi-
 navit Illustrissimum Wilhelmum
 primogenitum Alberti Ducis comi-
 tis Hollandie ^{ante} oppidum Dam In mi-
 litem

Anno

Anno Domini M^o CCC^o LXXXV^o. In festo
 Inventionis sancti Stephani Offa
 cuiusdam dicti mecn^l ~~Laffart~~ Loffart
 Lollart fuerunt combusta In traiecto
 apud su^mmum In alio atrio tan-
 quam heretici conuicti et cineres In
 fossa ciuitatis resperfi ultra XXV.
 annos ab obitu suo

Anno Domini M^o CCC^o LXXXVI^o fuit In
 oriente magna karistia, cuius anni
 notantur In illo versu psalmi re-
 pleti prius pro panibus se Lo-
 cauerunt et famelici saturati sunt
 Et habetur In psalmo Excultauit
 cor meum

Anno Domini M^o CCC^o LXXXVI^o. denun-
 ciatum fuit episcopo traiectensi quod
 Dominus Ghysbertus Dominus de Ap-
 cauda superiora Imperia et Tura
 habere voluit per totum suum Do-
 minium In Episcopatu traiectensi;
 Quare

Quare episcopus Ipsium traiecti vo-
 cavit citatione militari previsa ut
 sine prelatione dilatione Ipsum ac-
 cederet Qui veniens recognovit pu-
 blice episcopum traiectensem habere
 In omnibus Dominijs suis In ter-
 ritorio Traiectensi suprema Imperia
 siue Dominia Insuper campanam
 hostilem, qua exercitus congregatur
 citationes, pandationes, et cetera huius-
 modi suprema Imperia siue dominia
 concernentia Istud accidit In augusto
 In domo hiemali episcopi traiecten-
 sis In presentia multorum cano-
 nicorum, militum, et burgenfium.

Eodem anno XXI. die Septembris per
 amicabiles Internuntios Domi-
 nus Splinterus de Loenrefloet re-
 conciliatus est hoc modo episcopo
 quatenus Idem Dominus Splinte-
 rus daret episcopo pro suo excessu
 et forefacto VII^c florenos Insuper
 omnia

omnia In iuste ablata vel extorta ho-
minibus territorii traiectensis redderet
eisdem quod et fecit. Itemque quod
nunquam castrum suum firmaret
& maneret contra episcopum traiecten-
sem, Nec se opponeret traiectensi
et alia multa privilegia roborata si-
gillo suo. In quadam litera
desuper confecta

Anno Domini M^o CCC^o LXXXVII. altera die
sancti Gregorii martiris aggregatis va-
lentibus armigeris circum obsedit Mont-
foerd. Diva obsidione eo quod Burchgra-
vius Henricus suprema Imperia
et Dominia In Montfoerd In pre-
judicium episcopi sibi vendicasset Insuper
quod decimas ecclesiarum et predia
burgensium violenter sibipse In iuste
confiscasset Episcopus vero unam mag-
nam magenam ad castrum et oppidum In-
teritum erexit Tactantem onus xliii^o
ponderis

ponderis Item xvi. magnos bombardas
 ex quibus minemus ^{13^c} proiecit pondus
 exceptis paruis bombardis cum quibus
 horribiliter castrum Impegit oppidum
 Laccessit mansiones et domos multum
 conterendo Contra burchgravius omnibus
 necessarijs abunde premunitis fundibulis
 balistis et bombardis valde terribiliter
 sese defendens adversantem sibi cuneum
 lanciatum procul reppulit a castro
 et disturbavit Sed postquam episco-
 pus Idem castrum et oppidum xvi.
 septimanis In festando obsedisset Ecce
 supervenit Dominus Arnoldus de
 Hoern episcopus Leodienfis avun-
 culus uxoris predicti Heinrici burch-
 gravii, qui amicitiam pristinam re-
 formando Inter predictos hoc arbi-
 trium promulgavit quatenus epis-
 copus trajectensis futuris temporibus
 haberet summa Terra et Dominia
 In omnibus Dominijs Domini de
 Montfoerd

Montfoerd Locatis et contentis In
 territorio traiectensi sicuti In Domi-
 nio Domini de Apcaida et semper
 burchgravius de Montfoerd et sui suc-
 cessores manerent deinceps fideles vasal-
 li territorii traiectensis Insuper op-
 pidum et castrum de Montfoerd semper
 esset In arbitrio et potestate episcopi
 sed si contigerit Ipsum quarrare cum
 aliquibus Dominorum et requisierit
 habere oppidum et castrum quod statim
 burchgravius Intromitteret & resignaret
 episcopo predicta salvo Jure militari
 et alia multa privilegia Domini de
 Montfoerd episcopus sibi et successo-
 ribus suis extorquendo Impetravit
 que omnia certis pactis ^(sic) iurjurandi et
 scripturis valde roborata et munita fue-
 runt Per eundem burchgravium per Do-
 minum Arnoldum episcopum Leodien-
 sem, Per Dominum abbatem sancti
 Fridonis Leodiensis Diocesis et per de-
 cem alios precipuos consanguineos et ami-
 cos burchgravi.

Anno

Anno domini M^oCCC^o LXXXVIII. orta est
 guerra satis magna Inter Johannem
 Domicellum de arkel ex una parte et
 Dominos de Vijanen et de arnejda ex par-
 te altera cum Ipsorum complicibus
 que guerra Duravit multis annis
 et Domicellus pene predictos dominos
 fugavit extra Dominia Ipsorum de-
 vastatis et combustis omnibus villis do-
 miniorum prefatorum Denum sifurro-
 num exosa suggestio In tantum esse
 cit propter vaniloquia Vijanenfium, quod
 Otto Dominus de arkel diffidavit etiam
 prefatos Dominos de Vijanen et de
 arnejda qui que contrahens robusti totius
 potestatis sue milites stipendiarios
 eduxit robustos armigeros congregavit
 cum quibus castrum et munitionem
 de arnejda terribiliter et polenter obsedit
 et villam faviillatenus conflagrans
 diversis Ingenijs multum Laccessavit
 castrum Dominus Itaque de arnejda
 perpendens ~~fires sui~~ vires sui solius
 contra

contra tantum exercitum non posse
 sufficere fecerit ad civitatem traiecten-
 sem. Implorans auxilium sibi presta-
 ri contra Dominum de arkel eo quod
 bona sua de ameijda forent feodalia
 sancti martini Quapropter consilatus
 scripsit eidem Domino de arkel quate-
 nus dissolveret Illico obsidionem a
 castro et dominio de ameijda aliquin
 cum omnipotentia sua venirent et bel-
 lica manu Ipsum profigarent vel cri-
 entium bellum Instaurarent qua let-
 -tera Lecta Otto de arkel publice ait
 ambassiatibus civitatis Nunquam tam
 audaces et presumptuosi erunt ad obui-
 andum michi. habuit enim Loem Do-
 -mikus de arkel In certis deputatis per-
 sonis In obsidione ~~pro~~ prefata ultra
 xii ²² armigerorum Dominus Igitur
 de ameijda et Dominus de Vijanen viden-
 tes quod traiectenses nollent se opponere
 Domino de arkel accesserunt properanter
 ad Wilhelmum comitem oesterhandie
 primogenitum

primogenitum Ducis Alberti quatenus
 Ipse succurreret eis et Liberaret ab
 obsidione domini de arkel qui Turra-
 men manuale Ipsis ferre compromi-
 sit quantocius posset quod cum Do-
 minus de arkel didicisset respondit
 Bene ego expectabo eum hic. Et hoc
 erat primum seminarium mali et
 fomes malitie Inter domicellum To-
 hannem de arkel et Illustrissimum
 Wilhelmum comitem oesterlandie pos-
 tea Hollandie. venit Itaque Idem co-
 mes Wilhelmus ut prectatum est vi-
 densque tantam copiam preliatorum
 ordinavit treugas oblongas tali condi-
 tione quatenus Dominus de arnejda
 resignaret Idem castrum Domino
 de arkel cum omnibus suis Turibus
 et pertinentijs salvo hoc quod Do-
 minus de arkel concederet eidem
 domino de arnejda In promptis
 denarijs xvi^m. florenorum benensium
 et post biennium cum sibi redde-
 ret

et eandem pecuniam tunc Libere Do-
 minus de arnejda reciperet castrum
 suum cum omni Dominio suo quod
 et factum est **Quia** Tgitur exple-
 tis treugis In absentia Domini Ot-
 tonis et Domicelli de arkel gorinche-
 menses Intrarant cum multis ar-
 migeris Dominium de Vijanen vas-
 tando hostiliter cuncta que supererant
 occurrat eis Hejnricus Dominus de
 Vijanen cum fere tota potestate sua
 In Lakervelt cum ~~trebulis~~ tremulis
 bucinis et stridore tympanorum et
 ecce conferto prelio duro gorinchemen-
 = sibus passim occisis et captis a bello
 profugati sunt cum dedecore perpeffi
 peram Inobedientie sue quia contra vo-
 luntatem Domini sui Id confusibiliter
 attentaverunt In quo bello tot de gorin-
 chem capti permanferunt quod Domi-
 nus de Vijanen heres domini de arnej-
 da Libere redemit Inradiatum cas-
 trum de Arnejda

Anno Domini M^o CCC^o LXXXVIII^o obiit te
 Kenout In hannonia Wilhelmus
 Dux bavarie primogenitus Imperatri-
 cis margarete sepultus valencie Obijt
 quinta die aprilis

Anno Domini M^o CCC^o LXXXVIII^o denovo sur-
 rexit nova heresis rusticorum contra
 clerum Cuius anni notantur In Illo
 versu Et fecerunt vitulum In ore
 et adoraverunt scilptile Et habetur
 In psalmo Confitemini Domino
 quoniam bonus.

Eodem anno fuit quidam In Mont-
 foerd Johannes de Boemel dictus qui
 occidit burgensem traiectensem In Mont-
 foerd quem reum marscalcus epis-
 copi apprehendit extra Montfoerd et
 perduxit captum In traiectum ubi
 Iudicio consilium damnatus fuit ad
 mortem et decollatus

Civitas Gorinchemensis concremata.

Eodem anno felicit M^o CCC^o LXXXVIII^o. In ^{noc-} mon-
 te

te exaltationis sancte crucis per Incen-
dium proprium concremata fuit tota
ciuitas gorinchemensis, In qua In-
dicibile et Incredibile Damnum con-
tigit

Anno Domini M^o CCC^o LXXXVI. obiit Mar-
gareta ducissa uxor Alberti Ducis
quarta decima die ante carnisprimum
que sepulta est In boreali parte
capelle curie Haghenfis prope sum-
mum altare In tumba sumptuosa
valde

Anno domini M^o CCC^o LXXXIX^o. Johannes
Domicellus de arkel Dominus de
pirpont et terrarum mechlinie de
Haghesteijn et Haestrecht contra
voluntatem patris sui Domini de
arkel ordinatus fuit ad Instantiam
Ducis Alberti comitis Hollandie
rector Hollandie qui valde pacifice
aliquot annis rexit

Anno Domini M^o CCC^o LXXXIX^o. viii. die mar-
ti

tii circa mediam noctem obiit Dominus
 Arnoldus de Hoern episcopus Leodien-
 sis pridem traictensis In suo pa-
 latio ~~Le~~ Leodii Et translatum fuit
 corpus eius In hoerne In sepul-
 chro parentum suorum sepeliendum

Anno Domini M^o CCC^o XCII. In die sanc-
 te Petronelle est primus Lapis fun-
 damentalis de Domo carthusie In
 boreali parte ciuitatis traictensis
 per Dominum zwederum. Dominum
 de gaebeek et Apcauda quod clau-
 strum perpetentibus redditibus pri-
 uilegiavit dotauit et superedifica-
 uit consilio domini Tijmanni Grauw-
 west primi prioris eiusdem monas-
 terii.

Eodem anno uenerunt duo armigeri
 apud oppidum de Kenen et coege-
 runt bellica manu unum oppida-
 num de Kenen dictum Borre de
 plüderen^(sic)

plüderen^(See) ut fidem preberet Türe
 Turando prestito et dato ad compa-
 rendum ad certum Locum Tuxta
 beneplacitum Ipsorum Cuius fama
 protinus In Renen promulgata
 a pretereuntibus oppidani ad arma
 conclamantes Insequēbantur armati
 predictos graffatores valentes eos vio-
 lenter capere ac suum cooppeданum
 erüere a Turamento ~~coacta~~ coacte
 prestito Illi autem propere refu-
 giüm ceperunt super castrum horst
 quod eodem tempore Dominus de
 Vijanen habuit Inuadiatum pro
 certa summa pecunie et In posses-
 sionem Erat autem In eodem castro
 ex parte Domini Vijanen^(See) tunc unus
 capitaneus dictus Matheus mulaert
 qui predictos graffatores defendere
 haüt dirbitariit ac Renenses absque
 consolatione cum telis et armis a
 castro obegit Quapropter episcopus ex
 huiusmodi

huiusmodi presumptione plurimum
 Indignatus cum exercitu forti Idem
 castrum obsedit In profesto sancti
 Odulphi postulans habere secundum
 beneplacitum suum predictos ~~suos~~
 duos predones aut castrum Im-
 pugnare et Ipsos violenter abstra-
 here Sed castellanus predictus nul-
 lo pacto voluit eos reddere sibi sed
 potius eos defendere Tratus Ita
 episcopus presciens quod non erant
 plures super castrum quam qua-
 tuor viri et totidem mulieres pre-
 cepit ~~sine~~ sine dilatione machinas
 adaptari et castrum Impetiose de-
 bellari Quod videntes castrenses non
 premuniti belli necessarijs reddide-
 runt se sine belli strepitu gra-
 tie episcopi cum tali conditione
 quatenus castellanus prefatus reci-
 peret pecuniam suam expositam sine
 usuris et Damnis Et Illi duo gras-
 fatores

factores In gratiam transfirent episcopi ad Dictamen Iustitie territorii quod et factum est Et sic episcopus In festo natiuitatis sancti Iohannis baptiste recepit proprium suum castrum Et licet Illi Duo grassatores prius stricte carcerali custodia mancipabantur tamen caute recesserunt Liberati a prisione

Eodem anno In nocte festi sancti mauritii accidit prochdolor magnum malum In Hagha Nam Dux Albertus comes Hollandie licet hoerzenses nil nocuit tamen valde delexit partem cabbiuensem, et Illos valde exaltabat Ideoq³ hoerzenses allicientes precibus et seruitijs primogenitum Hollandie Wilhelmum videlicet comitem oesterlandie sine partis factorem firmiter astrinxerunt et capitaneum sine partis exaltarunt quapropter hoerzenses animati potentia

potentia Ipsius suscitauerunt pu-
 blice multa homicidia et magnas
 discordias Inuidentes prosperitati
 et felicitati aliorum Et quia Ipse
 Ita gratiose non tractabantur nec
 exaltabantur, suspicantes quod hoc
 suasisse Domicelli de arkel rectoris
 Hollandie ~~at~~ Domicelle Aleijdis de
 poelgeest amasie ducis Alberti ac-
 tum foret Ideoque quidam hoec=
 =zengeles ut dicitur armati vi et
 potentia Wilhelmi primogeniti Hol-
 landie superuenerunt armati In
 nocte sancte mauricii In Hagha
 et eam In palatio occiderunt cum
 Wilhelmum kaiser magistro curie
 Actores vero et complices cito fugam
 Inierunt utpote super castrum Al-
 tena prope woudrichem, Et Wilhelmus
 Dux In suscitandis de qua oc-
 cisione multa mala et Incom-
 moda veniebant In partibus
 Hollandie

Jacobus de Julia degradatus

Eodem anno et tempore In festo
 sancti hieronimi fuit degradatus
 magister Jacobus de Julia qui Tac-
 tabat se fore verum episcopum qua-
 tenus non fuerat fuit enim ordina-
 = rius suffraganeus Dioecesis traie-
 = tensis per venerabilem Dominum
 florentinum episcopum traiectensem
 atque aliquibus annis ordinavit conse-
 cravitque clericos Acolitos et omnes
 sacros ordines ministravit dedicando
 ecclesias cimiteria et cetera omnia
 que concernunt. administrationem
 episcopi Postea vero permissione
 divina In veritate comperitum est
 quod non esset verus episcopus et
 quod bulla sua foret falsa Quia-
 propter multi presbiteri et clerici
 In sacris ordinati hoc percipientes
 refutato et proposito sacerdotio dixe-
 runt uxores et permanserunt se-
 culares. Alii vero ~~voluit~~ melius con-
 sulti reordinabantur per alium ve-
 rum

rum catholicum episcopum consensu
 Domini episcopi traiectensis. Igitur
 auctoritate et mandato apostolice Idem
 Dominus florentinus episcopus tra-
 iectensis convocatis septem alijs epis-
 copis In civitate traiectensi Ipsum
 captum ab episcopali dignitate et of-
 ficio pontificali per censuram ecclesiast-
 ticam degradari tali subsequenti ordi-
 ne procuravit. Primo enim Indue-
 runt eum omnibus ornamentis pon-
 tificalibus et mediante Justitia pu-
 blice denudaverunt eum eisdem Pri-
 mo baculum pastoralem per senten-
 tiam pontificiam de manibus cepserunt
 Deinde mitra et ~~nacte~~ ^{nacto} ^(sic) privarunt
 eum tunc deposuerunt casulam stolam
 manipulam balthum albam novissimam
 me amictam Quo facto deaserunt si-
 bi crines capitis sui et disceperunt
 cum vitreo aspero. Infrumento carnes
 capitis sui In eo loco quo karisma-
 ta sacra Inuncta fuerant Deinde
 auctoritate et finali sententia pontifi-
 cum

cum abscidebantur digiti priores ma-
 num Ipsius Nouissime Ipsius
 Ipsum indutum Vestibus secularibus
 discoloratis tradiderunt brachio et
 Iudicio et consilium civitatis traiec-
 tens Qui Ipsum Iudicantes ve-
 rum mortis condemnauerunt mediante
 sententia et Iustitia bulliendum In
 feruente aqua Cum ergo miserabiliter
 In cacabo feruentis aque sederet deple-
 rando calamitatem suam petijt ex gra-
 tia abstrahi ne tali horribili genere
 mortis deperiret ne a salubri propo-
 sito patientie declinaret Quapropter
 precibus et Instantijs pontificum
 extractis multis. propter nimiam suam
 patientiam gementibus decapitatus sepul-
 tus fuit In eximterio ecclesie sanc-
 ti Jacobi In traiecto.

Anno Domini M^o CCC^o XCIII. In die sanc-
 te Lucie virginis obiit Wilhelmus Dux
 Tuliensis et pater Wilhelmi et Reij-
 naldi

naldi Ducum Ghelrie et etiam pater
 Marie uxoris Johannis Domini de ar-
 kel

Florentius Episcopus Traiectensis mortuus.

Anno Domini M^o CCC^o XCIII. In festo sanc-
 ti Ambrosii 2^o nonas aprilis que erat
 parasceue Domini eo tempore. Et ea
 hora qua In ecclesia circa horam no-
 nam divinum officium celebrabatur re-
 quiescit In Domino venerabilis Do-
 minus et pater florentius episcopus
 traiectensis In terra transjcelana In
 oppido de hardenberch postquam E-
 piscopatum traiectensem sapienter et egre-
 gie XCIII. annis et quinque mensibus
 regisset quem In Introitu suo ut
 dictum est pauperrimum Invenit
 sed superabundantem In multis di-
 citijs suis posteris dereliquit quam
 quam omnes vasalli territorii inimi-
 cabantur sibi ut pretactum est. Et
 translatus fuit ab hardenberch ad
 civitatem traiectensem Ibi que sepultus re-
 quiescit

quiescit ante summum altare In
 ecclesia cathedrali cum magno iuratu
 et fletu suorum amicorum Dum
 is venerandus pontifex In Lecto ex-
 treme egritudinis egrotando deumberet
 conuenerunt consanguinei et amici
 ac seruitores familiaresque expeten-
 tes Dignam remunerationem ab eo
 pro familiaritate et consanguinitate
 ut meliorati et ditati vigore et gloria
 dignitatis sue forent ad perpetuam
 amicorum suorum memoriam quibus
 pie et benigne respondit filioli
 et amici mei karissimi quicquid deme-
 ruiſtis ultra condignum gratan-
 ter perfolui Insuper salua consuetudine
 mea quicquid ditando facti vobis et
 unicuique vestrum Largitus sum
 sum charitatiue quibus parum abiec-
 tis vocauit executores testamenti
 sui coram quibus quicquid aliquibus
 debebat et non perfoluisset
 ordinauit sane mentis quibus red-
 ditibus

ditibus perfoliū debebantur Et red-
 catis amicis ait Ecce carissimi, om-
 nia ordinari pro salute anime
 mee que ordinare et disponere ex Epi-
 scopatu traiectensi poteram et siquid
 super est ex redditibus episcopi
 et mihi ex parte Sancti mar-
 tini provenire possunt relinquere
 proposui libere successori meo et
 sic In Christo quiescere Sicque va-
 ledictis suis amicis et consanguineis
 Tussit eos abire et ad propria tende-
 re et nullo modo perseverare In
 aliquo castro territorii precipiens Le-
 gatione Literarum omnibus suis cas-
 tellanis ne quovis modo aliquem
 suorum amicorum admitterent de
 cetero Intrare castra ne aliquod
 Damnum vel disturbium attentarent
 post decessum suum Misitque Everardum
 de Egen super castrum horst ut Illud
 diligenter custodiret usque ad adventum
 futuri episcopi successoris sui Simi-
 liter misit Henricum suum ad
 adventum
 tuendum

~~aduentum~~ tuendum castrum de rollenho
 et sic deinceps ad singulos castellanios
 omnium castrorum etmunitionam ter=
 ritorii traiectensis scripsit ut amicos se=
 cluderent ab eisdem

Is venerabilis pontifex gessit multa
 bona In territorio traiectensi. Edifica=
 uit enim Lapidium castrum In har=
 denbergh cum una magna forti turri
 atque cum regali dormitorio Insuper sta=
 bilium unum ¹⁴⁵ equorum In eodem
 castro construxit Item que oppidum
 hardenbergh muris Lapidis cinxit et
 compleuit Et breuiter omnia castra ter=
 ritorii traiectensis trans ijcelam Pre=
 cipue Houtenbergh horst Vredelant cas=
 trum Embrügge valde egregie restau=
 rauit quia In multis annis nemo
 episcoporum ruinas et disiectas turres
 vel quassatas reparauit. Insuper mag=
 nificus Iste presul reliquit successori
 suo omnia castra per totum territorium
 Libera et referta omnibus victualibus
 ceterisque requisitis necessarijs In cas=
 tris

tris Similiter omnes villicationes Liberab absque usuris et territorium In summa pace feliciter reliquit

Sepulto Florentio de werelichouen episcopo ut dictum est conuenerunt post hoc xviii. die traiceti magnifici et Illustriissimi Ducis Albertus Dux bavarie comes Hollandie Wilhelmus Dux Tulie et Ghelrie supplicantes capitularibus quatenus eligere dignarentur unum novum pastorem Sed hij duo principales vasalli et potentes principes non conuenerunt In unum episcopum eligendum quod sic non decuit quia Wilhelmus Dux Tulie et Ghelrie habuit In uxorem filiam Ducis Alberti bavarie comitis Hollandie quique Infirmul statuto die venientes In domo Capitulari Domini solemniter abant, quibus eorum prior peteret et postularet quem vellet habere In episcopum tandem post multas honestates hinc Inde exhibitas dixit reuerenter Imperterritus

tus princeps Wilhelmus Dux Tūlic
 et Ghelrie quatenus Dux Albertus
 Dux bavarie prius petitionem suam
 Capitularibus intimaret quod hoc sic de-
 ceret tum quia Dux natus et filius
 Imperatoris romanorum esset tum
 quia Ipse filiam suam habuit In
 uxorem tum quia Senior etate esset
 Sicque Dux Albertus postulavit Do-
 minum rogerum de Bronc-
 horst thesaurarium coloniensem In
 colonien episcopum promovendi Cuius
 postulatione reverenter audita et
 gratanter acceptata requisierunt a Do-
 mino Wilhelmo Duce prefato quem Ip-
 se In episcopum postularet quibus
 In presentia omnium etiam Ducis
 Alberti ait Supplicante nolimus, sed
 volumus ut eligatis nepotem meum
 Dominum Fredericum de Blanckenhem
 episcopum argenti^{ne} et sem, et erimus
 gratia Ipsius vobis omnibus precipue
 territorio traiectensi fidelis et pacifi-
 cus vicinus omnibus diebus vite nostre.

Capitulares vero ~~auditis~~ ^{auditis} postulati-
 onibus Illorum Duorum Illustri-
 um principum sed ex parte postulato-
 rum divisi multi anxiosi et perplexi
 supplicaverunt benigne prefatis prin-
 cipibus quatenus In unum concordarent
 eligendum et Ipsi grater annuerent
 petitionibus Ipsorum Sed quia
 discrepabant et In unum concordari
 volebant prefati principes Ideoque mag-
 na discordia et diversitas In electione
 Capitularium contigit Nam maior pars
 Capitularium numero LV. elegerunt con-
 corditer ad Instantiam Wilhelmi Ju-
 liaensis Fredericum de Blanckenhem
 Minor vero pars numero XXVII. elege-
 runt ad requestum Alberti Ducis ro-
 gerum de Bronchorst Statimque
 uterque misit solemnes nuncios ad ci-
 riam romanam pro confirmatione
 sui postulati Demum Fredericus de
 Blanckenhem per maiores voces elec-
 tus per Bonifacium papam In eij-
 dem Episcopatus trajectensis confirma-
 tionem obtinuit

Claustrum Carthusia in Amsterdam fundatur.

Eodem

Eodem anno scilicet M^o CCC^o XLIII^o. fundabatur clau-
strum chartuſienſium et monialium In
Amſterdam Et clauſtrum regularium
In Friſia apud hoern.

Eodem anno electione predicta celebrata
et ad Dominum Apoſtolicum pro con-
firmatione miſſa.

Interea Dum hec agerentur apud tra-
iectum ecce magna diſcordia In Hol-
landia ſuborta eſt Nam venit Con-
rardus Kuſer cum amicis ſuis petens
Juſtitiam et eque rectum Iudicium
a Domino Duce Alberto fieri quod
filius ſuus Wilhelmus Kuſer miſe-
rabiliter In palatio ſuo et In ſerui-
tio ſuo cum Domicella Aleijda de Poel-
gheeft nocturno tempore occiſus fuit
In cuius nece et homicidio aggravando
accuſavit factores et confiliatores atque
complices numero LIII. ſcilicet Philippum
Burchgravium de Leijdis Dominum
Theodoricum de aſſeren cum filio ſuo
Duos

Duos Juniores fratres de Lecca Heij-
 ricum burchgravium de Montfoerd Do-
 minum Johannem de Heemsteden et
 alios omnes precipuos de parte hoo-
 =zensum: Quapropter magnificus Dux
 In palatio pro tribunali sedens dictan-
 te sententia Legali per proceres patrie
 Lata citatos et accusatos et non com-
 parentes dijudicabantur tanquam reos
 deicet priuandas corporibus et tempo-
 ralibus bonis E contra Wilhelmus co-
 mes oesterlandie futurus comes Hol-
 landie diligens partem Illam ani-
 mavit eos omnes, ut dicitur contra
 patrem suum Fulminataque Itaque sen-
 tentia proscripsit. Idem Dux omnes
 deictos ab Hollandia Zelandia et Fri-
 sia deicastatis bonis eorum. Tratus de-
 nique et commotus super huiusmodi o-
 diofa sententia Lata venit cum In-
 dignatione maxima cum suis com-
 plicibus In Flagha ante curiam
 patris sui paripendens sententiam
 Latam Quod Dux animadvertens furore
 nimio

nimio repletis armatis est et stipatus
 multo milite precepit omnibus sub
 pena capitalis sententiae ut eum com-
 mitantur ad capiendum predictos
 delictos homicidas Wilhelmus vero hec
 per fideles praeficiens fratri patris Lo-
 cum dandi cessit sibi circummuniens
 se undique In quadam magna et forte
 Domo In eadem villa quam Do-
 mum confestim Albertus Dux obse-
 dit strictissima obsidione volens cum
 cum omnibus suis complicibus occidere
 Interea aduenientibus Lejdenensibus et
 Delfensibus ea nimio furore Albertus
 Dux iussit applicari ligna cessites
 et omnem materiam combustibilem
 ante ostium camere et ante fenestras
 volens cum cum omnibus In eadem
 comburere Et cum nullus procerum
 vel civitatum Ipsum compescere ab
 Inchoato proposito potuisset et torto-
 res tarde valde apportarant ligna ex
 Instigatione nobilium, sperantium
 mitigare Tram principis ecce superue-
 nit

nit Inopinate In Hagha Johannes
 de Arkel rector Hollandie quod ani-
 maduertens Wilhelmus comes mil-
 tum perplexus celeriter misit quendam
 forensium sibi fidelem et sue partis
 factorem ad eundem Domicellum de
 arkel humillime supplicando quatenus
 Ipse moderamine suo liberaret etiam
 cum suis ab imminente periculo Ipse
 Imperpetuum ^(Sic) regratiaretur sibi obli-
 gans se ad talionem Et quia non
 erat vera amicitia Inter Wilhelmum
 Hollandie et Johannem de Arkel
 Ideoque Traiuit et sigillis cum omni-
 bus suis precipuis quendam literam
 roborare promisit numquam contra
 eum quicquam agere Tgitur Johan-
 nes de Arkel multum Laboris ex-
 pendens Iustitit ut decuit apud
 Ducem de compositione pacis ad libe-
 randum Illustrem Wilhelmum Hol-
 landie cum suis Sed Dux su tan-
 quam assis surda neminem exaudiens
 exaudiens Iustit Ignem applicari
 ad

ad fores ut conflagraret omnes sper-
 nens preces domicelli de arkel Sed
 cum Idem Domicellus de arkel vi et
 minis cohibuisset ministris ^(sic) et torto-
 ribus ab Inchoatione Incendii
 Ipse Dux tanquam furibundus per
 se apposuit Ignem volens contra
 phas nature filium Interimere Econ-
 tra vero Inclitus Domicellus de ar-
 kel In tantum pro Illis Illis
 flexis genibus cum suis se humilia-
 vit ad pedes Ducis quod Dux flexus
 humilitate tanti viri distulit de In-
 choato Incendio elevans Johannem
 de Arkel cum Indignatione maxima
 atque coram omnibus dixit Predilec-
 te nepos Tam fecisti factum quod
 erit ad perniciem et destitutionem
 perpetuam tibi et successoribus tuis
 quia nunquam de cetero tibi et tuis
 faciet bonum Et hijs dictis et ple-
 risque similibus talibus verbis
 accessit Trato animo ad palatium
 Wilhelmum Itaque Hollandie cum
 suis

suus fugiens confestim ex Hagha recepit se cum suis super castrum Altona.

Anno Domini M^oCCC^o XLIII. Albertus Dux Duxit In uxorem Margaretam sororem primi Ducis Clivensis sed nullam ex eo suscepit sobolem

Item anno Domini M^oCCC^o XLIII. fundatum est claustrum ordinis cisterciensis In nono oppido Ysselsteijnsensi.

Interea magnificus presul Fredericus de Blakenhem confirmatione trajectensis Episcopatus In curia romana obtenta venit cum perpulchra comitiva baronum et militum In traiecta ibi more solito cathedralis est hic Episcopalia castra plene referta cunctis necessarijs adveniens, que providentia predecessoris sui contra circumstantes hostes sagacissime preminuit

Item anno Domini M^oCCC^o XLV. Fredericus episcopus

episcopus trajectensis obsedit castrum
 et oppidum Loerorden situm In Dren-
 thia quod et cepit et vicit et anno se-
 quentis cepit castrum Rijnensteijn In
 Dominio de arkel et funditus destrux-
 it et multos milites Innobiles In co-
 cepit

Igitur cum Illustrissimus Wilhelmus
 comes de sterandia se recepisset cum
 suis In castro Altena statimque su-
 sironum exosa suggestio et ut dicitur
 domicelli de arkel ceterorumque cabbe-
 lia venfium seminavit, et resuscit-
 -avit Invidie zelum Inter patrem
 et filium, ut Dux Albertus volens cum
 cum suis proscriptis et tota Hollandia
 Zelandia et Frisia ^(See) quadruplicem exer-
 citum fortem nimis cum quo ascen-
 dens in meridiam navigio devenit In
 oppido de gorinchem altera die sancto-
 rum apostolorum Petri et Pauli quem
 reverenter recepit Otto Dominus de
 arkel miles egregius qui valde Instetit
 ne filium suum eliminaret quia In-
 mo

mo futurus comes fieret Hollandie
 Jure naturali. Sed cum nulla verba
 pacis ab aliqua audire dignaretur secessit
 altera die versus woerdrichem et abinde
 obsedit strictissima obsidione castrum
 Altena quod castrum Idem magnificus
 Dux pridem cepit a Domino de hoern
 propter certas causas conferens Illud
 Wilhelmo prefato primogenito suo. Wil-
 helmus vero In adventu Ducis pa-
 tris sui fugiens sed armis et mili-
 tibus et quibuscumque necessarijs proae-
 muniens Idem castrum recepit se nunc
^{in Buspoducis nunc}
 In Breda et quia castrenses volebant
 reddere Duci castrum Ideoque caf-
 trametatus est armato satellitio per-
 girum castrum quassando cotidianis
 Impugnacionibus cum bombardis et
 fundibulis Idem castrum Interea
 Dum Dux Albertus castrum de Al-
 tena dire obsedisset Domicellus Johan-
 nes de arkel auctoritate et precepto
 Alberti Ducis comitis Hollandie con-
 fregit tamquam rector Hollandie
 et

et destruxit castra et munitiones domusque
 hoozenzium In terra Allena repug-
 nante maxime patre suo Domino Ottone
 de arkel viro grandaio. Contra castren-
 ses milites strennii In confusione
 omnium circumiacentium extenderunt
 vexillum Illustris principis Wilhel-
 mi Hollandie qui futurus princeps
 et Dominus omnium Ibidem existen-
 tium fieret super altissimam turrim
 ut agnoscere possent eum esse filium
 Illius cuius potestas eum propeudor
 obsedit

Quapropter Illustris Johannes baiu-
 ric electus Leodien sis filius Junior
 Hollandie frater Wilhelmi comitis
 venit dolens cum consulatu suo et cum
 consulatu hannouensi, et cum
 consulatu omnium ciuitatum Hol-
 landie qui multum tristabantur de
 prefata guerra patris contra filium
 et icontra qui multum laboris ex-
 plentes Loquentes que ad pacem sunt
 parum profecerunt

Illustris

Illuſtris denique Wilhelmus Hollandie,
 audiens amicorum et complicitum ſuo-
 rum habitacula per Domicellum de ar-
 kel diruta et diſiecta valde Infre-
 munt pre Tra atque maxima
 rancoris malitia et malitia et Im-
 placabilis Inimicitia exinde orta eſt
 Inter eundem metuendum principem
 Wilhelmum Hollandie & In Inter
 potentem Johannem Domicellum de
 arkel. Demum per prefatos Inclitum
 Dominum Johannem bauarenſem
 electum Leodienſem atq; conſulatum
 hannonie et Hollandie per Inter pre-
 dictas partes reformata fuit tali con-
 ditione quatenus caſtrenſes redderunt
 domino Duci patri Idem caſtrum et
 Ipſi ſalua vita Liberi et ſecuri ten-
 derent ad uſum ducis quorſum tunc
 temporis Wilhelmus comes ueſterlandie
 reſidebat demptis Illis qui Inter-
 fuerunt homicidio Domicelle de poel-
 geeſt qui ante obſidionem receſſerunt
 Quodque ſic factum eſt In feſto
 ſancte margarete virginis

Anno Domini m^o cc^o. xciii. In Julio adeptum que castrum demptis diabulis maioribus turribus Idem dux confregit et destruxit Et quia Idem Wilhelmus suos secundum propositum suum exaltare nequibat Ideoque Irato animo secessit versus Franciam cum suis principalibus

Wilhelmus dux comes aesternandie de uicto castro de Altena perrexit cum suis complicibus parisiis apud regem francorum anno xciiii. qui rex Ipsum regaliter recepit et multos honores exhibens et amicitiam sibi dedit ei filiam suam In uxorem mediante quo matrimonio et Informatione regis aequaliter placatus Albertus dux remissius egit quam prius cum filio suo

Albertus vero dux destructo castro de Altena victorioso et dolorose redijt ad Hollandiam Qui postquam nobilissima Dicissa margareta de brigha obiisset sepulta que fuisset In Flagha
In

816
In palatia In tumba valde sumptuo-
sa ante borealem partem summi altaris
duxit denique In uxorem margare-
tam filiam comitis Clidenfis et
qua nullam suscepit prolem que sepul-
ta consimiliter In Hagha quiescit
In conventu fratrum predicatorum etc
am In boreali parte summi altaris
In tumba mirifice elaborata

Anno domini M^o CCC^o LXX^o In die epi-
phanie dum Illustrissimus Wilhelmus
Hollandie comes aetherandie sederet
ad mensam cum rege francie et alijs
multis principibus Venit quidam
senior honoris ^(sic) scindens mensale In
duas partes ante comitem Wilhel-
mum Hollandie dicens non decere
principum sedere ad mensam regis
qui non haberet arma quia arma
sua ex parte proavunculi sui man-
serint In orientali Frisia ubi Wil-
helmus comes Hollandie succubuit
quare Wilhelmus multum confusus
prandio facto salutatoque rege secessit

sit versus hannoniā Nec mora
 quin et Idem Wilhelmus adhuc
 metuens venire ad patris sui presen-
 -tiam scripsit patri suo dūci omnia
 quae sibi contigerant In curia et
 mensa regis francie Quinimo quan-
 tum potuit humillime supplicavit
 veniam de commissis ammonens ut
 tale opprobrium et vitium tolleret
 de genere suo Quod audiens dūca
 omnem rancorem Invidie postpo-
 -nens Licet miles proëcte etatis
 fuerat ait De cetero filiis meis num-
 quam Improperabitur quia perso-
 -naliter extorquiam vi et armis a
 frisonibus arma sua Statimque
 per amicabilem pacis Interloquium
 omne malum Litis Inter patrem
 et filium ad bonum pacis recon-
 -filiatum est Et Wilhelmus Hollan-
 die comes oestersandie cum suis
 ad Hollandiam ut merito decuit
 cum gloria et gaudio rediit

Tigitur anno Domini M^occc^o xcv^o mag-
 nificus

nificius dux Albertus ubique ex Fran-
cia anglia ^(Su) ea fazonia Immenfium
colligens exercitum decrevit Illico de-
bellare orientalem Frisiam sed Illa
estate non poterat propter In-
temperiem maximam ventorum et
Imbrium pluuiarum quare mult-
tis valedictis multisque secum de-
tentis distulit usque ad proximum
annum futurum

Item anno Domini M^o CCC^o XCVI^o In men-
se Septembri Wilhelmus dux Julie
et Ghelvie manu potenti obsessit cas-
trum Sconevoerst apud aquisgrani quod
cepit et obtinuit Corruit tamen ex par-
te Ipsius nobilis Domicellus Johan-
nes de Hoenseler qui Lapide funde ne-
catus fuit

Item anno Domini M^o CCC^o XCVI^o In festo
Petronelle virginis Adolphus comes
Clivensis captivavit In bello ducem
montensem et Reynaldum Juliacen-
sem et plures nobiles quibus exactionibus
gazam Inestimabilem sibi acquisivit et
oppidum Embrick a Reynaldo futuro
duce

dūce Ghelvie Et oppidūm. kēijser swer-
de cum sūis attinentijs a dūce montensi.

Anno Domini M^o CCC^o XCVI. altera februa-
die annūciationis virginis Marie quē
fuit profectum pasche obiit Illūstris
Otto Dominus de arkel de pierpont etc.
sepultus In oppido de gorinchem In
sepulchro patrum suorum Cui successit
Johannes Dominus de arkel domicellus
de arkel unigenitus filius qui
habuit In uxorem Illūstrissimam
virginem nomine Mariam filiam
Illūstris principis Wilhelmi dūcis
Tulie Cuius fratres erant Wilhelmus
et Reynaldus Dūces Tulie et Ghelvie
Eos quia genuit Mariam primogenitam
quam sponte desponsante desponsavit Ig-
norante patre Dominus de Egmonda
Ea quia Idem Dominus de egmonda
genuit Arnoldum succedentem ducem
Ghelvie et Wilhelmum Dominum de
egmonda et Ysselsteijn et terrarum
machliērie etc.

Insuper Idem Domicellus Johannes
de Arkel genuit ex Illūstrissima Ma-
ria

ria Tuliacensi Wilhelmum Domicellum
 de arkel postmodum In bello gorin-
 chemensi occisum et patebit. Que
 et Domina de arkel Maria de Tulia uxor
 Johannis Domini de arkel obiit anno
 domini m^o ccc^o xcliiii. In oppido de gorin-
 chem In eo Loco ubi nunc est capella
 et ecclesia conuentus sororum ordinis
 sancti francisci sepulta In eodem
 oppido In tumba dominorum de arkel
 In summa ecclesia Sed mortuo Il-
 lūstri Domine Ottone Domino de arkel
 exequijs celebratis Johannes filius suus
 parum vel nichil paternum perpetrans
 quia homo superbus et In^{m m i t} ~~m m i t~~ feri-
 corū fuit deum nec homines verens
 propriam matrem Illūstrem Elisa-
 beth filiam ducis Tjboni Ducis
 barenfis et Lotringie seclūsit et a
 castro et Dominio de arkel que tan-
 dem post multas molestias a proprio
 filio contra phas nature perpeffas
 necessitate compulsa equitavit cum ali-
 quibus equitibus versus Ducatum pa-
 ternum de baer et Lotringie que cum
 nec

nec *T* ibidem de pierpont castrum *I*n-
trare permiffa *I*ntrant dolens confilio
fuorum amicorum mutato habitu pofitifque
*I*nfidijs fub forma mulieris Leprofe
prefidium *I*ntrans viriliter reiectis ves-
tibus potem viriliter occupavit atque tan-
dem castrum obtinuit cum omni *D*omi-
nio eiusdem que et *T* ibidem obiit anno
*D*omini *M*.^o *cccc*.^o *vi*.^o fepulta cum *D*uce
*T*ijbando patre fuo

Anno domini *M*.^o *ccc*.^o *xcvi*.^o circa feftum
fanti *T*acobi epifcopus cum civitate
traiectenfi obfedit castrum de *A*inen-
fteyn *I*n dominio de *A*rkel quod vic-
tum funditus destruxerunt

Eodem anno felicet *M*.^o *ccc*.^o *xcvi*.^o *A*lbertus
*D*ux bavarie comes hannonie *H*ollandie
die recollectis *I*mmenfis preliatori-
bus ex multis nationibus ut supra
dictum est sine mora decrevit de-
bellare orientalem *F*riſiam *C*ui *I*n
auxilium *T*ohannes *D*ominus de *A*rkel
rector *H*ollandie venit cum multis ba-
ronibus multisque militibus & domi-
cellis.

cellis nobilibusque cum xxxvi ro-
 bustis armigeris videlicet cum Domino
 de hokelem cum domino de asperen cum
 domino de Ackoij cum domino de Leijen-
 berch qui omnes fuerunt de fan-
 guine et armis suis cum domino de
 Werdendorch cum domino de Dron-
 ghelen et cum Lxxii. alijs militibus
 et octo domicellis qui Insimul Lxxx
 fuerunt de sanguine et armis suis
 qui omnes convenientes nauigio ve-
 nerunt ^{apud} ~~Kuyne~~ Kuyne In orientali
 Frisia habuit namque tot naues
 Idem Dux quod fere textit mare na-
 uibus et vulgabatur quod nisi ha-
 buisset ex qualibet nauu nisi tres
 armigeros suffecisset totam Frisiam
 subiugare cum eisdem Cum ergo
 venisset cum ^(sic) classi ad terram de Kuy-
 ne magnum exercitum frisonum obui-
 um habuit qui eisdem principibus
 cum aciebus fortissimis cum bu-
 cenis frementibus et tubis stridun-
 tis animose occurrere presumebant
 quos cum Impetu Hollandienses
 principes

principes cruentissime necaverunt Deinde
 ceteri apud monasterium sancti Odul-
 phi nauigio venientes ecce Innūme-
 rabilis multitudo frisonum Ibidem
 congregatus ^(See) debellare decreuerat adhen-
 tantes quos ^{cum} Hollandorini vidissent ex-
 spectatis Telandrinis armipotenter In
 signis varijs et vexillis rutilis cum
 domino de arkel & suis occurrere belli-
 cose Commissoque prelio magno In
 grandi friones terga vertentes a pre-
 lio profugati sunt, et ex magna
 parte confestim occisi Post eum
 trophæum Dux Albertus valde ani-
 matus et deo ^{gratias pro} triumpho adepto agens
 expectabat friones per decem dies
 positis tabernaculis et tentarijs In
 pratibus Iuxta ^(See) stauram stauerem Dum
 Itaque nullus frisonum comparuisset
 ordinato In stauerem fortalicio gran-
 di premunito armis et militibus
 suis propter refugium Idem Dux
 cum exercitibus tripartito accessit cum
 vexillis fulgurantibus et tubis stri-
 dentibus ad Interiora loca orientalis
 frise

Frige Irruit que super omnes tibi
 sibi aduersantes quos tamen cum
 triumphali gladio ditioni suo sine
 subegit de quibus pro suo benepla-
 cito singillatim accepit obsides

Post hoc autem anglici In unum
 conglomerati una dierum cum mul-
 tis armigeris ad duo miliaria ab exer-
 citu Ducis secesserunt ut In vir-
 tute magna forenses villas passim
 Impugnarent qui cum Innumera-
 biles pagos vastando Incendissent
 magnam que predam multimode fa-
 cultatis secum gloriosius apportare
 decreuissent ecce frisones Infortu-
 num domorum suarum cetera-
 rumque suppellectilium parumpenden-
 tes Ipsis cum clauatis Lanceis
 et preacutis venabilis potenter oc-
 cursare presumpserunt quos anglici
 viriliter animati sagittis horribili-
 bus abegerunt atque multos eorum
 sauciatos trucidauerunt Sed crescen-
 te de momento In momentum tu-
 ba

ba frisonum anglici Laude digni se-
 se In paruo presidio defenfarunt,
 et frisینگensem exercitum propule-
 runt famam quorum et anxietatem
 cum dux didicisset In stetit quatenus
 civitates Hollandie eis succurrere
 vellent volebant nisi magnifica
 potestas sua corporalis prece-
 deret statimque supplicavit delfensibus ut
 Ipsi anglicos In tanto periculo
 constitutos Intuitu Ipsius ^(Sec) vellent
 Cui Delfenses Illustrissime princeps
 nos olim vastati per vos sumus at-
 men pro honore vestro Liberabimus
 eos vel omnes occidemur Pergentes
 Itaque delfenses cum vexillo civitatis ve-
 nerunt forti armatorum manu ad pre-
 dictum Locum ubi In clangore tibia-
 rum delfenses In una parte angli-
 ci In stridore tympanorum ex alia
 parte frisonibus duriter obviarunt
 et ecce crudele bellum In horruit
 In cuius congressu protinus cum
 Impetu trucidatis trecentis frisonibus
 et amplius ceteri a prelio profugati
 sunt.

sunt Putabant enim frisones totum
 exercitum subito super eos Irriuisse
 et Ideo territi In fugam prolapsi
 sunt Sic delfenses cum anglicis In
 pinatam victoriam adepti cum thesauro
 copioso et spolio cum honore redierunt
 ad Ducem Deinde Delfenses cum an-
 glicis et multis alijs militibus sti-
 pati Intrauerunt ulteriorem Fri-
 siam Igne et ferro Longe terram
 vastando atque frisones profugando
 et expellendo veluti fumum ventus
 expellit Quod dux audiens ait Mal-
 lem potius Hollandiam pro una
 parte vastari quam amicos meos fi-
 delissimos delfenses periclitari Quod
 ceterae civitates Hollandiae egre sumen-
 tes nolebant amplius militare priva-
 te.

Demum Idem Dux predictos orien-
 tales frisones guerris prelijsque ni-
 miùm fatigatos gratiam suam ^{querere} guerrae
 coartavit atque hijs pressuris ad
 deditionem coactos firmam obedientiam
 homagiumque prestare certis pactis Tur-
 Turant

Turandi et scriptis ^(See) valide roboratis
coegit

Hijs Igitur peractis Idem gloriosus
Dux Albertus destinatum militem
cum plerisque armigeris ad monaste-
rium flouidi campi qui Wilhelmum
quondam comitem Hollandie abhinc
assportauit ad Albertum ducem qui-
bus Ita gestis Idem cum officibus anu-
cili sui prescripti ad Hollandie
comitatum cum triumpho Landis
reuersus est Et corpus anuiculi sui
sepeliuit honore congruo In han-
nonia In urbe valiscenorum

Anno domini M^o CCC^o XCVII. ^{circa} in diem Teju-
nie Albertus Dux et comes Hollandie
obseffit castrum Loenensteijn et obtinuit
nocte parasceves Domini

Item anno Domini M^o CCC^o XCVIII. Inchoa-
tum est claustrum sanctimonialem
ordinis beati dominici In Wyck
prope Duersteden et postea anno M^o CCC^o I^o
Ipso die ascensionis Domini conse-
crata est ecclesia et claustrum a reue-
rendo

rendo ~~patre~~ Alberto Schenck. Et
 officio peracto moniales sunt Ibidem
 Incluse

Post reditum denique principum friso-
 nel denio Infecta fide rebellare decre-
 runt occidendo vel profugando cunctos
 extra munitionem staieren venientes.

Quapropter anno domini M^oCC^oXXIII. In-
 clitus Wilhelmus Hollandie valen-
 tes armigeros aggregans milites stipen-
 diarios educens armipotenter cum tubis
 frementibus et vexillis Irradianti-
 bus Frisiam orientalem Intrauit
 staieren strictissima obsidione per ma-
 re et terram circumvallavit et terribi-
 liter quassavit quod cum armipotenter
 cepisset et Intraffet univ^orsus Frise
 populus Ibidem aduenit pacem equi-
 vens ac emendam promittens Ubi tan-
 dem terminato consilio sub hac for-
 ma per amicabiles Interlocutiones
 Inter utramque partem fedus amicitie
 ordinatum fuit quatenus cuncti
 friones reciperent Albertum ducem
 pro

pro eorum vero domino In persona
 Wilhelmi comitis de oestervandis filii sui
 Quod cum factum fuisset Idem Wil-
 helmus potuit posuit In bidem unum
 rectorem et capitaneum qui terram
 Frisie gubernaret In stauria posuit
 dominum Johannem de Bredenroden
 Et In Dookinga Gerardum de Neemf
 kercke et florentium de alkema mi-
 lites Et sic ad propria Id est ad
 Hollandiam properavit

Sed anno Domini. M^o CCC^o XCIX^o frisonis
 orientales non servantes fidem sed
 rumpentes pactum rebellaverunt con-
 tra ducem ducem Albertum et filium
 eius et Interfecerunt prefectum Ip-
 sis ab Illustri Wilhelmo ordinatum
 expulsiis cunctis Hollandicis quibus
 In deditonem et gratiam comitis da-
 tis obsidibus transeuntibus cetero ter-
 rore nominis sui et potentie trium-
 phando vicit Et sic filius denovo patri
 restituit subiugatam orientalem Fri-
 siam Qui cum triumphali Laude ad
 Hollandiam properans rediit
 amicitiam

amicitiam cum patre Duce et omni-
bus civitatibus Hollandie gloriose re-
formavit

Eodem anno facti sunt hambürgent
ses Inimici Hollandie et non nisi
pro maximis gaudis valuerunt Iterum
venire ad compositionem pacis

In anno Domini M^o CCC^o XLVIII. Ric har-
dus rex anglie a suis consanguineis
et proceribus captus fuit et In brevi
dolo Interfectus

Anno Domini M^o CCC^o XLIX^o oppidum
brielis fere totum Igne consumptum
est

Sed quia miro modo cabbellienses
odio ~~di~~ habuerit et presertim Do-
minum Johannem Dominum de ar-
kel tanquam eorum post patrem
suum capitaneum suspicans eum cum
suis validam conspirationem et hosti-
lem contentionem cum duce patre suo
contra eum commovisse Et quia haec-
renses complices suos ubique deprime-
re cabbellienses

cabbeliavenges exaltare nitebatur et
 secundum beneplacitum suum non po-
 terat Ideo valde Inimicabatur Domino
 de arkel tanquam sibi resistenti Et
 quia omnia principalia et ardua nego-
 tia et tractabilia ~~ad~~ beneplacitum domi-
 ni Johannis de Arkel tanquam recto-
 ris Hollandie disponebantur et ordina-
 bantur Ideoque valedicto patre anno
 M^o CCC^o XC^o secessit cum suis versus flandriam apud Johannem Ducem bur-
 gundie rediens vero anno Domini M^o CCC^o
 XCIX^o ~~secessit~~ ^{secessit} patre suo prochnephas Inimic-
 die relictum animique rancorem contra
 Johannem Dominum de arkel et suos
 complices oblivisci nesciens eum abiecit
 ne Hollandiam regeret alium sue
 partis factorem substituit Et quia
 magne auctoritatis merito reputabatur
 Ideoque omnia ad beneplacitum suum
 ordinare et regere decrevit Insuper
 omnia invadrata per Dominum de ar-
 kel scilicet oppidum et castrum de hiesden
 cum toto Dominio eiusdem redemit et
 sub potestate propria redegit replens
 Idem castrum castrum armis et militi-
 bus partis sue

Tandem

Regi non profuit nuncius

Tandem anno Domini M^o cccc^o — primo abje-
 tis omnibus principibus ministerialibus curie
 Hollandie ex parte domini de arkel et
 Ipse magnificus dux solo nomine re-
 geret Hollandiam Wilhelmus Hollan-
 die et sui complices armaverunt Domi-
 num Albertum Ducem contra Dominum
 de arkel Ita ut exigeret computationem
 rectoratus sui ex parte Hollandie
 quia per decennium rexit Hollandiam
 hoc autem fecerunt ut fertur ut occasio-
 nem haberent eum proferibendi Et quia
 plures causas sibi vitialiter et pro-
 brose objiciebant Ideoque Dominus Jo-
 hannes de Arkel Superbus valde no-
 luit coram parte sua adversa facere
 computationem hinc Invidiosa proch-
 pudor susurratione aliquorum Idem
 Dux comprisit totum processum Il-
 lustris Wilhelmo et amicis suis contra
 Dominum de arkel Qui mox omnia
 bona et dominia domini de arkel In
 Hollandia videlicet Oppidum haef-
 tret vlist Nolwijk cum multis
 alijs villis In Zelandia Dominium
 de kroke apud Kemmerfwale et
 plura

plura alia primo arreptavit Deinde
 eum proferens dominia et facultates
 suas Impetiose capiens fidelibus
 suis hoozenibus subdidit quod
 percipiens Dominus de arkel scrip-
 sit quod vellet stare contentus dicta-
 mini et arbitrio de omnibus obiec-
 tis et obijciendis Dominorum Ducum
 Domini Johannis ducis Burgundie
 Anthonii Ducis Brabantie et Domini
 Johannis bavarie electi Leodienfis
 fratris eiusdem Wilhelmi Hollan-
 die Et dum nullo modo poterat sibi
 gratiam Impetrare sed semper de
 die In diem magis sibi conuiciaban-
 tur suspendentes Ignominiose for-
 nam viri cum armis militie sue ad
 modum furis et alia multa opprobria
 Intulissent consilio Wilhelmi principis
 Ducis Tulie et Ghelrie et totius mili-
 tie dominie sue et fere totius Bra-
 bantie per patentis literas diffidavit
 Albertum Ducem comitem Hollandie
 et prefestim Illustrissimum Wilhelmum
 Hollandie comitem oesterlandie cum suis
 complicibus feria secunda ante fes-
 tum

tum sancti Bartholomei Apostoli statim dominus de arkel cum multis ordinavit unam remissam ad occupandum Aiderwater sed non potuit Deinde cum multis ferro et Igne devastans Alblafferwaard.

quo facto Wilhelmus Hollandie valde gavisus statim collecto militari robore misit expeditum exercitum qui totum Dominium de arkel hostilibus vastatione Igne et ferro exceptis oppidis et castris depopularunt atque frumenta pulcherrima In Campis destruxerunt atque predam abinde per maximam ducentes gloriose redierunt

Econtra vero Illustrius Johannes dominus de arkel robur totius potestatis sue contrahens coadjuvatores milites favore et stipendio educens damnum Illatum feruenter ulcisci proponens Hollandiam hostiliter Intrans Castrum de Ghiesborch bellica manu vicit Oppidum de Werckendam acceptis spolijs omnino succendit et deinde totam Insulam dictam Alblafferdam
pagos

pagos et villas concremando In Liore
 magno debellavit atque thesauris copio-
 sis spoliavit et einde cum multis
 captivis victorioso regressum naturaie-
 runt

Anno domini M^o cccc^o In vigilia beati
 Martini obiit Domina Katherina fi-
 lia ducis Alberti comitis Hollandie
 isor Wilhelmi Ghelvie et Julie Ducis
 Sepulta In monasterio que fuit mulier
 valde virtuosa

Item anno Domini M^o cccc^o 1^o funda-
 tum est collegium In villa de haef-
 ten prope Boemel per Dominum Otto-
 nem nobilem militem et eodem anno
 confirmatum fuit

Eodem vero anno Infra octavas natiui-
 tatis virginis Marie Dominus de ar-
 kel denis contracta forti armatorum
 manu armipotenter et animose Lecciam
 transfretans Infulavit dictam Crim-
 perwert Invasit atque cuncta devastan-
 do potenter Incendit magnamq; predam
 multimode facultatis secum gloriosius
 apportavit Contra vero villani ex
 Dordracensibus

Dordracensibus et Schoenhovienſibus
 apudmunitionem seu oppidum dictum
 die Nijpoert In unum congregati
 Raptam praedam patenter excutere volentes
 et pro Illata sibi contumelia cruentum
 bellum Instaurare decernentes Ipsi
 animose cum cornibus horisonis et vexil-
 lis fulgidis occurrerunt Dominus Tgitur
 de arkel contra ordinatis aciebus cum
 vexillis fulgurantibus et tubis stridenti-
 bus decenter Ipsos aggressus est Et ecce
 conferto prelio villanis statim a bello
 declinantibus paucis corruentibus om-
 nes profugati sunt. Ceciderunt autem
 xxiii. ex diversis villis Capti que fue-
 runt In eodem prelio Dominus Ghe-
 rardus de Lievelt miles egregius
 Wouterus Sijmonis de Dordraeo Adria-
 nus filius Wittonis de Dordraeo
 Gherardus ^{enobout} ^{Hugho Beeldersaker de Dordraeo}
 Burchardus de Schoenhovia Johan-
 nes Robbyn de Schoenhovia et Sep-
 tem de Lickerkerck quinque de strenez
 lant cum multis alijs cum quibus
 adepta victoria gorinchem propere re-
 dierunt

Septima vero die post hoc quidam de
 Sciedam

Sciedam et Rotterdam cum multis armigeris ex Zuijthollandia Dominium de Arkel In crepusculo Intrañtes more Locustarum quicquid Inñstium fuerat demolitis sunt

Econtra vero Inuile Incole villarum cum oppidanis de Gorinchem et Lederdam positis Infidijis reditum Ipsorum anticipauerunt volentes raptam predam potenter ab eis excutere et pro Illata sibi contumelia acriter eos debellare et ecce armigeri Hollandiam per diuicia et Innotas vias reditum ordinantes declinauerunt Ignoranter ab Infidijis suorum aduersariorum Quod cum Arkelenses didicissent multi eorum anemose exercitum subsequerantur atque quinque de extremis predonum exercitibus predonum de Sciedamnis bellica manu ceperunt et decem de Zuijthollandia

Anno Domini M^o IIII^o .~~p~~ primo obiit Illustrius Maria Tiliacensis uxor domini Johannis Domini de Arkel In professo sancti Petri

Anno domini M^o cccc^o 2^{do} Infra octauas epiphanie

epiphanie cum Tam ^{tota} terra glaciatis
 esset peruia Inclitus princeps et
 victoriosus comes Wilhelmus Hollandie
 expeditione potentissima proponens totam
 ditionem domini de arkel hostili vastatione
 depopulare misit Hejnricum de
 Wassenae virum potentem cum eleganti
 militia et cum Immenfis bellatoribus
 In Dominium de arkel ut Inflatam
 superbiam Ipsius edomaret et omnia
 sibi subiecta devastaret qui mox In
 vexillis micantibus et buccinis fre-
 mentibus ante oppidum Haghesteijn
 exercituali potentia veniens multis
 Incursionibus balistis fundibilibus
 acriter Infestavit Idem oppidum Econtra
 vero castroenses cum oppidanis
 de Haghesteijn omnibus necessarijs a-
 bunde premuniti forenses adversarios
 terribiliter bombardis et alijs Inge-
 nijs armorum viriliter abegerunt et re-
 trocedere compulerunt. Tandem per flam-
 minomagium ^(sic) rogam combustis ali-
 quibus domibus cum molendina eiusdem
 oppidi In magna gloria cum ob-
 tenta preda ad Hollandiam per Vianen
 repedarunt

Eodem

Eodem vero anno circa festum carnispruini
 Johannes de Arkel armato satellitio Iterum
 Hollandiam hostiliter Inmadens Impe-
 tiose et potenter castrum de Flagestejn
 vicat, et solo coegit atque eodem
 die oppidum de Nijepoert terribiliter cum
 eodem exercitu Impugnans rebellandie
 manu cepit et Igne funditus vastavit
 sicque cum tropheo & diuersis spolijs victo-
 riose redijt

in margine a secunda
 manu adscriptum est
 To Velium, quod hic
 erraverit auctor.

Dux Ghelrie diruta civitatis restauravit
et omnia ad pacem ordinavit

Anno Domini M^o cccc^o viii^o Illusterrimissimus
Johannes de Bavaria electus Leodiensis
obseffus fuit valde stricte per Leodienses
et totam fere patriam eiusdem episcopi
In traiccto superiori per xii. ebdomadas
pro eo quod Ipse volebat procedere ad
sacerdotium et sed tanquam Dux tem-
poralis dispensatione apostolica Idem
episcopium reserat Cui In auxilium
venerat nobilis Wilhelmus Domicellus
de arkel cum multis militibus et ar-
migeris Denum ad hoc venit ut con-
corditer gloriosissimi principes Wilhel-
mus Dux comes Hollandie frater pre-
fati electi Leodiensis et Johannes Dux
burgundie

burgundie focer suus cum omnipotentia sua
 potenter armati venerunt ad Liberandum
 prefatum electum In territorio Leodiensi quibus
 occurrerunt Dominus de parwijs et
 filius suus Superlectus cum civitate
 Leodiensi et Hoyensi cum tubis
 frementibus et signis Irradiantibus In
 festo sancte teele virginis que erat Domi-
 nica dies In Loco vulgariter dicto alecho-
 tin prope ⁽²⁰⁾ tumbas Et ecce commisso grani-
 prelio Leodienfes succubuerunt et prefa-
 ti principes Iuste verum electum Johan-
 nem banarie In fide sua animose re-
 collocaverunt Inter viros habant mor-
 tui quia suffulti densitate virorum ca-
 dere non poterant Et tanta calamitas
 eos oppressit quia alter alterum ad mor-
 tem opprimebat

Ceciderunt autem In prefato prelio Do-
 minus Superlectus et pater suus Domi-
 nus De parwijs cum omnibus fere
 Leodiensibus fere ultra xxx m. De
 quo prefato bello sunt hec metra

Dux Hollandensis Wilhelmus et hamno-
 nensis

Hofstedt prostravit Leodinos et supera-
 vit

Nam fugaverunt Hollant parwijs sta-
 tuerunt ^{tuerunt}
 Cum

tuerunt

Cum quo fecerunt mala multa simul
perierunt

Dux Burgundenfis aderat comes atque
namenfis

Beijeren electus prefus fuit Inde re=
fectus

Nam fuit obfeffus In traiceto puto fe=
sus

Luce Teclae fancta ceciderunt milia
tanta

Ultra terdena quod erant bene milia ple=
na

Annos ~~perficiam~~ ^{perficiam} Dando Cicciciam

Anno Domini M^o IIII^o IX^o. In crastia
no vedasti et Amandi In aurova Wil=
helmius Domicellus de arkel Debellavit
et cepit castrum De Oij apud Nouima=
gium effugans Dominium De oij ex to=
ta Ghelria

Anno Domini M^o IIII^o IX^o. Johannes
Dux burgundie Tuffit Interficere no=
biliffimum Ducem Aurelianensem Lu=
dovicum avunculum suum propter cer=
tas causas De quo homicidio multa ma=
la et Incommoda veniebant In regno
francie Cuius occisionis anni notantur
In

In hac parte versus psalmi Contere
 brachium peccatoris Etiam In hoc versu
 sic Ecce nunc benedictus Dominus Etiam
 In hoc Tibi ceciderunt qui operantur
 Iniquitatem etc. Sed Inclitus prin-
 ceptus Dux Wilhelmus comes Hollandie
 pacem de eodem homicidio sua In-
 dustria ordinavit et firmavit De qua
 pace totus populus francorum sibi Lan-
 des et graciarum actiones proclamabat
 Demum expletis treugis Inter Reij-
 naldum Ghelrie et Wilhelmum Hol-
 landie Reijnaldus magnam Damnum
 Intulit Hollandensi principi Con-
 tra vero Wilhelmus Dux Hollandie si-
 bi oppidum Amerffordense In ami-
 citiam datis privilegijs eidem per to-
 tam Hollandiam copulans et cum exer-
 citu Hollandie Intrans veluam In-
 troiit potenter atque caestis multis
 pagis predam magnam apportans
 secum victor In magna gloria re-
 dijt Ex aduerso vero Wilhelmus Do-
 micellus de arkel tribunus et
 magister militum per Tuliam et Ghel-
 riam ordinatus collectis undique bel-
 latoribus Trimmensis devenit cum
 turbis frementibus et signis Irra-
 dianantibus ante oppidum Amerffor-
 die

eosdem principes et terram eorum fir-
maretur Tandem ad hoc ordinando ^(sic) Injusti-
ficationibus et blandis eloquijs conclu-
serunt quatenus Dux Ghelvie haberet
pro Damno et expensis In gorincham
expositis C^m coronas francie et Wil-
helmus Domicellus L^m coronas et Do-
minium de Born.

Insuper Dominus de Arkel castrum
de Oeijen cum septem villis circumia-
centibus et V^m florenorum Renerfium
ex theloneo de Loepoet ^(sic) annuatim qui-
bus sic conclusis Domicellus de arkel
tanquam consentaneus pactis Licet Inim-
tus resignavit Idem oppidum pro se
et suis posteris In castro De Duer-
steden glorioso principi Hollandie co-
miti Dempto Dominio et oppido de
Lederdam cum Schoenvervoerd etc. Acta
autem fuerunt predicta anno Domini
 M^o $cccc^o$ xii^o

Et eodem anno fregit funditus regale
castrum et palatium de Arkel sed or-
dinavit Infra civitatem firmam mu-
nitionem et ut Liquet ut omni tempo-
re, per aquam et terram civitatem In-
trare posset sine Impedimento ali-
cuius

Anno Domini M^o $iiii^o$ xi^o xii^o Die maj
obijt

obijt Illustris Margareta de Clivis
 secunda uxor Ducis Alberti sepulta
 In Hagha In conuentu predicatorum
 quem Ipsa prius fundauerat Erat
 enim prius Domus Domini de arkel
 et ex petitione Ipsius Domini de ar-
 kel contulit ei ad fundandum talem co-
 nuentum. In tumba valde pul-
 chra

Anno Domini M^o III^e XI^o Johannes
 de Wouda miles et Dominus de war-
 monda fundauit monasterium ordi-
 nis Cisterciensium apud warmondam
 ad honorem dei omnipotentis

Anno Domini M^o III^e XIII^o fuit mag-
 na dissensio In ecclesia dei eo quod
 sub discordia duo pape electi fuerunt
 Insuper magna dissensio Inter clericum
 Preterea magna guerra oriri Inter Ca-
 rolium regem francorum et Henricum
 regem anglie cepit, cuius anni notantur
 In Illo versu In ecclesiis be-
 nedicite deo Domino de fontibus Ibrahel
 ut habetur In psalmo Exurgat deus etc.

Anno Domini M^o III^e XV^o In consilio
 constantiensi quidam heretici, videlicet
 Magister Johannes hess de pragis et
 Theronimus combusti sunt In con-
 stantia

stantia propter heresim de quibus multa pericula veniebant In universo orbe

Anno Domini M^o CCC^o XV^o Obijt Im-
pregnata Illustris Maria Domina
de Egmonda filia unica Domini de Ar-
kel relinquens post se filios duos videlicet
Illustrum Arnoldum Ducem Tulie et
Ghelvie et Wilhelmum Dominum de
Egmonda de Ysselsteijn de baer et ter-
rarum mechnie que sepulta requies-
cit honorifice In ecclesia collegiata
oppide de Ysselsteijn cum tali epita-
phio

Hec Egmondensis fuerat placitata
Maria

Ysselsteijnensis femina valde pia

Hec Arkelensis Domini fuit unica
nata

Nec non barenfis Ducis hec de stirpe
creata

Cluensis tertia stirps est Lotrijckque
quaterna

Et Tuliensis fuit huius mater ama-
ta

Ex Hollandensis Ducis alta stirpe
creata

Quem Dux Ghelvensis stirpis quoque mechnie
liniensis

Stirps

Stirps hec est patris huius Domine
quosque matris

Hec habuit natos binos Tuhenes be-
ne gratos.

Sed mortis moles erat sibi tertia
proles

Sic Impregnata moriebatür gravi
data

que fuerat grata de subiectis et ama-
ta

Est hic fossata que sanctis fit focia-
ta

Hoc pete virgo pia mater que beata
Marie

Anno milleno cccc quater quinto
quosque Deno

Post Margarete sextumque diem re-
tincte

Eodem anno In festo sanctorum
Crispini et Crispiniani fuit maximum
bellum Inter Henricum regem An-
glie et regem francie In quo mira-
culose rex anglie triumphavit Corruerunt autem In eodem bello Dux ba-
rensis Dux de alonson Anthonius
Dux Brabantie Philippus Comes De
nijuers frater Anthonii Ducis Bra-
bantie

bantie Connestabulū francie Prepositus
 Parisiensis Dominus de amey-
 da Dominus Johannes de Baer Do-
 minus Johannes de Bourbonay, Domi-
 nus Wilhelmus de Bredenrode Domi-
 nus de waverijn cum filio suo Dominus
 de Lijkercken cum fratre suo Dominus
 de Jossenes cum fratribus suis Drof-
 satus hannonie Dominus de croeye Do-
 minus de rase Dominus De hoern Do-
 minus Roelandus de Gijthuijfen Domi-
 nus de helgikaer de ^{Sic} Janangit Domi-
 nus ~~de~~ Hugho de Lannaten cum fra-
 tre suo Dominus De Bormey cum
 multis alijs proceribus

Capti fuerunt In eodem Dux Aure-
 anensis Dux borbonie Comes de ven Co-
 mes de ritsemont Dominus De Lingē
 Dominus Hugho De Lannoye, cum
 fratre suo Dominus Ludovicus De
 ghistel cum pluribus Illustribus prin-
 cipibus et Dominis Cuius belli anni
 notantur In Istō metro

Crippini festo stravit gens Anglica francos
 vel In Istō metro

Anglica francigenis fristem dedit ala
 crioris

Igitur Dum Dominus de Arkel Johan-
 nes

nel bruxelle equitasset ad exequias Illu-
 lustrissimi principis Anthonii Ducis
 Brabantie In reditu suo Dolose per
 Insidias capiebatur In festo sancte Ka-
 therine virginis per Theodoricum de
 Merweda et Dominum de Sevenber-
 ghem ac per Philippum de Lecca apud
 Arpenbrugge cum suis In confinibus
 Brabantie quem secrete Dixerunt coo-
 pertum alba toga Dominorum then-
 tonicorum ne agnosceretur primo ad
 Sevenbergen Deinde ad Ducem Wilhel-
 mum comitem Hollandie Qui ab Inimicis
 carcerali custodiae mancipatus multo-
 tatus Inmerito Illius derisus et pu-
 nitus fuit ut gaudentes fatiarentur
 de pena gemituque Ipsius mansitque
 captivus In Hagha usque ad obitum
 Ducis Wilhelmi Deinde translatus
 ex Hagha ad castrum In Gauda pos-
 tea In Levenberghem

Anno Domini M^o CCC^o LXVI^o Sigis-
 mundus gloriosus romanorum Im-
 perator et rex bohemie cum Wilhelmo
 Duce De bavaria transfretavit ad An-
 gliam ut attemptaret componere pacem
 de bellis habitis Inter regem Fran-
 cie et Anglie Cum autem Henricus
 rex Anglie Induratus esset et non
 potuisset

potuisset perducere ad unionem pacis
 Wilhelmus Dux ~~Franciae~~ Fratus
~~ferter~~ fertur ad Imperatorem Dixisse Si
 tu De cetero ausus fueris mouere bel-
 lum contra regem francie videbis
 vexillum meum stare contrate. Qui-
 bus Dictis Imperator Sigismundus
 cum Duce Wilhelmo reuersus est ad
 Germaniam Qui postea In consilio
 constantiensi comitem cliriensem
 et Amedium comitem sabaudie nobi-
 litauit et ordinauit eos Duces
 suorum comitatum.

Anno Domini M^o CCC^o LXVI^o. Wilhelmus
 Dux querens occasionem expellendi
 cabbeliaenses, fecit citare Dominum
 Johannem De Egmonda Et quia non
 comparuit misit satellites suos ad
 Ysselsteijn circa festam Magdalene
 volens obsidere oppidum cum castro
 et Ipse mansit cum exercitu In
 Schoenhovia Mox Jacobus Domicellus
 De gaesbeeck Dominus de Culenborch
 Johannes frater de Vjanen proximio-
 res consanguinei Domini de Egmon-
 da pacem ordinauerunt Intersufa-
 tos In tali maniera, quatenus Do-
 minus de Egmonda et Dominus
 Wilhelmus frater suus equitarunt
 ex

ex Yffelsteijn cum omnibus mobilibus
bonis Tpsorum nec Intraret Hol-
landiam et Zeelandiam nisi de Li-
centia Domini Wilhelmi et resigna-
rent paternam Tpsorum heredita-
tem cum omnibus suis Turibus
Duci Wilhelmo Et omni anno Daret
Dux Domino Egmondensi Duxenta ^(sic)
milia antiqua scudata Et Wilhelmo
fratri suo D^c coronarum annuatim
et Domine de Egmonda matri Tps-
orum octo ^(sic) centum coronarum Et sic
Dux homagiatus fuit Dominus De
Yffelsteijn

Post hoc homagiatus fuit Wilhel-
mus Dux conuocauit In Hagha
omnes barones milites ciuitates et
castrenses Hollandie Zeelandie et
Frisie. omnibus Dixit, Ecce ut factis
quinguenarius sum et ultra et non
habeo nisi unicam filiam quam des-
ponarunt Celpheo francie que et
Iuuenis est et si defecero vel obiero
Illam homagiare et tenere uelitis
pro uera Domina et comitissa uestra
et sibi assistentiam facere Dummo-
do non procreauerim vel genuerim
sexum masculinum et neminem re-
cipere post obitum meum Dignemini
quia Ipsa est uera heres prin-
cipatum

cipatum meorum Et consilio Truto
annuerunt verbis postea et literis et
sigillis confirmaverunt

Anno Domini M^o IIII^o XVII^o In bona
hebdomada feria tertia ante festum pas-
sche obiit In ^(sic) compequen Intoxica-
tus prohdolor Illusterrimis Desphie-
nis francie Carolus nomine Dux
turonensis maritus Domine Jacobe
unice filie Wilhelmi Ducis principis
Hollandie sepultus parisijs Unus au-
tem huius Ducis Wilhelmi bastar-
dorum filius fuit primus regis
qui edificavit sibi In eodem loco
militarem habitationem satis bonam

* Dominus de Hoghe
woude dictus Domi-
nus Everardus mi-
= les

Eodem anno feria quarta penthecos-
tes ferice In festo sancte Petronelle
obiit magnificus Dux Wilhelmus co-
mes Hollandie sepedictus relinquens
post se unicam filiam Jacobam
nomine ut dictum est relictam Del-
phini primogeniti regis francie quam
hocrenses cum matre sua Domi-
na Margareta receperunt In tutelam
secliso vero tutore Johanne baivarie
electo Leodiensi anunculo suo qua-
propter Illustri Johanne baivarie
In septembri tanquam veris heres
hannonie

hannonie Hollandie Zeelandie etc.
 secessit ad Hollandiam statimque
 fuit Introumissus ^{et} receptus In pa-
 ternam hereditatem consilio et auxilio
 cabbellianensium eo quod Ipsi primo
 per Ducem Wilhelmum nunc vero per
 filiam suam proscribentur

Atque eodem anno predicto circumual-
 latum fuit oppidum Yselsteinen se-
 per traiectenses et Amerffordenses
 prius per quatuor ~~Dies~~ Dies Post quos
 omnes ciuitates Hollandie Dempto
 oppido Schoenhovie quod post Longam
 obsidionem sub fide per Dominum To-
 hannem de Heynsberch concepta et trac-
 tata vicerunt tali conditione quatenus
 Dominus de egmanda cum suis omni-
 bus seque saluis bonis et vita eorum
 libere oppidum et castrum traderet In
 manus et potestatem Illustrissime
 Domine Jacobe comitisse Hollandie et Ip-
 si exirent oppidum Demptis Inuenibus
 XII. annorum et Intra quod et Ita fac-
 tum est Sed prochdolor serenissimo dux
~~cissa~~ ducissa Jacoba sicut hocrensum
 contulit traiectensibus quasi suis partibus com-
 plicibus Idem oppidum qui statim ul-
 tra fidem famillatenus conflagrauerunt
 Idem oppidum Deinde Diuitis partibus
 muris

miris et castro omnia solo coequauerunt
 Dempto ecclesia et clastro. O Hollan-
 dia Hollandia quid tibi tunc mali actum
 est quia oppidum Ysselsteijn fuit clavis
 et fera et antemurale contra Dijocesim
 et precipue contra ciuitatem traiectensem
 Et traiectenses semper odiebant Illud
 quia nimis propinqua erat ciuitati

Itaque Johannes de Bavaria electus Leo-
 diensis exoptans habere neptem suam
 sub tutela sua ut merito decuisset et
 non valens conuocatis omnibus amicis
 partis sue diffidauit neptem cum fan-
 toribus suis missisque solemper
 nuncijs ad Wilhelmum Domicellum
 de arkel Dominum de born etc. a Do-
 mino Johanne bavariae quatenus celeriter
 recollecto militari robore veniret et recu-
 peraret secum paternam suam heredita-
 tem ad et liberaret patrem suum In
 Hagha captum

Interea dum hec agerentur Dominus
 de Egmonda subbato ante festum sanc-
 te Katherine per Insidias vicit oppidum
 de Gorinchem sed Domina Jacoba re-
 tenuit sibi castrum oppidi Veniens
 Itaque Domicellus de arkel cum In-
 genti copia baronum et militum In
 oppido paterno de Gorinchem ex mandato
 Johannis

Johannis baiarie confestim diffidauit.
 Ducissam Jacobam comitissam Hollan-
 die

De Purmerent.

Porro tempore Wilhelmi Ducis clariuit
 In Hollandia quidam vir famosus Wil-
 helmus eggerit vocabitur. Dicitur hic mag-
 nus In conspectu prefati Ducis extitit
 fuit etiam thesaurarius totius Hollandie
 per eundem ordinatus hic ut memoriam
 sui nominis In terra post se relinqueret
 coadunauit omnes villanos In fine
 ville Purmerlant circa aquam vocatur
 vulgariter Die ^(sic) In unam congregatio-
 nem Edificauitq; Ibidem castrum forte
 Et catunc Illic oppidiculum cum suo cas-
 tro appellauit Purmerijnd cuius Domi-
 nium pro se et sua posteritate a Duce
 Wilhelmo obtinuit Sicque Ipse fuit pri-
 mus Dominus de Purmerijnd absque
 tamen militari ordine Is igitur Wil-
 helmus ^(sic) eggert cum audisset mortem Du-
 cis Wilhelmi karissimi sui amici Doluit
 vehementer nimis unde et Infra bi-
 diuum etiam Ipse obiit In castro suo
 prefato quod sibi edificauerat
 Reliquit autem post se Johannem eg-
 gert filium suum et Alejdam filiam
 suam quam accepit In uxorem Gherar-
 dus de Lijl miles Itaque Johannes
 eggert

eggert considerans quod pax In parvo
 vigore per totam Hollandiam constituenda
 foret propter obitum Ducis Wilhelmi
 vendidit patrimonia sua cum castro et Do-
 minio predicto diversis personis
 Dominium vero de ~~Purmerijnde~~ cum
 villis fleck ulpedam et Purmerlant vendi-
 dit Gerardo de Zijl milite Socero suo Af-
 sumptisque pecunijs declinavit ad flandriam
 et venit gandavum Ibi que constituit ha-
 bitationem suam cum tota sua posteritate
 fundavit autem monasterium regularium
 apud audenaerden In prefata terra Mo-
 nasteriumque manialium eiusdem ordinis
 In gandavo. Cum autem Dominus Ge-
 rardus de Zijl miles Dominium De pur-
 mereijnde per aliquod ⁽⁵⁰⁰⁾ annorum cur-
 ricula possedisset tandem Illud vendidit
 burchgravo de Montfoerd sub quo per-
 tenerat usque In presentem Diem
 Sed postquam apposuerat se burchgra-
 vus de Montfoerd Maximiliano archi-
 duci austrie et Hollandie Ideo confis-
 cata fuerunt bona quae habuit In
 Hollandia precipue Dominium De pur-
 mereijnde et data fuerunt comiti vi-
 to de wolkesteijn et Ipse comes vendidit
 Domino et comiti Johanni de Egmonda

Wilhelmus Dux bavarie comes Hollan-
 die postquam se deceffit In nocte Petro-
 nelle

nelle virginis fuerunt In oppido de Gorchem quatuor nobiles In concilio noctis venerunt ex taberna héganis kjer et ut Trent ad propria et Dúm appropinquaret ad Januam australem ecclesie apparebat Ibidem Ignis et In Igne vox quédam dicens Damnatús sum miserabiliter clamans et ciulans sine cessatione Et Illi quatuor territi retrocesserunt ad eandem Dómum ex qua exierunt et Dúm venerunt ad Ecclesiam omnes In extasi ceciderunt Illi de Domo fuerunt perplexi et demandauerunt parentes eorum et Intimauerunt quid actum esset tulerunt eos In Dombus suis Sed postquam Dombi erant et factum esset mane alterius Diei Jani et Incolium facti sunt et circa meridiem venerunt nuncii ex Hagha comitis quod Wilhelmus Dux In nocte discessisset et In proverbium dicebatur quod anima comitis fuit que torquebatur In Igne et Demandatum fuit fuit per Campanam ut nusquam aperiretur Ad finem de refecta In cimiterio Et fecerunt diligenter custodire civitatem sed postea venit Dominus de Egmonda et precepit occupare civitatem Et Intimavit nobili et Illustri Domicello de arkel ut veniret sibi In adiutorium cum suis.

Iterum

Iterum ciuitas fuit In manus De
 arkol et effugauerunt qui erant de fauore
 Ducis et comitis Hollandie vel Du-
 cisse Jacobe filie Wilhelmi Ducis mor-
 tui. Cetera habentur postea Loco suo

Anno Domini 1111^o xvii^o In profesto
 sacramenti que fuit xi. dies post obi-
 tum Ducis Wilhelmi Dominus Wil-
 helmus De Egmonda frater Domini Jo-
 hannis de Egmonda cepit oppidum Yfel-
 steijn faceret paternam hereditatem unde
 profugati erant per Wilhelmum Ducem
 baiarie comitemque Hollandie etc.
 Quod percipientes Domicellus walramus
 de bredenrode Domicellus De Mont-
 foerd et ciuitates traictenfas et Amer-
 fordenfas statim venerunt obsidentes
 Yfelsteijn et post hoc ciuitates Hollan-
 die et Zelandie Similiter Johannes
 Dux baiarie venit ante Yfelsteijn Sed
 concordatum fuit quatenus Dominus
 Wilhelmus de Egmonda cum suis exi-
 ret castrum et ciuitatem Libere re-
 signando predicta In manus Domine
 Jacobe Et tunc eodem anno circa fes-
 tum visitationis etc. ut supra Et
 communitas fuit In gratiam Ducisse
 Jacobe

(Ista supra scriptum ab
 eadem manu, sed iterum
 deletum.)

Anno Domini 1111^o xvii^o circa festum
 visitationis

visitationis virginis Marie destructi fuerunt inuri de Yfelseijn cum castro firmissimo unixo eisdem et In fossatis proiecti a traiectensibus nemine pereunte de traiecto Acta fuerunt Ista sub Bernard^o proijs et Wilhelmo de Wijnshem civium magistris anni Illius

Anno Domini M^o CCC^o XVIII^o In craftino omnium sanctorum succensa est Yfelseijn et totaliter In favillam redacta atque In fossatis proiecta a traiectensibus prefatis nullo se opponente aut prohibente Ecclesia tamen parochialis cum Domibus suis Incombusta permansit Et monasterium similiter facta sunt hec sub magistris civium um solpardo de Ameronghem et Theodorico de Handaen.

(paginae 5 & dimidium paginae a fol. CCXXIII. § 10 usque ad II^o LXXVI. in ipso Codice, unde haec descripta vacuae erant relictas.)

Sequebatur in Cod. fol. II^o LXXVI.

Postquam autem. &c.

Postquam autem sepultus In harmonia In
 kenoet prope progenitores suos fuerat
 gloriosus et magnanimus princeps Wil-
 helmus palatinus veni Dux baiarie co-
 mes hannonie Hollandie et Zelandie
 et Dominus Frisie, qui cunctis diebus vic-
 te sue guerras et bella gessit ac Hollan-
 diam duodecim annis cum dimidio poten-
 tissime gubernavit Jacoba Illustrissima
 principissa relicta Delfhini francie ac
 unica filia prefati principis apparatu
 decenti ad paternos comitatus venit fideliz-
 tatem Incolis iuravit homagium de va-
 fallis accepit privilegia Libertates et gra-
 tias benignolas ampliarit que tamen
 susurratione praevorum hoczenfibis fa-
 vens cabbellianenses deprimebat sicute Do-
 minus Dux pater suus salua honest-
 tate fecerat quare cabbellianenses diviti-
 tibus et potentibus abundantes eam sper-
 nentes vocato tanquam vero heredi Do-
 mino Johanne baiarie electo Leodien-
 = se ei firmissime adhaerunt Intro-
 ducentes eum potenti manu In Hol-
 landiam



landiam tanquam verum tutorem domi-
ne Jacobe et heredem comitatus eiusdem.

Igitur Johannes de Bavaria non valens
habere nec Impetrare tutelam neptis sue
propter resistendam et favoriam conspi-
rationem hocerensium, nisi est omni-
modo aduersus suos resistere Conuocatis
ergo In Dordraco omnibus cabellianensi-
bus atque potenter feria secunda post
festum sancte Elisabeth per Dominum
de egmonda oppido Gorinchem recupera-
to Ita quod arma domina fugerint su-
per castrum oppidi demandavit confestim
ut dictum est Legatione fidei Domicel-
lum de arkel ut paternum oppidum re-
cuperatum possideret qui diffusa domina
Jacoba venit expeditione potentissima In
oppidum Gorinchem sed castrum Domi-
na Jacoba sibi reseruarunt cum suis com-
plicitibus, quos Idem Domicellus vir stren-
uus et omni probitate conspicuus multo
stipatus milite hostili acie quotidie bello
expetijt atque In festis creberrimis af-
fultibus et Sed castrenses Impetum
suorum aduersariorum potenter sustinentes
viriliter eos abegerunt. Ita ut ^{plures occidentes,} plures vul-
neratos capientes alios In fugam repenti-
nam propulsos vix euaserunt Quo comper-
to Illustrissima Domina Jacoba collectis
Immensis bellatoribus cum traictensibus
et.

et Amerffordenſibus plurimum Indignata
 cum exercitu forti et Innumerabilibus
 naviibus merwedam aſcendens deiecit Go-
 rinchem condignam ultionem ab aduerſa-
 rijs ſuis ſuſceptura ubi traiectione et Amerff-
 fordenſes fregit portam dictam die
 waterpoert et ampliaverunt eam Similiter
 magnam foramen fregit In muro
 civitatis per quod Liberum Ingreſſum et
 egreſſum haberet Tandem egregia duciſſa
 prima die Decembris Gorinchem veniens
 volens armipotenter proſugato Domicello
 Idem oppidum proprie ditioni ſubijcere vel
 erientum bellum contra eundem crudeliſſi-
 me committere Denique eodem die hora ſe-
 re ſecunda poſt prandium exercitus pre-
 ſate domine cum vexillis fulgidis et corni-
 bus horrifonis et tubis perſtrepentibus
 decenter et animoſa oppidum Introiit
 Contra vero domicellus de Arkel ex mag-
 nanimitate ſua cum vexillis fulguranti-
 bus et bucinis frementibus et ſanitu tym-
 panorum eiſdem occuſare preſumens for-
 midoloſum bellum Intrepide contra eſ-
 dem decrevit Inſtaurare Et ecce con-
 currentibus utriuſque partibus erientum
 bellum Inhorruit In quo ſtridor ba-
 liſtarum clangor armorum ^{ſonitus} gladiorum
 fragor haſtarum terribiliter Inualuit
 atque Laborioſe pro corona victorie decer-
 tantes erientum ſtragem ex utraque par-
 te.

te crudelissime commiserunt
 Demum post horrendum excidium exerci-
 tus domicelli de Arkel attritus est suis
 bellatoribus paulatim per traditionem
 Domicelli Wilhelmi de Drüeten declinan-
 tibus a prelio qui confestim cum mag-
 na parte sui exercitus occisus est. Conue-
 runt autem In eodem duro certamine
 Inclitus Domicellus Wilhelmus de
 Arkel Domicellus de paterffom Domic-
 ellus Otto de bueren, Johannes de
 Opbürgen Burgimagister nouimagensis
 Splinterus bastardus de nijenrode Otto de
 ghelckum Otto de ghemmen, Johannes de Her-
 winen, Wilhelmus de Appeldoren cum plu-
 rimis armigeris et scutarijs annofis
 et approbatis Capti fuerunt ex parte Do-
 micelli morientis et succumbentis Rober-
 tus comes de Verrenborch Dominus De
 egmonda pater ducis Ghelvie Dominus
 Fleijoricus de Homoet Dominus de mi-
 lendonck Dominus prepositus de waldorp
 Adiuocatus de waldorp Domicellus de Ba-
 tenborch Dominus Theodoricus de Lien-
 dex Dominus Wilhelmus de Yfendo-
 ren Dominus Arnoldus de Oirdinghen
 Et dominus **Raso** frater eius qui post-
 tea obiit traieci de vulneribus sibi In
 prefato bello Inclitus Inflicus Do-
 minus Theodoricus de Hemmen Do-
 minus de Oerfbeck Domicellus Alardus
 de

Otto de vueren (sic)

de Bueren milites egregii et strenui
 Domicellus de orflet, Arnoldus de Egmonta
 Otto de Bueren Bueren miles vesilliger Do-
 micelli de Arkel Johannes de Heteren
 Dominus de poeroijen miles Johannes
 de Oijen cum plerisque alijs armigeris
 Lande dignis. Breuiter capti fuerunt ul-
 tra mille Et occisi ultra mille ex parte
 arkelenfi habuit Idem Domicellus
 de arkel ultra xxxv^c extraneos armigeros
 Ex parte vero principisse Hollandie cor-
 ruit egregius et nobilis Domicellus walra-
 mus de bredenrode cum paucis alijs cuius
 belli tempus et anni notantur In hoc
 metro. Vi Jacob belli Ghorkem ruit ar-
 kel eligi
 Insuper de ordine belli et occasu nobilium
 habentur hoc metro

Arkel Ghelrenses timuerunt tunc nimis
 enses
 Dum Ghorkem bellum fuit eliquaque duel-
 lum
 Arkel occisus. Domicellus erat cito visus
 Corruit Illustri De peterffom Domicellus
 De bueren natus de Blanchorft otto ne-
 catus
 Walramus gratus de bredenrode necatus
 qui fuit adiutor hollantis domine quoque
 tutor
 Miles Wijnandus schenck stratus erat
 venerandus

De

De nimegen. natus fuit hartart otto
necatus

Ubburghen gratus Johannes Tbi mor-
tificatus

Multe capti fuerant multique necati
Pro quibus absque mora tu qui Legis hec
precorora

Post cuius Domicelli necem Dominium
de arkel totaliter Incorporatur Hollandie
comitatui

Bello peracto Illustri walramus de bre-
denrode ductus fuit In Vianen ubi
sepultus parfat In choro ecclesie fere
ante summum altare cum tali epitaphio

De bredenrode Dominus vitam finiuit In
armis

Prochdolor: In Gorkem walramus nobilis
anno. cccc quater. M. domini xv. bis II.
Luce decembris

Prima post nonam vapulat Iste volens
quem mundus coluit hic gratus nunc do-
mino fit

Hicque beatis connumeratus fit tumulatus

Amen ei dicat quilibet Ista Legens
Cumque pater noster salve Maria ferat

Reliquit post se duos filios quorum
primogenitus dicebatur Reijnaldus et fuit
dominus de bredenrode de Vianen et amey-
da qui fuit miles et baro potens
etiam gessit ut baro torquem aure-
am

ann de vellere Tapanis Philippi ducis bur-
 gundie. habuit In uxorem filiam domi-
 ni de aleijn ex harmonia ex qua genuit
 duos filios et tres filias Et Ipse obiit
 pius Dominus anno domini M^o cccc^o Lxxiii^o
 In festo sancti Luce euangeliste Sepultus
 ante summum altare In Vyanen Sed
 secundus genitus appellabatur Ghijbertus
 qui diu fuit prepositus summe ecclesie
 traictensis et sancti saluatoris postea
 sancti Donatiani In brigis fuit etiam
 concorditer electus In episcopum traicten-
 sem et Introductus sed resignavit Epi-
 =scopatam confilio Johannis Ducis clia-
 =uensis ad usum David De Burgundia
 episcopi morien (sic) a quo postmodum
 ambo capti Liberantur Obiit que Idem
 prepositus anno domini M^o cccc^o Lxxv In
 festo assumptionis virginis Marie sepul-
 tus In monasterio chartusienfium pro-
 pe montem sancte Gertrudis

Itaque finito bello permansit Illustris
 Domicellus De arkel voluntatis In pro-
 prio sanguine et sterquilinio aliquibus
 horis In publica platea tandem per
 Inimicos et alios Lamentabiliter se-
 pultus prope progenitores suos In
 eodem oppido de Gorinchem sub
 tumba In cuius epitaphio De conditio-
 ne

20
ne Ipsius hec metra habentur cum ar-
mis suis

Wilhelmus gratius arkel Domicellus amatus
Vir bene formatus sapiens auras placitatus
Ghorkem prostratus bello Tacet hic tumultatus
Vita priusatus qui sit sanctis sociatus
Hoc pete virgo pia mater benedicta Maria
M. cccc. quater septemque decem fuit annos et ille
Eligii festo semper memor Ipsius esto
Pro quo dignare tu qui Legis Ista rogare

Et Licet Dices sequentes Tulie et Ghel-
vie per filiam Domini De arkel pro-
pagati descenderunt tamen In Isto de-
fecit nobile Dominium De arkel quo
ad arma et quoad veram et directam
virilem Lineam primorum Illustrium
Dominorum De arkel qui semper viri
bellicosi potentes fortes viribus et om-
ni probitate polentes fuerunt precep-
tis suorum superiorum comparentes,
bella horrida et multa prospere gesserunt
Qui sicut terrena ^{potentia mag-}
na Ita maxima Ingeniitate ^{et nobilitate} flo-
ruerunt Nam primi parentes de ar-
kel De vechtensi Verrenburgensi
Sterckenborchgen ^{flandren}
et Loffen ^{comitatibus} Descen-
derunt Ita subsequentes Domini suc-
cessive a Clivensi bavem Lotharingen

~~.....~~ Juliacen. ~~.....~~ et Ghelren. Ducatibus propagati sunt Et quamvis octonarii Domicelli de arkel ordinate facti et perlicide patent In metris De obitu marie Domine egmonden foronis Domicelli De arkel ac matris Ducis Ghelrie et Julie tamen hoc ordinare decrevit In perpetuam memoriam De sedenit armis propagationis eiusdem Domicelli que sunt Ista videlicet ex parte patris sui — sui Primo Arkel Clinia soern et Verrenburch Ex parte matris patris sui sunt Ista videlicet Ducatus barem Lotharingia Namurcum et francia Denique ex parte patris matris sue Julia Brabantia Hollandia et francia Ex parte matris matris sue Ghelria Anglia Mechlinia et comitatus sancti Pauli

Et Hic sciendum est quod de guerra domini prepotentis baronis de arkel contra Wilhelmum principem Hollandie Ita diserte presenti cronographie Inferui et ordinando veridice annotavi ut discant In posterum omnes prepotentes Dicitur et nobiles barones superioribus suis obedere et se nullo modo eis opponere cum Legendo penderint fortissima bellica gesta et multa

multa Domini De arkel qui tamen victus vio-
 lentia et potentia magnanimitate principis Ducis
 Wilhelmi comitis Hollandie. Cum tamen
 nullus baronum totius alamanie Dignior
 eo In certis annis redditibus suo tem-
 pore reperitur est ut Libri computationum
 Declarant. habuit enim ultra $xx\ 113^m$ an-
 nuatim anglicana nobilia In Dominijs et
 potentia nullus maior eo fuit. habuit enim
 preter Dominium De arkel forte et mag-
 num In Ducatu baron. nobile Do-
 minium De pirpont cum multis castris
 et villis In Ducatu Limburgen. Do-
 minium De zittert cum suo Districtu
 In Brabantia totam terram machlinie
 cum castris et $xvii$. egregijs villis In
 Ghelria Ghelremalfen Deyle, castrum De
 oeijen cum vii . alijs villis et alia mult-
 ta In Hollandia oppidum De haestriet
 vlist Stolwijck et fere totam terram In-
 fra Gaidam et Schoenhoviam, et multa
 alia Dominia In Zelandia Dominium
 de kreker cum suo Districtu In territorio
 traictenfi prope Loepwijck aliquas villas
 et plura alia Dominia hinc Inde cau-
 sa brevitatis ne fastidium Legentibus
 effet scribere super sedeo Et Licet Ita
 nobilis Ita potens Ita hominibus
 amabilis tamen In morte Lamenta-
 biliter ab omnibus Develictus Idem Do-
 micellus de arkel factus opprobrium

hominum, et abiectio plebis, mansit nu-
 dius prochdolor Dire vulneratus voluta-
 tus In sterquilino Vere vere secundum
 gloriam natiuitatis sue multiplicata fuit
 Ignominia mortis sue Nam natus et per
 episcopium Dyoceanum baptizandus cum
 maxima pompa et solemnitate ad baptiste-
 rium In oppido Gorinchemensib' portabatur
 per tres nobiles barones de sanguine et
 mis de arkel directe descendentes qui
 fuerunt Dominus De hokele Dominus
 De asperen Dominus De ackoij quem et
 suscepunt et Leuantes de fonte tanquam
 paterni fuerunt Illusterrimus pater et Do-
 minus Dominus florentius de wemelichonen
 episcopus traiectensis Victoriosissimus
 Wilhelmus armuculus filius Dns Julie
 et Ghelvie et nobilis Domina De ghem-
 pe mater domini walrami de bredenrode
 In prefato bello secum occumbentis
 et tamen hic tantus Inimicos Lamene-
 tabatur et miserabiliter sepeliebatur
 In sepulchro patrum suorum In oppido
 de Gorinchem In summa ecclesia Et
 hec de arkel sufficiunt pro presenti

multe domus a fulmine exuste.

Item anno Domini M^o III^o XVIII^o feria
 tertia ante Laurentii In Zelandia scilicet
 ter tolle Ter goijss et te Rommerswale
 multe domus exuste sunt a fulmine
 Et

Et audite sunt voces In aere clamantes
festinate hinc quia ad alium Locum de-
bemus tendere

Item eodem anno scilicet xviii. Ipso die
anemorum civis trajectenses cum multitu-
dine armatorum Inierunt oppidum Yfel-
steijn dolose mediante domino de Heijny-
berghe quod per Incendium funditus
demastarant preter ecclesiam et claustrum
et hospitale

Anno domini M^o CCC^o xviii. In martio
Illustrissimus princeps Johannes Dux
bavarie electus Leodiensis per procura-
torem suum In Constantia ubi tunc
consilium generale sancte ecclesie
residebat ecclesiam Leodiensem quam spa-
tio xxviii. annorum possederat In ma-
nibus pape resignavit atque eodem anno
Licet subdiacenus per Dispensationem
sedis Apostolicae cum Ducissa Luem-
burchensi relicta quondam Anthonii
Ducis Brabantie sua ut Dicebatur com-
= matre matrimonium contraxit

Isto tempore obiit egregius abbas Infula
beatae Marie virginis scilicet Theode-
ricus de Vekderen ^{sepultus} In eodem monas-
terio cum tali epitaphio

Hic Theodericus abbas pius atque prudens
Spero

Spero vivebat bene canonicosque regibat
 Non fuit elatus sed erat multis placitatus
 Ipse Libens Letus fuit In sermone facetus
 Parce vivebat paucos et equos retinebat
 Et conservabat ~~ipso~~ nec non equitabat
 Sed dum sportebat epulas largiter tribuebat
 Ordinis ob morem claustris quoque propter honorem
 Debita turbabant ac Ipsam valde gravabant
 Ipsius ergo status non magnus ^{erat} moderatus
 Qui bene vidisset In honore quod ordo stetit
 Et persoluisse totum Liberque fuisset
 Id quod ^(suo) vixisset Deus hoc sibi si tribuisset
 Christus sibi citius vis fore propitiis
 Anno milleno cccc quater septem quoque deno
 Ipsius In festo sancti Lucii memor esto
 De Nijmegen natus de velderen Ipse vocatus

Itaque post bellum In Gorinchem patra-
 tum Illustrius Johannes Dux baiarie non
 valens obtinere tutelam Neptis sue Domine
 Jacobe eo quod hocrenses volebant regere
 re terram cum ea sive Interesse et con-
 sensu Ipsius cum tamen ajuvenculis
 et heres verus Domine Jacobe fuerat Quia
 propter inultotiens forte armatorum ma-
 nu cum Dordracensibus contracta Hol-
 landiam hostiliter Iniudens ferro et Ig-
 ne suorum adversariorum presidia despo-
 pilans cum magna preda multimode
 facultatis Dordracium redijt

Interea

Interca hoerenses deliberato animo con-
 filii Domini Henrici de Berga et preci-
 pue Johannis Ducis burgundie et mar-
 garete matris Domine Jacobe nupservunt
 auctoritate sedis Apostolicas eandem Il-
 lustrissimam Ducissam Jacobam prin-
 cipissam Hollandie serenissimo Johanni
 Duci Brabantie Erant enim ambo proxi-
 mi consanguinei utpote filie Patris et so-
 rorum

Itaq³ nuptijs regaliter celebratis Idem Jo-
 hannes Dux Brabantie collecto militari
 robore atq^{ue} Immenfis armigeris volens
 et proponens adiutorio hoerensium Il-
 lustrum Johannem Ducem bavarie fi-
 lium Hollandie a paterna hereditate ex-
 pellere circumvallavit civitatem Dordra-
 censem tanquam factoriam partis sue
 aduersae strictissima obsidione pergitur
 Locans papiliones et tentoria sua In
 villa dicta die mille distante a Dordraeco
 per unum miliare evexitque Ibi unum
 magnum fortaliciu quod tandem cum
 magno scandalo et Damno fugiendo de-
 reliquit hoerenses vero cum civita-
 tibus Hollandie Zelandieque etc. ex ap-
 posito In papendrecht fortaliciu for-
 tissimum cum magna potentia extruen-
 tes ac Illud approbatis et robustis
 praestatoribus munientes post hoc abin-
 de

de recefferunt Sed et Adrianum Dornicel-
 lium Hollandie bastardum ducis Alberti
 Ibidem deliquerunt ad custodiendum for-
 talicium prefatum Dordracenses diu-
 natim valde terribiliter Impugnando Im-
 pugnauerunt ex eodem atque hinc Inde
 In diuersis Locis diuersas machinas
 ad ciuitatis Interitum adaptantes Dor-
 dracenses multis Incursionibus balistis
 bombardis fundibulis et alijs Ingenijs in-
 mis acriter Lacessebant

Contra vero Dordracenses quibuscumq;
 necessarijs valde praemuniti abunde
 multotiens e portis obfesse sine ciuitatis
 erumpentes hostili acie nunc Brabantigenis
 nunc hocrensis bello petierunt
 et victoria semper potiti cum Infi-
 nitis captiuis et preda grandi victo-
 res Leti redierunt Demum tot de
 Brabantigenis potenter ceperunt quod
 de cetero non solum armipotenter et In-
 fidiose capere dignarentur parumpenden-
 tes obsidionem sed etiam Ludibriose
 emittentes absque remigio aliquas nau-
 ves cum diuersa preda quas cum Bra-
 bantigene volentes festinanter predam
 predari Intranses naues rehebantur per
 subaquaticos funes ad hoc deputatos
 Tocofo In Dordracum cum eisdem
 nauibus

Deinde

Deinde cum per aliquot tempus Tra-
horribiliter Dordracum obsedissent pa-
rimque profecissent exulis tentorijs et
papilionibus ciuitatenses Hollandie ad
Hollandiam properabant Dempto Adriano
Adriano bastardo Hollandie viro strenuo
& animoso qui cum multo satellitio ar-
migerorum In munitione & presidio
De papendrecht viriliter permanfit
quotidianis assaultibus crudeliter et hos-
tiliter Dordracenses molestas

Quapropter Dordracenses In festo
Sancti Laurentii anno predicto scilicet
M^oCCCC^oXXIII^o In ipsum presidium Inpetuose ag-
gressi confestim hostili acie Inruerunt
super eos quod tamen rebellanti manu
potenter post excidium aliquorum trium-
phando vicerunt Interfectis omnibus
In ea Inuentis cum egregio Adriano
bastardo Hollandie captumque presidium
funditus destruxerunt Quod Bra-
bantigenae veridica relatione audientes
atque per flamingorum rogiu[m] videntes
dissolutas obsidiones statim patriare
decreuerunt Quod Dordracenses non
latens eos Duriter Insequerantur et
quia refluxus sine ^acausa fuerat sub-
mersis multis Insuper capiebantur
et sic Dordracenses triumphatores Libe-
rati ab obsidione grauissima cum tra-
ptheo et spolio maximo ciuitatem In-
gressi

gressi Deo gratias Devotissime de tanta
victoria egerunt

Eodem anno Dordracenses cum cab-
belliassenfis stipati multa milite vice-
runt potente manu civitatem Rotter-
dammensem In festo sancti victoris
quam et triumphali gladio ditiori Du-
cis Johannis bavarie subegerunt De
quibus Idem Dux tunc fuit bene
animatus, quia Tam habuit subse et
sub potestate sua Dordracium Brielis
et modo Rotterdamis cum quibus
Hollandiam et Zelandiam peropti-
me potuit compellere ad Libertum
suum

Translatio S Agnetis.

Eodem anno Fredericus de Blancken-
hem episcopus trajectensis transtulit
sanctissime corpus sacro sancte vir-
ginis agnetis atque In preciosissimo deaur-
rato feretro reverenter recollocavit
In summa ecclesia sancti martini
ut patet per hec metra

Agnes translata virgo fuit hicque
Locata
Missam cantante suffraganeos cele-
brante

Presule presente de blanckenhem generoso

cum multa gente cum valde statu specioso

Ceteri prelati fuerant Ibi valde congregati

Preferunt plebs huncque Diem celebravit

Hoc sic mandavit presul. fierique rogavit

Octodecim mille cccc quater fuit annus et Ille

Lix post egidii que fuit helpidii

Igitur Johannes Dux bavarie tutelam neptis sue nequens obtinere propter Divam resistantiam hooerensium fedis Inseparabilis amicitie Inijt cum cabellianensibus quarum securo conductu Hollandiam multoties hostiliter Inuadens priorum aduersariorum multas villas hostilibus conflagrauit Incendio atque munitiones eorum cum expeditis bellatoribus expugnanda dirigit sicque Diuersa spolia secum apportans cum magna gloria Dordracum repedavit

Contra vero hooerenses per sepe hoc moleste ferentes recollegerunt recentes armigeros cum quibus copiosas exercituum acies perducunt cabellianensium ^{castra}

bra et villas depopulati sunt atque multos suorum aduersariorum capientes vinculis mancipauerunt. Itaque cum sic per aliqua tempora Duras et quasi continuas gessissent guerras forte varia In Inuicem exercituali potentia deceptando atque magne depopulationis excidium committendo Tandem per amicabiles Internuncios sine belli strepitu Inter utramque partem facta dicta In oppido de woidrichem Indurabilis elaborata fuit amicitia ac promulgata tali conditione quatenus Illustrius Johannes Dux baiarie permaneret per triennium tutor et rector Hollandie Zelandie et Frisie Et omnes prefecture et omnes seabinatus omnium ciuitatum ab utrisque scilicet Illustrissima Ducissa comitissa Hollandie Domina Iacoba et Johanne Duce baiarie eius amiculo concorditer et benigne ordinarentur ut uniuscuique fieret equerecta et expedita Iustitia per prefatos principatus quibus expressis iidem principes sese osculantes hoc modo reconciliati sunt. Et Dux Johannes Brabantie solutato consobino suo Johanne duce baiarie perrexit cum principissa Hollandie domina Iacoba eius coniuge versus Brabantiam et Johannes Dux baiarie versus Hollandiam

Anno

Anno domini M^o III^c XIX^o fuit generale
 passagium contra hereticos et expulsi Do-
 mino reges Christiani fuerunt a per-
 fidis pro fide Christi, et Christianitas
 parum vel nichil In vindictam fecit
 Cuius anni notantur In hoc versu Pro-
 leges eos In tabernaculo tuo a contradic-
 tione Linguarum Sed In Illo verba
 contradictione secunda Litera dictione ve-
 putabitur & pro t.

Anno domini M^o III^c XIX^o conuenerunt
 In woudricem Domina Brabantie et
 Jacoba principissa Hollandie Johannes
 Dux baiarie Brabantie et Johannes
 Dux baiarie, et Ibidem terminato ar-
 chano consilio tandem conclusum est
 quatenus Johannes Dux baiarie cum
 fanore et charitate permanere deberet
 tutor Hollandie Zelandie et occidentalis
 Frisie per tres annos et omnia re-
 gimina atque Indicialia oppidorum et
 villarum deberent esse bipartita Ita
 quod una medietas esset ex parte domi-
 ne Jacobe et altera ex parte patris
 sui Johannis Ducis baiarie Insuper
 per quod deberet tenere Dordracum
 cum tota Luythollandia cum Rotter-
 dam Idem Gorckem et totam ter-
 ram Arkelsen cum Leerdam et
 villis adherentibus sibi Sed reciperet
 Ista In homagium de manu neptis
 sue

sine Ducissa Domine Jacobe Et In Illa
 pace erant pacificati et Inclusi tra-
 iectenses et Amerffordenses. Et extunc
 Domina Jacoba cum Johanne Duce Bra-
 bantie Iiit ad Brabantiam et Ibi per-
 mansit per aliquot ^(sic) tempus

Hic Johannes Dux bavarie tutor Hol-
 landie Duxit In uxorem Elizabeth Du-
 cissam de Luxemborch relictam anthanii
 Ducis Brabantie sed nullam prolem ex
 ea legitur suscepisse quo ^{facto} maxima quar-
 ra et crudelis valde exorta est Inter Hol-
 landiam et traiectense pontificium et Du-
 rarunt guerra Duobus annis cum Di-
 midio

Anno Domini M^o IIII^o XX^o communitas tra-
 iectensium hocrensibus Dudum expulsa
 ab oppido de Amstelredam obsedit In
 manu forti Tam dictum oppidum In
 qua obsidione traiectenses captivarunt mul-
 tos Amstelredamenses, et sic recesserunt

Eodem etiam anno Campenses cum trans-
 sijcelanis remigaverunt versus marcken
 Infulam maris prope Monikendam
 et combusserunt villam Infulae prefate
 Sed Hollandenses cum Waterlandis Ibi-
 dem aduenientes Campenses cum trans-
 celanis confusibiliter fugati sunt multos
 eorum Interfectis et captivatis et extra
 naues proiectis

Item

Item anno Domini M^o IIII^o XX^o In profesto
sancti Johannis ante portam Lati-
nam ciues traiectenses econuerso Incende-
runt. Domos reformatas In Yff-
steijn ab oppidanis

Item eodem anno sabbato M^o IIII^o XX^o feria se-
cunda post ascensionis Domini Reynal-
dus Dux Ghelvie et Johannes Dux baia-
rie tutor Hollandie defecerunt traiec-
tenses et Amerffordenses

Item eodem anno feria secunda post pen-
thecostes Jacobus Domicellus de gaesbeeck
et Ap^{us} Abcauda ob amorem predictorum
principum et propter Damna sibi Illata
defecerunt Dominium Fredericum episco-
pum traiectenses et ciuitates predictas
et Incendit Ameronghen Doerne Dijft
et omnia usque ad menia ciuitatis tra-
iectensis et fecit multa Damna In
Diocesi traiectensi Et Paulo post Reij-
naldus Dux Tylie et Ghelvie venit cum
magno exercitu ante Amerffordiam et
Dirastavit fere omnia suburbana oppidi.

De Johanne baiarie tutore
Hollandie

Igitur serenissimus princeps Johannes
Dux baiarie tutor et heres Hollandie
collectu^(sic) magno cetui suorum amicorum
cum magno apparatu militum et baronum
ad Hollandiam secedens homagiabatur

In

In omnibus ciuitatibus Hollandie tanquam
 verus heres et tutor Hollandie valde concor-
 diter et amicabiliter preterquam In ciui-
 tate Leydensi Sed quia partem suam val-
 de exaltabat Ideoque hoecrenses eodem anno
 videlicet m^o m^o xix^o volebant sibi prestare
 fidei fidelitatis homagium Inuidentes con-
 cordie et pacie fide per prefatos principes
 In woudrichem qui sibi valida conspira-
 tione constringentes nolentes se sub Do-
 mino Johanni bavarie Intrauerunt
 concorditer In ciuitatem traiectensem
 tanquam fautoriam partis eorum atque
 Illic Inter ministeriales ^{dis} concordantes
 pacis amicitiam reformatantes milites ter-
 ritorii et vasallos ecclesie Ipsis In
 completis complicis et auxiliatores sue
 partis acquisierunt et tribunicie digni-
 tatis scabinos et rectores ciuitatis tra-
 iectensis sibi In amicitiam copulantes
 cum eisdem et territorio Inferioris Domi-
 num Johannem bavarie Insuper et to-
 tam Hollandiam diffusi sunt multotiesque
 cum Ingenti satellitio vicinam Hollan-
 die partem villas potenter Incendentes
 magnam predam multimode facultatis se-
 cum gloriosius In Traiecto apportauerunt
 Contra vero cabelliauenes cum In-
 genti copia praepotentis exercitus terri-
 torium traiectense hostiliter Inuadentes
 Illud deuastantes Inque et ferro fere depopu-
 latis

pulati sunt atque cum spolijs diuersis
 suppellectilibus gloriose Hollandiam repe-
 darunt Erat enim diua guerra durans
 per biennium cum Dimidio Infra quos
 annos iidem hoerenses aliquando In-
 trantes secreta aliquas ciuitates Hollandie
 adiutorio suorū fautorū eas rebellare
 fecerunt contra Dominum Johannem bava-
 rie presertim ciuitatem Leijdensem sua-
 su burchgraviū Leijdensis, qui protine
 fere fuit capitaneus omnium hoeren-
 sium, Ita ut publice depredantes vicinam Linema-
 riam et Rinlandiam Ingressi fuerint pre-
 sidium Leijdense quorum Inflatam super-
 biam edomare Idem princeps volens cum gran-
 di exercitu anno M^o III^o XX^o circumvallauit
 Idem oppidum Leijdense per girum obsidione
 grauissima erigens multa terribilia Instru-
 menta cum quibus nimis acriter Laccessit
 oppidum

Tempore autem obsidionis ciuitatis Leijden-
 ses Johannes Dux bavarie obtinuit bel-
 lica manu prope ciuitatem Leijdensem Duo
 castra videlicet Poelgheest et Zijl atq; combus-
 sit et Destruxit

Insuper etiam Idem Philippus deposuit
 Dignitatem burchgraviatus nomine et
 re quia non retinuit In Leijdensi oppi-
 do nisi castrum thelonem, et adhuc
 caliam partem annue exactionem Dictam
 Die gruyt Cum prius consueuerat Ibi-
 dem creare scultetum schiltetum burgion-
 magistros

magistros et scabinos filius vero eius cum
 Duce Johanne existens etiam resignavit
 hanc Dignitatem pro se et tota sua pos-
 teritate sicut liberas desuper confecte
 plenius testantur Et sic Lejdenisium
 burchgraviu cessaverunt qui prius mag-
 nipotentes In Hollandia principes con-
 fuerant esse. Hic autem Philippus cum
 esset destitutus a burchgraviatu profugatus
 etiam a Dominio suo De Wassenae per
 filium proprium qui Illud obtinuit per
 potentiam Ducis Johannis de Bavaria

Econtra vero approbati armigeri Lejdenes
 Henricus burchgravius eiusdem civitatis
 cum suis civibus et hocrensis et tra-
 iectensibus etc. Interius Idem oppidum
 strenue Defensantes crebris assultibus
 Jovensem exercitum Infestaverunt atque
 cotidianis privatis bellis Ipsos Invenien-
 tes quosdam occiderunt plures Janciatos
 ceperunt ceterosque per repentinam fu-
 gam ab eis celeriter recedere coegerunt

Interea dum oppidum Lejdense cir-
 cumobseptum fuit cabbellianenses adier-
 javiorum suorum castra et munitiones
 cum plurimis scitarijs et diversis appro-
 batis armigeris Impetiose ceperunt et
 funditus diruerunt videlicet castrum de
 rijn castrum De Poelgheest etc. Tan-
 dem post obsidionem ix. ebdomadarum
 per amicabilem pacis Interloquium omne
 malum

malum litis ad bonum reconciliatum est
 quatenus burchgravius cum oppido Ley-
 denſi Turarent Johanni Duci bavarie fide-
 tatem et homagium Insuper quod de cetero
 nunquam contra Ipſum rebellare preſume-
 rent atque traictenſes libere ſicut Intraie-
 rant Ita eirent, quos tamen Dominus
 Egmondenſes cum ſuis complicitibus poſitis In-
 ſidijs In territorio traictenſi In levore
 magno fere omnes bellica manu truci-
 davit perſequens eos uſque ad portas civi-
 tatis traictenſis debitamq; vindictam ab eis ac-
 cipiens ex eo quod oppidum de Yſſelſteijn
 doſoſe diruerunt, et ſic Idem ex Dominus
 de Egmonda In magna gloria cum ob-
 tentis prædijs mirifice Triumphantis victor
 reſſiſſus eſt ad Hollandiam Et ſic diſ-
 ſoluta fuit obſeſſio Leydenſis et unuſ-
 quiſque ad propria remearit

Eodem vero anno Theodoricus de Merwe-
 da caſtellanus caſtri et oppidi ſancte Ghe-
 truidis habens ſub ſe centum et quingua-
 ginta egregios ſatellites hijs auditis Dire
 rebellare cepit contra Johannem Ducem
 bavarie ad quem ceteri hoecrenſes venien-
 tes facti ſunt ei firmamentum firmum
 atque valida conſpiratione Federati In
 Inuicem hoſtilem contentionem ſepe moue-
 runt contra principem Johannem Du-
 cem bavarie tutorem Hollandie et ſuos
 commilitanes Qui ex eodem caſtro bellica
 manu Hollandiam potenter Intraentes
 multos

multos pagos suorum aduersariorum
 crudeliter Idem Igne et ferro depopulan-
 tes cum rapinis exinde In prefatum
 castrum redierunt Et cum multotiens
 hec faceret facerent Dordracenses primo
 callide secundo potenter Idem oppidum In-
 trantes Idem castrum terribiliter et an-
 mo per girum vallauerunt obsidione stric-
 tissima quod sine Intermissione
 diuis Impergerunt assultibus Ex aduerso
 vero Idem Theodericus de Merweda vir
 totius belliger audax et strenuus Indig-
 natus de admissione suorum aduersario-
 rum In eodem oppido per prefati oppidi
 Incolas condignam ultionem ex huiusmo-
 di presumptione ordinans In profesto
 Sancti Lamberti totum oppidum Igne
 valido succillatenis cum ecclesia concre-
 mando exussit Quo comperto Inclitus
 Dux Johannes baiarie hanc violentiam
 diuere ferens atque Illatam contumeliam
 omnibus modis ulcisci statuens forte
 armatorum manu contracta venit cum
 omnibus ciuitatibus Hollandie Zelandie
 et Frisie In auxilium Dordracensibus
 videlicet XIII. die post conflagrationem
 oppidi eiusdem et circumvallauit In-
 cessanter cum diuersis formentorium Inge-
 nijs Illud castrum Infestans et quaf-
 sans maximis Lapidibus Ita ut turres
 maxime et fortissime In partes rupte
 ceciderunt In frustra

Contra

Contra vero egregii castrenses per afflic-
 tum creberrimum sese strenue Defen-
 tes ostiterunt hastibus suis valde Lan-
 dabiliter atque quamplures Tentus oppi-
 dam eliderent ^(sic) fundibales et missilibus
 Tandem post diversorum bellorum disci-
 mina et obsidionem xxvi. hebdomadarum
 venit Illustrissimus princeps Johannes
 Dux Brabantie anno salutis Domini M^o
 . . . l^o . . . XXI. et hanc ^(sic) altricationis Invidiam
 Inter utramque partem sagaciter et prudenter
 Intercepit tale promulgans arbitrium qua-
 tenus Theodoricus De Merweda castella-
 nus castrum redderet Domino Johanni
 duci banarie tutori Hollandie, et Ipse
 Liber et securus cum omnibus suis abce-
 deret et ad propria remearet quod et fac-
 tum est. Et Dux Johannes recipiens sub
 ditione propria castrum dissolvit obsidionem
 et ad Hollandiam victoriosus properavit

Eodem anno salutis M^o . . . lll^o . . . XXI^o In nocte pro-
 festi Sancte Elizabeth vidue ex magna ven-
 torum Intemporie effectum est undosum
 diluvium quod submersis hominibus et
 Tumentis Lachrimosum fecit exadium In
 quo perijt tota Zuijthollandia cum suis
 pertinentijs Ita quod ~~Influenta~~ Dam-
 na contigerunt In ea, Nam multi nobi-
 les barones utpote Dominus de Sevenber-
 ghen Dominus de Strijen Dominus de ^{Enna} ~~Enna~~
 Dominus de merweda &c. et poten-
 tes

tes dicentes milites et militares plurimi quorum multi tantum depauperati fuerunt quod coacti In exteris partibus mendicabant alii seruatoribus Tpsorum et alijs seruiuerunt

Item anno Domini M^o IIII^o XXI^o. In festo Johannis et Pauli traictenses et Amerfordenses combusserunt villam Ede cum ecclesia & Inde spolia multa acceperunt

Item Anno M^o IIII^o XXI^o circa festum vite et mortis martini papa secundus misit quendam cardinalem nomine brando In partibus Almanie ad predicandum cruce[m] contra hereticos h^osistarum In regno bohemie et eorum fautores et pragenfes Et factum est magnum passagium a fidelibus versus bohemiam contra Infideles Et Theodericus archiepiscopus capus coloniensis et episcopus traictensis et comes de misia fuerunt capitanei exercitus Sed parum profecerunt preter quod tria vel quatuor castra et duas civitates vicerunt Et recesserunt circa festum omnium sanctorum

Item anno Domini M^o IIII^o XXI^o In profecto Dyonisii Fredericus episcopus traictenses senex et grandis sedens In curru cum sex milibus armatorum et v^o equitibus venit de rienen In partibus

tibus Ghelvie et combussit. redichem et domos circa rosendale et villam velpe apud aernhem et fecit multa Damna et accepit magnam rapinam et cum magna Lande reuersus est ad propria saluis omnibus suis Econtra In die calidate Dominus de Egmonda Dominus ^{cellar} de Abcauda Dominus de cullenborch adiunctis Ghelvensibus combusserunt hantem ^(sic) Loerick Ameronghen et fere totum Inferius territorium Incendentes omnia blada In horreis et ceperunt maximam rapinam bestiarum

Item anno domini M^o CCC^o XXI^o circa festum Willibrordi Dominus Hejnorius De Hornaet Dominus Theodorius de hemmen hemmen et Johannes de Wije adiunctis sibi aliquibus Ghelvensibus posuerunt Infidias apud vieren et Illi de vieren eos Insequentes Insuperunt In Infidias Ibi que occisus In Impetu sex viris de vieren et xxxiii. captis ceteri fuga dilapsi sunt et Ghelvenes obtinuerunt spolia magna

Item eodem anno In presfesto Willibrordi Jacobus Domicellus De gaesbeeck cum suis satellitibus de wijck spoliaverunt ambo claustra In Oestbroeck tam monachorum quam monachorum In omnibus bestiis et magna rapinam ^{inde} eduxerunt

Item

Item eodem anno In nocte Sancti Anar-
tini traiectenses clam ceperunt oppidum de Was-
gheninghen per traditionem et ceperunt In
eodem Dominum Henricum de Hornoet
cum centum hominibus et oppidum In
cendio devaſtauerunt et continuo receſſerunt
Et Illi de aernhem e conuerſo oppidum
firmauerunt.

Item anno Domini M^o IIII^o XXII^o Infra
octauas paſche factum eſt bellum In teſtium
valde graue In oppido Haerlemensi Inter
oppidanos ex una parte et totum conſilium
oppidi ex altera parte Ita quod XXXVI. ho-
-menes de conſilio Interfecti ſunt per op-
pidanos.

Item eodem anno In menſe Septembri
Octobri et Novembri tota Weſtfrisia Water-
landia et Amſterlandia quaſi ſubmerſa eſt
per Infracſionem Infracſionem aggerum
ex nimia tempeſtate ventorum.

Item eodem anno XXII^o. Hubertus Do-
minus de Cilenborch Inſtituit collegium
canonicorum In Cilenborch Et eodem anno
confirmatum eſt per dominum Fredericum
epiſcopum traiectenſem.

Anno Domini M^o IIII^o XXII^o Dominus Luce-
derus de Cilenborch prepoſitus traiectenſis
portauit caput ſancti Adriani martiris In
eccleſia traiectenſi quod In abbacia Inſub
ſancte

sancte Marie ordinis premonstratensis
multis annis fuerat absque Decente ho-
nore

Divortium Jacobae Ducissae

Anno Domini M^o CCCC^o. XXII perpendentes
proceres et consilarios Illustrissime Duc-
cissae Domine Jacobae quod Inclitus Jo-
hannes Dux Brabantie maritus prefate
Ducissae Jacobae et Johannes dux bavarie
ut decuit pacem et concordiam invicem
servantes benigne et In tranquilla pace vive-
rent nec Ipsos Dux Brabantie ut opi-
nabantur super cabellianenses exaltaret
Trati valde atque archano consilio habi-
to proclivior suaserunt Illustrissime Do-
mine Jacobae Divortium celebrari oportere
Inter Johannem Ducem Brabantie
et Inter eam propter Illicitum conju-
gium, sine matrimonium quia Licet
Apostolicus male et sinistro Informatus
consensisset nondum tamen confirmavit
Quibus Dum Illustrissima Ducissa fe-
dem accommodasset Dixerunt eam secreta
primo In hannonia Deinde In anglia
ubi eam studio et consilio suorum proce-
rum supervivente adhuc Johanne Duce
Brabantie Dixit In uxorem egregius
princeps et Dux Dux de clocester. frater
regis anglie absque ecclesie Iudicio ap-
plicando mala malis Quibus nuptiis re-
galiter In anglia celebratis ^{eadem die} ~~apparatis~~ re-
gio venit In hannonia cum eodem Duce
rpto suo marito ^{ubi} per totam hannoni-
am

ann hortatu et precepto Domine Jacobe
 homagiabatur tanquam verus comes et Do-
 minus terre. per totam hannoniam et
 per omnes civitates

Quapropter Johannes Dux Brabantie ex
 illata confusione merito valde turbatus
 et tota Brabantia cum eo consilio firmiter
 confestim diffidavit utroque cum eorum
 complicibus Statimque collectis Immens-
 is bellataribus atque robur totius totius
 potestatis sine contrahend cum vexillis
 fulgidis et tubis stridentibus anemose
 hannoniam potenter Iniudens persequie-
 batur eos de Loco ad Locum Locum
 cuncta ex omni parte devastans atque debi-
 tam vindictam de hostibus suis accipiens
 potentissima obsidione circumvallavit fir-
 mum et valde munitum oppidum dictum
 Breyn quod cum diu terribiter diversis
 Ingenijs Infestasset et parum profecisset
 appositis scalis post Longam obsidionem
 rebellanti manu potenter vicit et crudeliter
 omnes utriusque sexus In ore gla-
 dii Interfecit atque captum oppidum
 funditus devastavit Et exinde terrore
 magnipotenciae sine profugatis omnibus hos-
 tibus suis totam hannoniam triumphali
 gladio ditione sine subegit Quapropter
 Dux de cloeyster confusus Infecto ma-
 trimonio sibi Illicito tristis redijt ad
 angliam

Item anno Domini m^o lll^o c^o xxiii^o In craste-

no natiuitatis baptiste hora tertia vel
 circiter post meridiem Reijnaldus Dux Tu-
 lie et Ghelvie subitaneus mortuus et est
 apud villam ter Lette prope rosendale
 absque Liberis qui sepultus requiescit
 In clauistro carthuisiensi dicto moni-
 chuijsen prope aernhem hic autem satis
 pacificus fuit cum vicinis Dominis
 suis et reformauit quamplurima castra
 videlicet rosendael et Flatterm superex-
 truxit quod frater suus Incepit Ham-
 bach In partibus Tulie

Item eodem anno In octaua Epistolorum
 Petri et Pauli Arnoldus filius Domini
 Johannis de Egmonda &c. natus ex
 filia Domini Johannis de Arkel tan-
 quam verus heres Domini Reijnaldi ducis
 Ghelvie defuncti ab uniuersis ciuita-
 tibus et oppidis Ghelvensis et ab om-
 -nibus nobilibus unanimiter receptus In
 ducem Ghelvie prestantes ei fidelitatis
 homagium dempto Johanne de Bieren
 preposito Aquensi et sancte Marie
 traiectensis qui mansit contumax
 usque victoris.

Item anno Domini 1214^o 27^o 1111^o In fes-
 to Marie Magdalene Arnoldus de Eg-
 monda dux Ghelvie &c. 21111^o annum
 agens duxit In uxorem quoad despon-
 sationem

lationem Katherinam filiam Adolphi
Ducis elixensis septimum agentem an-
nim cum venerit ad annos p[ub]ertatis

Anno Domini M^o IIII^o XXIII^o In festo sanc-
ti Dionisii egregii martiris et pontificis
obijt In castro de ^(sic)ullenho Illu[st]ris pater
Dominus Fredericus de Blanckenhem episc-
opus traiectensis Longeva senectute
proiectus postquam xxx. annis ~~decum~~
dimidio valde egregie eandem rexisset qui
a proceribus et ministerialibus suis no-
bili apparatus usque ad portas civitatis
traiectensis In curru pompe Deiectus
est et a cuncto populo et clero cum cruci-
bus et sacra religione genuit[us] et contica-
fionebria In excelso personantibus suscep-
tus est et In cathedrali ecclesia sepultus
requiescit sub tumba mirifice et sumpt-
uose elaborata contigua australi parti cho-
ri cum armis nobilitatis sue et cum sub-
sequenti epitaphio In quo gesta sua per-
lucide patent scilicet

Presul magnificus de blanckenhem Fre-
dericus

Nobilis ex genere conditur hoc
opere

Corsart ablatum revocans vi Drent
comitatum, reddidit ecclesie Invenit et
patrie

Groeninghesu p[ri]dem refugam construxit
et Idem Holtenu sed k[un]jvre d[un]t ad hoc
emere

Ferram

Terram Stellingwerff domuit que cremando
 Scoterwerff
 Sic nocuit nocuis profuit Innocuis
 fregit Rikensteijn pro demeritis et Eux
 steijn

Annis ter que Decem vixit hic ante
 necem

XX. bis cccc que quater semel M. Dum
 scribitur III.

Ter octobris nono cesset agone bono
 O res alme poli celum Tps claudere noli

Item eodem anno nonas octobris sepul-
 to Frederico episcopo traiectens quidam
 pars capituli ad Instantiam Adolphi
 ducis cliuensis postulauerunt Rodolphum
 de Diepholt prepositum osnaburgensem
 quidam pars postulauerunt Johannem
 de Bieren prepositum aquensem et bea-
 te Marie traiectensis Et Ideo magna
 dissensio erat eo quod Capitulum non
 fuit ratum propter absentiam Decani ma-
 ioris ecclesie

Sed Dominus martinus papa secundus
 annotis hijs diebus contulit zwedero de
 Culenborch nato preposito maioris ecclesie
 ecclesiam et pontificatum traiectens Et
 Zwederus obtenta confirmatione anno xxv.
 In profesto Petri ad vincula Intrauit
 ciuitatem Amerffordensem et Tbidem
 receptus est In episcopium prestantes
 ei

in ei fidelitatem Et In crastino beati
Bernardi abbatis decenter traiectum aduenit
et L II. episcopus traiectens cathedralis
est Et In Instanti eodem die facta est
dissensio et guerra In ciuitate traiecten-
= si Inter burgenfes propter ^(sic) prescriptos
qui cum eo Intrauerunt Et In Illo
conflictu occisi sunt aliqui de ciuibus
traiectensibus ex aduersa parte prescriptorum
et precipue rector ciuitatis dictus proys

Item anno Domini M^o IIII^c XXIII. obiit
Dominus Otto de su ^(sic) hien episcopus mo-
nasteriensis vir multum strenuus
qui multas victorias obtinuit et rebelles
Episcopatus suo strenue subiugauit Et
Henricus de Moirsa prepositus bonnem-
= sis electus est In Episcopum

Item Eodem anno In crastino Griffini et
Griffiniani Arnoldus Dux Ghelvie De-
uicis Inuidice Wilhelmum de Dructen
cum suis complicibus propter traditionem
per eum In bello Gorinchemensi fac-
tam et precipue de homicidio perpetrato
In oppido Maes-boemel et Iudica-
uit eum regium martis et expulit eum
ex tota Ghelvia. etc.

Item eodem anno Idem Arnoldus
dux circumvallauit cum grandi exer-
citu

citū castrū Zwaneborch super anti-
quam ijfelam, eo quod spoliaverunt
et ~~captivaverunt~~ captivaverunt cives aern-
hemenses et noiumagenfes Et In-
fra hebdomadam obtinuit

Exequijs Itaque reverendi Patris
Frederici celebratis Domini capitulares
electionem de novo celebrantes In duo
sunt divisi Nam minor pars elegit
reverendū Dominū Zwederū de
Culenburch cū adhefit cū tota militia
territoriū Inferius trajectense Maior
vero pars elegit Illūstrē virū Ro-
dolphū de Diepholi canonicū colonien-
sem, virū quāsi secularem ~~qui~~ cū
adhefit tota terra transijcelana multi prin-
cipes Insteterunt pro amicis et consan-
guineis Ipsorū Theodorici colonien-
sis Justit pro Domicello walramo
de moirs fratre suo Episcopus Leodiens-
sis pro Domicello Johanne de Bueren
preposito sancte Marie Episcopus
monasteriensis pro Domicello Al-
berto de Fluen de quo fuit avunculus
Dūa cliensis pro Gerarda Domicello
de cliis Dūa cliensis ^(sua) pro Rodol-
pho de Diepholt nepote suo Et plures
alii pro alijs

Anno Domini M^o IIII^o XXV^o feria secūda
Infra

Infra octavas assumptionis cathedralis
 fuit episcopus Fredericus obtenta confirma-
 tione a Sede Apostolica venit cum per-
 pulchra comitiva plebis et militie tra-
 iectum ubi more solito solemniter cathe-
 dratus est LII. episcopus seditque octo
 annis sed non fuit pacificus episcopus
 nisi ~~decem~~ mensibus Hic omnia epis-
 copalia castra sagatissime et plene refer-
 ta cunctis necessarijs ad Inuenit Sed
 quia complicis sui aliquos tribunice
 dignitatis viros sibi contrarios Inuiste
 et dolorose Irucidabant In plateis
 et Lectulis et precipue burgimagister
 Bernardus Proes In Lecto suo occisus
 fuit et quicquid actum fuit episcopus
 dixit quod Ipse fecit et Loco sui factum
 esset Ideoque anno sequente Amici occi-
 sorum viri ditates ditates et potentes
 validam conspirationem cum aliquibus
 vasallis territorii Inierunt qui Inse-
 parabilis amicitie cum
 Rodolpho de Diepholt etiam electo per-
 cesserunt et sese valide restrinxerunt
 ut eum Introducerent ad possessionem

Sepulto Igitur Frederico presule mag-
 nifico Rodolphus Dux cliensis quan-
 tatius ad traiectum veniens Dixit se-
 cum Rodolphum de Diepholt virum
 nobilem archidiaconum spa-burgen-
 sem, et canonicum ecclesie colonien-
 sis

sis quatenus cum ceteris vasallis ecclesie
 supplicaret ut Rodolphum prefatum
 In episcopum postularent. Nos Mi-
 nisteriales ergo et ciues et specialiter
 Lichtenburgenses Lichtenburgenses vi-
 dentes potentiam eiusdem ducis sup-
 plicantis supplicatorias preces et Ip-
 si cum duce pro eodem Rodolpho fut-
 derunt quidam autem concapitularium
 elegerunt prepositum sancte Marie
 fratrem Domini de bieren Sed ma-
 ior et sanior pars postulauit Domi-
 num Rodolphum ad Instantiam du-
 cis diuensis et ad Instantiam ciuitatum
 traictensis Dauantriensis Campensis Zwob-
 lens Amerffordenfis et Groeninghenfis
 Electione vero more solito celebrata
 clerus cum populo tripudiabat In Leti-
 titia et gaudio Fe. Teum Landamius
 solemniter In organo decantantes Et
 conuocato sequenti die Capitulo Lega-
 tos suos nobiles viros miserunt festi-
 nanter ad romanam curiam quatenus
 Domino Apostolico tunc Martino
 secundo electionem canonicè celebratam
 Innotescerent ut eundem quem post-
 tulauerant eis In episcopum Inuef-
 tret et confirmaret Dominus autem
 Apostolicus electionem diligenter exami-
 nans reperit hominem ~~siue~~ li-
 -teris et pene secularem electum quae-
 re postulationem minime admisit et
 talem

talem Indignum confirmare penitus
recusavit movens tamen electores ut denique
ad electionem procederent et talem se-
cundum canones personam eligerent
cujus vita et scientia posset omnibus
prodesse In exemplum Ipsi autem
mandata eorum apostolica contem-
nentes contumaciter alium eligere quam-
pridem postulaverant recusarunt.

Videntes Igitur trajectenses quod Do-
minus Apostolicus, venisset assentire
postulationi eorum conveniunt cuncti
vassalli et ministeriales ecclesie necnon
et consules civitatis trajectensis et par-
tium transjcelanum In D. anantria prae-
sente d.uce cliuensi ubi habuerunt ar-
chanium consilium quod quid eis utile
foret In his arduis causis facien-
dum Et conjuratiōe facta ex qua
necessum Dominum Rodolphum poter-
ant habere episcopum saltem ele-
gerunt eum habere sive patrie tuto-
rem et defensorem qui continuo hac
potestate fretus cunctas possessiones et
redditus ac castra et praedia ecclesie In
suos usus assuit Tunc papa Mar-
tinus videns quia electio ad sedem Apo-
stolicam propter electorum contu-
maciam denotata esset et sciens quia
nobilis esset ecclesie et valde re-
ligiosa et quia multi viri reli-
giosi et scientifici favent In
ea

ea tradidit Episcopatum Domino Zwedero
 Spirensi episcopo viro religioso Literato et
 nobili qui episcopium magnis debitis aggravi-
 tum Invenit Hic Igitur Zwederus natus
 de Cilenborch In anno Domini M^o IIII^o XXV^o
 In octava assumptionis beate Marie
 LII^{us} episcopus Inthronizatus est In civi-
 tate traiectensi Sed anno sequenti adven-
 sante sibi Rodolpho de Diepholt postulato
 Idem Zwederus episcopus cum quibusdam
 canonicis In vigilia penthecostes expelli-
 tur a civitate traiectensi, et mansit
 expulsus usque ad obitum Ipsius Attamen
 In plerisque oppidis Hollandie suscep-
 tus est pro vero episcopo et propter expul-
 sionem dimembrauerunt se a sedis traiec-
 tensis obedientia et adheserunt Domino
 Zwedero prefato Unde et gravis discordia
 excrevit In Hollandia

Quapropter anno Domini M^o IIII^o XXVI^o In
 vigilia penthecostes circa meridiem stren-
 nuus Dominus Johannes de Rijnauwen
 de veness miles venit stipatus paucis fa-
 tellitibus scilicet cum XIII^o equitibus ex
 parte Domini Rodolphi de Diepholt et
 occupavit civitatem traiectensam atque vi-
 cit statim multos scilicet prepositum sanc-
 te Marie et Dominum de bueren fratrem
 eius etc. favore et pecunijs atque pro-
 missionibus corruptos sibi In auxilium
 copularunt cum quibus parte Domini Zwe-
 deri

den veri episcopi expulsa Introduxit prefatum
 Rodolphum de Diepholt atque taliter
 qualiter potenter In chatedrari decrevit Quo
 facto omnes fere canonici quinque ec-
 clesiarum nolentes consentire Intru-
 sionem violentam contra Jus et decreta ec-
 clesie Ipsius Rodolphi sese a civitate
 absentaverunt et ad Dominum Twederum
 cum omnes Juramento astrictu fidelitas
 erant Et non multo post Institu-
 ti sunt per nephas atque Intrusi
 multi alii canonici Loco absentantium
 se a trajecto Acta fuerunt anno hec
 anno Domini M^o IIII^o XXVI. ^{Ex} quibus maxi-
 ma quarra oriri cepit et maxima parcia-
 litas non solum In territorio trajecten-
 si, verum etiam In Hollandia Ghelvia
 et omni diocesi trajecten^{si} Unde epis-
 copus verus Dominus Twederus de Culen-
 burch Jurisdictionem habens per Hollan-
 diam et Ghelviam auctoritate Apostolica ex-
 communicavit per totam Diocesim prefa-
 tum Rodolphum Intrusum et suos
 factores et excommunicationem per totam
 Diocesim publice exequi mandavit In
 omnibus ecclesijs Quod et factum est
 qui Rodolphus cum suis excommuni-
 cationem parvipendens gravatur reaggrava-
 tur et tandem tanquam membrum
 putridum et abscissum per Apostolicam
 declaratur Sed Ipse Rodolphus velut
 Ipsis furda appis furda auribus claus-
 sis

sis obduratus nil de Jure ecclesiastico
 curans collectis et contractis pinguium
 Immensis copijs castra et fortalicia
 Episcopalia violenter cepit et suis fi-
 delibus premuniavit Ex quo Lamenta-
 bili casu et disceptatione ecclesia tra-
 iectens nimium humiliata fuit

Anno Domini M^o III^o XXIII. In crastino
 natiuitatis Johannis baptiste obiit Il-
 lustris princeps Reynaldus Dux Tulie
 et Ghelvie comes Lutphanie sepultus
 In manichusen ordinis charthuseusis
 prope Wilhelmium Germanium suum
 Cui statim successit Arnaldus filius
 Illustrissime Marie filie Domini de
 arkel et ex Domino De egmonda ge-
 nitus

Eodem anno perijt decollatus In Hagha
 ante palatium Dominus Johannes de
 Vliet miles ac In frustra diuisus sus-
 pendebantur membra eius ante por-
 tas capitalium ciuitatum Hollandie
 In spectaculum eo quod it dicebatur ve-
 neno Intoxicauit et Infectum Domi-
 num Johannem Ducem bauiarie quia
 propter Johannem Dux Brabantie
 scripsit Johanni Duci bauiarie qua-
 tenus sibi vellet contra potentiam Ducis
 cloestrie In auxilium venire Super qui-
 bus Johannes Dux de bauiaria sibi res-
 cripsit

cripsit quod tertia Decima die a receptio-
ne firarum literarum. Indubitanter
veniret ad eum vita comite Sed Imme-
diata cepit subito Infirmari de fevo In
tertia Decima die a receptione literarum
predictarum

Anno Domini M^o III^c XXIII. In festo epis-
phanie In auroa obiit Illustrius To-
hannes Dux bavarie In Hagha In
palatio Qui sepultus requiescit In cho-
ro conventus fratrum predicatorum In
Hagha In australi parte eiusdem cho-
ri postquam Hollandiam tutoris no-
mine strenue per VII. annos resisset

Post cuius obitum cabellavenges In-
tradiserunt serenissimum principem
Mohannem Duce B. brabantie In Hol-
landiam quorum consilio et auxiliis In
omnibus civitatibus homagiabatur tan-
quam veris comes eo quod esset Legitti-
mus maritus Domine Jacobe Contra
vero Ducissa Jacoba protunc In han-
nonia cum hoerensibus suis compli-
cibus moram trahens dolens se ab Hol-
landia secludi nec vires suis for-
liris contra tot magnates posse sufficere
ad resistendum eis habito seniorum et
siorum procerum consilio maturo mi-
sit segregatum florentium de kiffhocck
cum hoerensibus consensu margarete Du-
cissa

cisse de burgundia matris sue versus Schoen-
hoviarn ut eam occuparent et ditioni sue
potenter subijcerent Quid et factum est
Nam florentinus de kijshoek cum suis
callide oppidum Ingressi confestim oc-
cupaverunt circumvallando Impetuose
Idem castrum cuius ante presidium bel-
lica manu potenter vicerunt valde egregie
Supra quod castrum erant capitanei et
castellani viri egregii et strennii felices
Wilhelmus de colster et Albertus Dic-
tus bejlinck stipati quinquaginta ap-
probatis armigeris

Itaque hoerenses Incessanter Idem
castrum diu Inpegerunt assultibus ac
diversis tormentorum generibus Contra
vero castrenses Indefinenter sese defensas
tes per sex hebdomadas satis Ipsis
formidolose obstiterunt quoadusque coacti
penuria victualium Ipsum castrum Libe-
re salua vita omnium castrensiu
Dempto Alberto bejlinck Ipsis ad nu-
tum Ducisse tradiderunt Albertus Itaque
bejlinck affectuatus de vita per men-
sem dimittebatur Liber Tre at ad suos
prestito solummodo Turamento post
mensum ut rediret rediuntem ergo post
mensum ex antiqua Invidia viuum
sepelierunt prope quoddam molendi-
num In noctis umbra

Interea

Interea nobilis Domicellus Jacobus Dominus de Gaesbeck de Apcauda De puit et strien ordinatus rector Hollandie egregie regens totam patriam ex parte Ducis Johannis Brabantie mariti Ducis Jacobe eliminavit atque prescripsit omnes aduersarios prefate Ducis cuius etiam studio anno Domini M^o III^o XXV^o ciuitas Schoenhovie extiterat circumuallata et obfessa In profesto sancti Lugderi In ieiunio ab omnibus fere ciuitatibus Hollandie Zelandie et Frisie Demptis Tiericree Gauda Amdwater et Brielis que ciuitates stantes neutrales non Intro-miserunt se de prefata guerra

Igitur prefatus Domicellus cum ciuitatibus Hollandie Ipsam oppidum et castrum valde terribiliter cum diuersis Ingenijs Impegerunt et cotidianis assaultibus nimis acriter Insestauerunt Contra vero nobiles hoccrenges cum quinque ^(sic) militibus et viginti Domicellis cum oppidanis et alijs fortissimis bellatoribus In unum collecti et In dicto oppido recepti multotiens tempore obsidionis e portis erumpentes hostili acie Hollandinos priuato bello petunt ac eos hostiliter Inuadentes totum exercitum disturbaerunt atque victoria positi cum multis captiuis et preda maxima victorioso regressi sunt

Insuper

Insuper quadam nocte secrete approbati
 armigeri Ducisse ex Schoenhovia declinan-
 tes venerunt ante Rotterdammis quod
 oppidum navigio Intrañtes potenter cepe-
 runt ex portu ^(sic) eiusdem oppidi multas
 naues cum reliqua maxima preda quas
~~agaciter~~ sagaciter deduxerunt, per fluxum
 maris versus Schoenhoviam quod Rot-
 terdammenses agnoscentes contractis suorum
 oppidanorum validis copijs cum cornibus
 horrifanis et vexillo oppidi eos Insequen-
 bantur volentes raptam predam violentis
 excutere vel pro Illata sibi contumelia
 cruentum bellum cum eisdem committere
 Et ecce convenientes In unum pro-
 pe Schoenhoviam magna strages Inhor-
 ruit nam certantes ferere pro corona
 victorie post oblongum conflictum Rotter-
 dammenses terga vertentes profugati sunt
 a bello et ex magna parte passim occisi Et
 sic strenui preliatores Ducisse Jacobe
 tropheum Landis adepti capto vexillo civita-
 tis cum sculteto et pluribus alijs Rotter-
 dammensibus victores Schoenhoviam Leti
 Ingressi sunt Tandem post Longam ob-
 sidionem cum Hollandienses milites et
 Domini perpendissent quod parum vel ni-
 chil profecissent et civitas faciliter sine
 magno discrimine capi non posset volentes
 obsidionem dissolvere cum hanc miserunt
 Solemnes preces pro Adolpho Duce
 cliensi et pro comite de moirsa quate-
 nus

nus Ipsi ordinarent treugas vi. hebdo-
 madarum et eo commodius sine damno
 uniusquisque ad propria remearet quod
 et factum est Et sic post obsidionem
 xxiiii. septimanarum et quatuor dierum
 scilicet In festo decollationis sancti bap-
 tiste dissoluta est obsidio relicta civitate
 Schoenhovenensi Illefa. Cuius obsi-
 dionis tempus et annus continetur dis-
 tincte In hoc metro
 Rüger max vallat Schoenhof sane col^(See)
 et aurfert.

(vozem legere non possum)
 Eodem tempore Impetravit et recuperavit
 cornes Dominus de hoc --- per carnitem
 de moirsa Dominium de altena cum
 oppido De waudrichem a quo violenter pa-
 rentes eius Deiecti fuerant

*(Hae fere paginae
 in Cod. vacuae
 relictas erant.)*

De dūce Philippo bürgūndie comite
 flandrie bürgūndie arthesie Do-
 mino machlinie Salinarum he-
 rede et tutore comitatum han-
 nonie Hollandie Zelandie et Do-
 minii Trisie

Philippus igitur dux bürgūndie martuo
 illustri principe Johanne dūce bavarie
 herede et tutore Hollandie avunculo suo
 per cabbelliavenses vocatus ex flān-
 dria eo quod dūcissa Jacoba neptis sua
 non haberet aliquam prolem et Ipse
 proximior sanguis et verus heres comi-
 tatum hanonie Hollandie et Zelandie
 Jam foret qui cum maximo appara-
 tu plebis et militie persequitur can-
 ductum cabbelliavensium ad Hollandiam
 veniens statim Introductus fuit et ac-
 ceptatus per Dordracenses tanquam
 verus heres Hollandie

Erat enim hic illustrissimus princeps
 Philippus dux bürgūndie filius mar-
 garetę filius Alberti dūcis bavarie co-
 mitis hanonie Hollandie et Zelandie

Insuper Wilhelmus dux comes Hollan-
 die pater Domine Jacobe habuit In
 uxorem sororem patris sui Ita quod
 Philippus

Philippus dux Burgundie et Isabella Jacoba
 ducissa comitissa Hollandie fuerunt In
 proxima Linea scilicet uterque fuit fi-
 lius avunculi et matertera In invicem

Philippus dux Burgundie duxit in uxorem
 Isabel filiam Johannis prepotentis
 regis portugalie de qua genuit tres fi-
 lios scilicet Inducium Indocium et
 Anthanium et ^{Karolum} Jacobum sed duo de
 ipsis mortui sunt In Juventute Ter-
 tius autem per cunctipotentis gratiam
 Karolus nomina supervixit.

Notandum vero est quod subsequitur
 nam relatum est a fide dignis quod
 pater eius rex portugalie cum filiam
 suam mitteret ut desponsaretur Philip-
 po magno duci prefato spiritu prophe-
 tico ad eam dixisse fertur filia mea
 Charissima tu tres habebis filios et
 quos Ipsa Lactaveris vivent quod
 vero non morientur Primo ergo In-
 docium et Anthanium proprijs non
 Lactavit ^{ub} ~~ver~~ribus et mortui sunt antes
 quam ^{per}venissent ad maturam aetatem, sed
 tertium Karolum nomina ipsamet
 Lactaverat iste mansit solus su-
 perpes In vita qui etiam in suo bap-
 tisterio suscepit militarem ordinem

Insuper iste Philippus magnus
 dux Burgundie habuit multos bastar-
 dos

dos et bastardas quos omnes honorifice ditavit atque magnificavit secundum excellentiam suae maiestatis gloriosus Itaque rex Philippus in sua juvenili etate mirabilia et quasi inaudita multis seculis perpetravit cum Henrico Rege Anglie in regno francie

Postquam rex francie Ideo occidisset patrem, videlicet Johannem Ducem burgundie nam bellicosa manu profugavit ipsum regem francie ~~franco~~ De toto ^{regno} suo ac urbem Insignem parisiensem armata manu intravit

Insuper et Philippus iste pro remuneratione eterne beatitudinis obtulit in colonia sanctis tribus regionibus lampadem auream perpetuis temporibus arsuram

Verum etiam Idem dux gloriosus providit fratribus minoribus Therosolimis sepulchrum dominio custodientibus, omni anno mittens eis alimoniam et cetera alia necessaria victui quotidiano

Hic etiam magnus Philippus dux habuit quendam avunculum, qui fuit bastardus Alberti ducis cui nomen erat Wilhelmus miles egregius qui In vita sua bina vice visitavit sepulchrum Christi

Christi Therusalem et corpus sancte Ka-
therine In monte synag qui ordinem
militarem suscepit Therosalimis

Hic ergo Wilhelmo strenuo militi
Idem dux donavit in feudum tria villa-
gia in occidentali Frisia videlicet Scha-
ghen berninghorn et Florinchusen Et
Iste Wilhelmus miles et bastardus Ar-
berti ducis fuit primus dominus de Scha-
ghen

Anno domini millesimo quadingentesimo xxv^o
ciuitates Haerlem Leydis et Amstelredam cum
multis et infinitis bellatoribus et opidis
Hollandie contractis conuenerunt usque ad
villam de Alphen

Et econtra gaudenses cum tota eorum po-
tentia subito ad locum iam dictum contra
prefatas ciuitates in bello aduenerunt nec
mora quando gaudenses cum suis aduersa-
rijs perniciter in iniicem irruerunt

Tandem post oblongum conflictum gauden-
ses victoriam adepti sunt et triumphan-
do bellicosa manu obtinuerunt strenue veal-
lum ciuitatis Haerlemensis Leyden ses
et Amstelredamensis. Contigit autem hec
eruenta strages altera die post festum un-
decim milium virginum

Igitur eodem anno scilicet m^o cccc^o xxv^o

Illustri

Illustriſſis Johanneſ Dux Brabantie ſciens
 eundem Philippum Ducem burgundie
 verum heredem Hollandie conſilio ſuorum
 primatum ordinata fuit ſolemⁿⁱ Dieta cum
 omnibus principalibus civitatibus hanno-
 nie Hollandie et Zeelandie in hanno-
 nie in oppido dicto berghen In qua ve-
 nerunt Johannes Dux Brabantie Philip-
 pus Dux burgundie et domina Jacoba
 duciſſa bavarie comitiſſa Hollandie Ubi
 inter cetera concludum et decretum fuit
 quatenus Philippus Dux burgundie tam-
 quam heres ordinaretur tutor Hollandie
 Zeelandie et Friſie et Johannes Dux Bra-
 bantie habebat hannoniam, Sed il-
 luſtriſſime patriciſſe duciſſe Jacobe proch-
 puros nihil omnino assignaverunt ex
 paterna hereditate ſed ut quidam tradunt
 iam concludum fuit de eius captivitate
 occulte fienda per predictos duces quod
 et factum eſt Et Philippus Dux burgun-
 die duxit ſecum inclitam Ducem Jaco-
 bam neptem ſuam ad gaudam, Ubi
 illa nobilis proles ſub cuſtodia manſit
 aliquo tempore, quaſi captiva cum pau-
 ca familia

Tandem aliqui proceres Hollandie ex parte
 cabbeliavenſium ſuis ſufurrationibus
 et veneratis conſilijs eundem Philippum
 Ducem ad hoc Inſtituerunt ut ipſe Dux ſe-
 crete clauſiſſet eandem Dominam Jacobam
 caſtrali Tociunde mancipaſſet cuſtodie
 cum

cum parca familia In castro de Rijfele
in qua omnibus diebus vite sue tanquam obses
permanisset Sed dum hoc minime prae-
sidentiam ducisse latuisset significavit hoc
..... secretissime ordine celerrime pre-
cipiis amicis & fidelibus suis qui deliberato
et archano consilio habito valde condolentes
sibi ignorantes quomodo possent eam liberare

Demum duo videlicet Arnoldus Spirinck
de aelburg et vos de Delft commorans
in hiesden habentes preparatos equos ^(sic) ubique
venerunt causa visitationis in quibusdam ^(sic)
habentes breves viriles vestes sub vestibus
suis apud eandem Dominam Jacobam quas
cum induisset ixit sese sola sub specie
viri cum illis duobus per custodiam
sibi deputatam et nemo eam cognovit eo
quod non suspicabantur eam sic exituram
Statimq; ascensis equis ad hoc bene prepara-
tis equitauerunt per totam illam noc-
tem Donec venirent Antwerpiam Tūque
statim preparatus fuit plastrum siue
curruis cum fortibus equis et siue dila-
tione equitauerunt ita quod circa crepuscu-
lum venerunt in woudrichem Deinde in
castro de hockele tertia vero die hora no-
na ante meridiem In Vianen deinde in
Schoenhoviam Donec tertia die venissent
fessi valde In woudrichem Deinde in
Vianen ubi exiens se vestimentis viri
induit habitum muliebrem ubi gra-
tiose recepta est, et honorata per
Dominum

(vocalam intermedean
legere non potui)

Dominum Henricum de Vijanen militem et
navigavit statim cum eodem versus Schoen-
hoviam et facta est letitia magna per to-
tum oppidum De Jucunda adventu suo

Ubi confestim hoerzenges convenientes
pro magna parte navigavit altera die ver-
sus gaidam ubi similiter accepta fuit tan-
quam vera ducissa et comitissa Hollandie
Similiter post hoc perrexit in oppido
Aldewater ubi adiutorio Dominorum de Vijan-
nen et Montforde etiam introducta fuit tan-
quam domina Hollandie. Contra vero ceterae
ciuitates Hollandie indignate et hoc egre
ferentes diffidaverunt eam cum suis com-
plicitibus sic quod magna et periculosa quar-
ra inde inter eos proveniebat hoerz-
enges vero requisierunt sibi in auxilium
cum predictis Dominis territorium infer-
rius trajectensis et Doravitt diravit illa
quarra fere tribus annis

Anno domini M^o cccc^o xxvi^o quarta die mens-
is aprilis Domina Jacoba colligens ar-
migeros ex ciuitate gaidensi ex Schoenho-
via ex Oudewater et Kenemarsa obsedit
ciuitatem Haerlemensem quam cum tri-
telis Ignitis et bombardis ac cum Diversis
tormentis per quatuor hebdoma-
das Laccessit

Quapropter Philippus magnus duo bus
quindie congregavit copiosum exercitum

ex Flandria et Picardia in quo exercitus
 fuit etiam Dominus de Lichtenvelde et
 Cammer^(sic) quos Philippus dux Burgundie
 destinaverat ad Hollandiam et usque
 in Lejdum pervenerunt proponentes die se-
 quenti Dominam Jacobam prefatam
 de civitatis prefatae obsidione cum poten-
 tia propellere quod cum percepisset Do-
 mina Jacoba subito lacum metavit,
 et cum suis bellatoribus occulte usque
 ad fluvium In Alphen pervenit, et rep-
 perit Lejdenses cum ^{toto} exercitu prefato in vil-
 la prenominata. Quod cum conspexisset
 Dominam Jacobam adesse preparaverunt
 se ad bellum. Tenim Dominam Jacobam ex
 sua animositate cum telis stridentibus
 et e recillis rutilantibus in aggere af-
 tetit et hinc exercitum in propria per-
 sona occisione prefato. Et ecce con-
 currentibus utriusque partibus in unum
 armarium ^(sic) bellum inhorruit.

Denique post utriusque partes horren-
 dum excidium Dominam Jacobam obtinuit
 victoriam laudem. Cecidit autem in
 eodem bello Otto de Remmerswael bal-
 -vies Luytlandie cum plerisque nobilibus
 et scutaribus audacibus.

Interea anno Domini millesimo cccc^o xxvi^o
 venit ex Anglia Dominus Jacobus in auxilium
 Dominus de Fulwater cum multis armige-
 -ris.

ris in Zelandia missus a dūce dossester
 reputans se Legittimū maritū Do-
 mine dūcisse Jacobe, venit igitur In in-
 sula dicta schauwen prope Tievorec cū
 firmiter adheferunt Dominus de haemsteden
 cū omnibus hoeczenibus, morantibū
 in Zelandia qui que congregantes se ibidem
 decreverunt nauigare versus gandam apud
 dūcissam Jacobam Cum ergo naviga-
 rent ignorantes dispositionem aquarū
 supervenerunt ex parte nobilis Jacobi do-
 micelli de Gaesbeeck multi armigeri ex
 oppido gheeroliet et ^{Dno (Sec)} Domino de pūt cū ba-
 liūo Ipsorum cū cornibus stridentibus
 et ^(Sec) eos animose debellarent Quod anglici
 videntes non valentes se mouere de Loco
 eo quod per refluxū maris fixi
 super paludifam terram persteterunt, red-
 diderunt se salua vita ipsorum genere ^(Sec) et
 captiuitate baliūi et predicti Domi-
 celli de gaesbeeck Quo facto omnes gheer-
 oliet venientes carcerali mancipabantur
 custodia captiui

Igitur Philippus dux burgundie tutor Hol-
 landie percipiens anglicos in Zelandia
 cū hoeczenibus collectos aggregauit va-
 lentes armigeros cū quibus et cū om-
 nibus capitaneis ciuitatibus Hollandie oc-
 currit predictis apud villam dictam braues-
 schauen in profesto sancti Ponciani
 martiris

(f. domeno)

martiris ut in virtute magna disturbaret aduersantem sibi huncum et ecce confecto iam prelio in fremitu buccinarum et sonitu ~~tympanorum~~ tympanorum anglici armose cum hocrensis forinidolosum agentes prelium In primo congressu multos occidit Dominum Franconem de Borffel Domicellum Jacobum de Borffel letaliter vulneratos prostrauerunt et tanquam intrepidi pugiles dire pro corona victoria certantes nobiliter persequerant.

Tandem Dordracenses a latere venientes diuiserunt anglicanum exercitum et pene omnes occiderunt Et sic inclitus dux Philippus burgondie Hollandie tutor triumphantem belli obtinens omnes emulos suos aut a bello profigauit aut trucidauit aut captiuauit et sic victor in pace redijt ad Hollandiam

Corruerunt autem cum anglicis Dominus Raso de haemstedem Dominus de Costinis de haemstedem Dominus Johannes de Hodenpijll Dominus Johannes de Reness Dominus Andreas de Valis milites acerrimi cum multis alijs approbatis Laude dignis armigeris Sed verus Dominus de haemstedem cum paucis alijs captus brielis In iocunda prisione Locubatur Corruit setiam ex parte Ducis Philippi predictus Domicellus Iacobus de Borffalia filius Nicolai

vir nobilis et magnanimus cum paucis aliis
de borfalca eo quod borffelenas in
fronte sine acie belli primi hostes
intraferunt et debellauerunt

Anno Domini millesimo cccc^o xxvi^o il-
lustrissimus Johannes Dominus de Arkel
de pirpont et terrarum machlinie relaxa-
tus fuit et emptus ex prisione post xii. an-
num captiuitatis sic mediantibus domero
de weesmael et Wilhelmo de Ghent qui
statim rediens ad paternum Dominium
gratiose recipiebatur tanquam verus Do-
minus in oppido de Leerdam et castro eius-
dem insuper in dominio de schoenweert
et in omnibus districtibus eorundem sed non
In oppido de Gorinchem cum Dominio de
Arkel

Anno Domini millesimo cccc^o xxvi^o quare-
ta die aprilis Domina ducissa Jacoba per-
rexit cum ciuitatibus suis scilicet Schoen-
horua Gauda Audewater kinemaris et tra-
iectensibus et cum reliquis hoccensibus
amicis suis et obsedit ciuitatem Haerle-
mensis per quatuor hebdomadas quia mil-
ti Haerlemenses fauebant magis ducisse
tanquam vere et hereditarie Domine quam
Philippo duci burgundie tutori Hollan-
die

Contra vero factores ducis habentes Do-
minum

970
minum Roelandum de Vuytkercken In ca-
pitaneum viriliter resistebant eis atque contra
hostes forenses viriliter hostiliq[ue] acie for-
-dolose decertabant sepe

Hoeczenge vero potenter in contumeliam
Haerlemensium combusserunt domos et
multas molendinas extra portas civitatis
stantes atque diebus mansionibus nimis
acriter intron^(sic)es Infestaverunt

Philippus itaq[ue] dux burgundie hoc audiens
plurimum ex huiusmodi presumptione
indignatus volens liberare civitatem Haer-
lemensem misit confestim magnam
exercitum flamingorum, gallorum Hollan-
dor^(sic) et Zelandorum quibus prefecit
egregium et strenuum militem Ho-
Johannem Dominum de vuytkercken ut
in virtute magna disturbato exercitu aduers
sario^(sic) liberaret obsessam civitatem qui
dam^(sic) Lejdis infimiliter conuenissent ut
altera die applicarent finibus Haerlemensi-
um, ecce statim cum hoc industriam dice-
cisse ~~sumere~~ minime Latuisset protinus
obsidionem Ipsa dissolvens occurrit ipsis
per infidias in clangore tubarum et
stridore tympanorum apud villam dictam
Alphen sitam supra Rhenum prope Lej-
dis in profesto sanctorum apostolorum
Philippi et Jacobi

Contra vero Dominus Johannes de Vuyt-
kercken

kercken Improvisis hoc principiens ordi-
natis aciebus decenter in signis varijs et
turbis stridulis ipsos hostiliter irruens
crudele bellum in iniicem commiserunt
denique post longum conflictum Domi-
nus Johannes de Vuytkercken lassitudine
belli fatigatus corruentibus multis fiorum
fugit a bello et Hollandie populis cum
aliquibus gallicis ex magna parte con-
festim occisus Corruerunt autem ex par-
te Philippi ducis burgundie v^c. electi et
approbati armigeri et amplius et precipue
totius fere consularis civitatis Leydenes
cum LXXXV. oppidanis Leydensibus Pau-
ci vero ex parte ducisse Jacobe

Ordinabantur denique ibidem ex parte do-
mine In milites videlicet Dominus Johannes de Wap-
fener Dominus Henricus de Cronenburch
Dominus Everardus bastardus Hollandie
Dominus Johannes de Langeraeck Do-
minus Theodericus de Merweda Domi-
nus Gerardus de Poelgeest Dominus
Arnoldus de Ghent Accidit autem hec
cruenta strages in profesto apostolorum
Philippi et Jacobi post auroram de
mane

Eodem anno indignate ceterae civitates Hol-
landie percipiebant hoceranges depredan-
tes vicinas villas confinium suorum, et
in

in eadem villa de Alphen excubias et insidias ordinare et collocare conuenerunt ciuitatenses de Haerlem de Lejdis De Amstelredam cum suis districtibus ut ab eadem villa eos profugarent quod cum fautores ducisse prescivisset In unum conglomerati apud eandem villam in tubis frementibus, et signis irradiantibus eisdem occurrere presumpserunt, et ecce conferto iam prelio penes eandem villam alphen pro corona victoria animosa decertantes post ~~occisionem~~^{occisione} multorum pugilum ciuitates Hollandie amissis omnibus vexillis earum a bello profugate sunt

Post autem illustrissima ducissa Domina Iacoba victrix in magna gloria cum obtenta preda in castro de Gauda se recepit Deo gratias agens de obtenta victoria

His Itaque gestis partialitates que dicuntur hęc, ceperunt animosa audacia et sententia pro capitaneo comitis ^(.52) maghen et ex parte ducisse Iacobe congregauerunt recentis armigeros cum quibus venerunt ad Waterlandiam et potenter obtinuerunt tria oppida Waterlandie videlicet Monkendam Pirmereijnde et Eam et sic ulterius processerunt in manu forti ad occidentalem Frisiam Cum ergo optinissent oppida Frisie scilicet Eijnhuijfen et medenblyeck cupiebant etiam tertium hoc
est

est Hoern quod cum audissent oppida-
ni de Hoern egressi sunt cum armige-
rorum copiis ad bellum in quo bello oc-
ciditur Schültetus de Hoern cum mil-
tis alijs probis viris Oppidani vero de
Hoern cernentes horrorem crudelissimi
belli violenter ingrere et occisionem suo-
rum oppidanorum vehementer inualef-
cere citius quo potuerunt fugerunt ad
oppidum suum absque grauiori dispendio
Pleri Plerique tamen manserunt cap-
turi Inter quos erant quatuor viri
probi et potentioribus oppidi

Wilhelmus igitur naghel appropinqua-
uit oppido dicens secum illos quatuor
captiuos et oppidanos infummauit
dicens nisi michi tradideritis oppidum
decollabo continuo oppidanos vestros ante
te portas oppidi hoc dicebat quia cre-
debat quod oppidum traderetur antequam
permitterent captiuos decollare Unde et
gravis alteratio in oppido exorta est,
non tamen valebant tradere oppidum
sed expectabant auxilium a Philippo duc-
ce venturum Sic itaque factum est nam
Philippus dux Burgundie misit ad
Hoern Dominum de Leleodam prin-
cipem militie sue cum copioso exerci-
tu IS namque Dominus veniens
Hoern apportauit oppidanis optatum
auxilium

auxilium. Unde die Dominica sequenti aper-
 vnit portam aquilonarem et exiit cum
 suis armigeris adversus Wilhelmum
 naghel et kenemaros in prelium ingra-
 tumque est prelium in ipsa die quia
 oppidani etiam exiunt et steterunt con-
 tra kenemaros Cecidit autem in bello
 ibidem Wilhelmus naghel cum exer-
 citu cum suo multa tamen kenemaro-
 rum caute agentes fugerunt Persequen-
 bantur nihilominus eos adversari
 usque waggerom et mors cepit mil-
 tos ^{ius.} in eodem tamen bello Domi-
 nus de leleadam accepit duo vulnera
 a lanceis adversariorum suorum
 in fronte scilicet et in cruce inde et
 permansit in oppido Hoern sanationis
 gratia Deinde aliquibus diebus tran-
 factis cum idem Dominus cepisset fa-
 nari venit ad oppidum Hoern Philip-
 pus dux burgundie et suscepit ^{itur} ab oppida-
 nis cum magna honorificentia Etiam
 oppida Waterlandie et occidentalis Fri-
 sie prefata Idem Dominus Philip-
 pus sub potestate sua acquisivit et
 obtinuit.

Anno Domini M^o cccc^o xxvii^o Philip-
 pus dux burgundie cum Innumeris
 bellatoribus potentissima obsidione
 circumvallavit in hieme oppidum et
 castrum de sevenberghen cum cum Hol-
 landicis

landricis et pleribus cabbelianensium quod
quotidianis afflictibus et diversis incursio-
nibus valde Lacesiunt

Contra vero Dominus de Sevenber-
ghen cum nobilibus militibus et precipue
cum hoecrensibus castrum et oppidum egre-
gie defensans forenses hostes nimis ter-
ribiliter fundibulis bombardis et diversis
armarum generibus a presidijs abegit
Et quia Dominus de Sevenberghen con-
trarius et molestus fuerat subditis
suis per diversas exactiones Ideoque va-
sillando ^{plac} murmurare quotidianis ceperunt
contra eundem Ita ut patet quotidianis
Intestinum bellum insurgere quod at-
tendentes hoecrensenses caute consulti
per amicabile Interloquium hoc
modo reconciliati sunt quatenus Domi-
nus de Sevenberghen libere Resignavit
Domino duci Philippo castrum et oppidum
de Sevenberghen satius Iuribus privilegijs
vita et bonis omnium oppidanorum quod
et factum est

Igitur post obsidionem XVIII. ebdomadarium
illustris Philippus dux burgundie admis-
sus et introductus honorabatur in oppido
de Sevenberghen tanquam verus Dominus
de Sevenberghen castrum eiusdem ^{oppidi} annis
et militibus suis promittens et implens
Et sic Dominus de Sevenberghen cum
amicis suis libere recedens postmo-
dum

dum aliquo tempore sustentatus per
amicos suos tandem exil et depauperatus
fere procholor moriebatur in territorio
coloniensi in oppido dicto Keijferswerde
supra Renum nihil terrenum post se re-
linquens

Anno Domini millesimo cccc° xxvii° pri-
ma feria quinta in quadragesimis occisus
est Philippus de Egmonda schultetus
delfensis cum quinque alijs ^{per} quosdam villa-
nos ex Maeslandia, Et sabbato post hoc fue-
runt duodecim de illis ibidem decapitati

Eodem etiam anno commissum est bellum
navale prope wijeringiam Inter hocce et
cabbelianis in quo cabbelianenses victoriam
sunt adepti multis de eorum adversarijs oc-
cis et extra naues eiectis. Quinimo cepe-
runt captivum ibidem Wilhelmium Domi-
cellum de brederoeden cum infinitis alijs
probris viris de quibus decollati fuerunt
octuaginti ^(Sex) viri

Anno Domini millesimo cccc° xxvii° in
bona hebdomada obijt illustrissimus prin-
ceps Johannes dux Brabantie et Lim-
burgie verus maritus nobilissime ducisse
Domine Jacobe comitisse hannonie Hollan-
die obijt braselle atque sepultus requiescit
ecclesia in ecclesia sancte quidile eiusdem op-
pidi Cui statim successit Philippus fra-
ter eius prius comes sancti Pauli comar-
tabulus

tabulis francie sed illo etiam infra annum
defuncto successit Philippus dux burgundie
filius avunculi sui eo quod sine prole dece-
serat a seculo

Eodem anno idem Philippus dux burgun-
die brabantiae etc. homagrabatur denno
tanquam verus heres et tutor Hollandie
etc. consilio et auxilio cabellavengium
per omnes civitates Hollandie et Flandie
et Frisie Dremptis Gauda Schoenhovia
et Aindewater quas civitates Ducissa bava-
rie Domina Jacoba comitissa Hollandie
sibi vi tenent favore et potentia hoccen-
sium

Eodem anno diffidavit Philippus dux bur-
gundie heres et tutor Hollandie territorium
traiectense eo quod contra auctoritatem Do-
mini Apostolici et generalis concilii per-
venit et per nephas expulso vero eorum
episcopo super — introduxisset Rodolphum
de Diphont excommunicatum, que guerra dur-
avit multo tempore atque nunc hi nunc
illi exercitibus potentia sepe copiosas
exercituum acies producentes stragem mag-
nam in invicem commiserunt

Dux vero Philippus vir audax et stren-
uus oppidi Amerfordie bella mar-
ni menia scandens in propria nobi-
bili sua persona fossata permeans idem op-
pidium

pidum oppugnauit sed non expugnauit propter
fortem resistantiam oppidanorum etiam quia
Ghelrenses promiserunt ex alia parte
idem oppidum expugnare et non uenerunt
quare post ruinam aliquorum idem im-
perterritus dux burgundie retrocessit eo quod
fuit procholor vulneratus Causa autem ex-
pugnationis fuit quia venerabilis Dominus
Luedericus verus episcopus traictensis sem-
per ibidem trahit moram Sed quia tra-
ictenses abstraxerunt se ab eius obedientia
suffragatione aliquorum etiam in secreto pri-
us Amerfordenses pro magna parte
quantum in eis fuit abstraxerunt se ab eo-
dem episcopo Ita quod timebat de die in
diem expelli aut occidi ab eis per tu-
multum Quare supplicationibus et precibus
eius impetravit a duce Ghelvie
copiam armatorum per quos tute et se-
cure seruari possent Amerfordiam

Dux igitur Arnoldus misit sibi in sub-
sidium mille equitres qui in crastino de-
collationis baptiste intrantes Amerfordiam
incorporauerunt sibi eandem comitatem in-
nientes eam ad beneplacitum fovenfium
Sed eodem anno in vigilia omnium san-
torum factis treugis Inter episcopum
et Ghelrensis^(sic) equitres salutato episcopo
recesserunt ab Amerfordia Et ipso die
animarum ciuibus Amerfordenses inuito
episcopo apertis suis portis et expulso vero
eorum

eorum episcopo Domino Twedero de Culenburch
repperunt intrusum. Rodolphum de Diephout
cum traiectensibus et eorum complicibus
prestantes eidem fidelitatis homagium re-
sistentibus tamen armigeris. Ghelrensis
pro viribus ipsorum existentibus in fortal-
licijs per triduum qui tamen tertia die saluis
corporibus et rebus recesserunt

Eodem anno Rodolphus de Diephout diffidavit
illustrissimum principem Arnoldum ducem Ghel-
rie^{etc} quare anno sequenti in castro sancti
Geertridis et idem Rodolphus postulatus
traiectensis cum civitatibus traiectensi
Amerffordensi Daxantrensi Campensi
et Swollesensi et cum comite de hucij ar-
mata manu videlicet cum mille equitibus quo-
tuor milibus milibus armatorum intrantes veli-
am incenderunt tam superiorem veliam
ab appelteren quam inferiorem a wilpe us
Hatterem ad decem et octo villas et infringen-
tes ecclesias maximam rapinam in bestijs
et alijs utensilibus inde trahentes post tri-
dium reversi sunt ad propria ^{nullo} obstantibus

Eodem anno scilicet m^o cccc^o vigesimo
septimo secunda die aprilis Traiectenses
iterum combusserunt omnes domos reedifica-
tas in Ysselsteijn

Eodem anno predicto ipso die sancti Ambro-
sij

si Ghelrenses combufferint et vestauerint
villas Ameronghen Woudeberch Spal-
kenborch et quam plura Damna intulerunt
traiectensibus

Eodem anno millesimo cccc° lxxviii° Ghelren-
ses combufferunt in terra Drenthie et In-
tulerunt incolis infinita Damna redēn-
tes cum magna rapina incolūmes ad
propria Accidit autem ista Dominica
qua cantatur in ecclesia ad introitum
misse Cantate et feria secunda sequenti
Quapropter indignati Dauantrenses cum
suis feria quarta reliam intrantes capti-
nauerunt lxxv ciues Zutphamenses,
apud Brammen, et combufferunt vocat
Brammen, Diern, usque Aernhem

Eodem anno scilicet m° cccc° lxxviii° in cras-
tino octavarum Petri et Pauli apostolorum
Rodolphus de Diepholte cum traiecten-
sibus, et transjelanis et Hollandinis
numero quasi septem milia armatorum
cum ducentis equitibus transfretavit
Renum Renum apud oppidum de Rhie-
nen et combufferunt et spolianerunt om-
nes villas circa Renum scilicet haesogen
kesteren Lyenden Gemenen Inghen Eck
Maiderick usque Ranenswade Et Ghel-
renses scilicet tijelreweert Boemel et
Boemelreweert cum aliquibus armatis
et

Demoran?

et equitibus de ~~noimagio~~ noimagio persequentes eos habuerunt conflictum cum ipsis Et Gelvenses terga vertentes cefi sunt sperfim per agros et captiuati sunt ultra quingenti homines et ceteri cum ~~in~~ magno scandalo fugerunt

Item secunda die post hoc combufferunt Traiectenses claustrum insule beate Marie virginis in villam de beest et sic salui cum magno honore mediante Domino Wilhelmo Domino de bueren eorum ductore traiectum redierunt.

Eodem anno feria sexta ante Este mihi exsurrexit in Cathalonia tam vehemens terre motus et diu Durans subuersens viginti ciuitates et unam abbaciam et terre motus ille processit ulterius versus aguitaniam et franciam et deuenit ad montem pessilanium et in eadem terra ciuitas magna territoria nomine ^(sic) abforta ^(sic) est et locus in loco ubi ciuitas stetit tante profunditatis est quod a piscatoribus profunditas enveniri non potest

Insuper in eadem terra de quadam filia exiit ^{us} versus quem sequebatur maxima multitudo serpentum qui ciuitates et villas ingredientes infinitam multitudinem populorum occiderunt Item fortissima ciuitas

in cathalonia que dicitur bartzinonia
 est ab omni populo propter Ruinam
 ipsius et homines quasi amentes
 currunt in Campis pro timore terrimo-
 tus illius Hic qui ista vidit pro fuit
 prior vallis Thesa ordinis char-
 thusensis qui que in scriptis tradidit
 et retulit in Capitulo generali in char-
 thusia maiore in sabandia in pre-
 sentia plurimorum priorum, et patrum
 eiusdem ordinis qui hoc ulterius in Divi-
 sis partibus mundi divulgaverunt prop-
 ter penitentiam agendam pro peccatis

Anno Domini millesimo ^{cccc^o xxviii.} quarta die
 mensis maij pacificati invicem fuerunt
 Dux burgundie et Jacoba Ducissa han-
 nonie etc.

Et ipsa perrexit voluntarie cum eo
 ad harmoniam Hollandiam et Zeelan-
 diam et Frisiam Et fecit eum homa-
 garum ubique in omnibus principati-
 bus suis verum tutorem et heredem pro-
 fatorum principatum^{et} post hoc traice-
 tenses etiam pacem Tulerunt cum eo-
 dem duce

Sedem de idem Dux destruxit castrum
 Domini harperi de busch eumque duxit
 captivum quibus gestis Philippus
 Dux burgundie fecit sibi quoddam grave
 bellandi Instrumentum quod armigeri
 Ducis

907

Ducis appellaverunt Cattum. Illamque ma-
chinam ad ~~castro~~ ^{nauiis} constructam de-
duxerunt ab oppido. Amstelredamensi
per mare usque ad ~~Amiam~~ ^{Amiam} fluvium
qui descendit ab Amerfordza usque
ad mare prefatum. Et per istam nauiem
mirabiliter sic constructam Traiecten-
sium diocesim valide aggressaverunt. Sed etiam
traiectenses cum magna copia illic adue-
nientes construxerunt prope oram fluminis
circa mare excellentem machinam
ex qua cum plumbis suis et bombardis
faciem catti id est anteriorem partem va-
lide destruxerunt et hiemps erat et tandem
etiam glaciis resolutio. Supervenit for-
titer nimis et cattum in mare prope
oram fluminis existens violenter se vestere
cogebat et prebere Traiectensibus posteriora.
Quapropter Traiectenses estimaverunt
quod ad ~~mutari~~ ^{mutari} ~~mutaverunt~~ ^{mutaverunt} ~~Locum~~ ^{Locum} et ad propria redier-
unt. Sed qui in catto erant non nisi
mortem pre oculis habebant quia per
glaciem omnes facillime fuissent sub-
mersi. Tgitur durante bello prefato tra-
iectenses in virtute magna profecti sunt
contra oppidum de Bunschoten pro eo
quod oppidani recepissent armigeros ducis
burgundie et contra civitatem Traiectensem
rebellaverant.

Cum ergo illud oppidum obtinissent sub-
vertierunt

20
Evertentur portas turres et muros oppidi
isq[ue] ad terram. Tandem p[er] amicabi-
les Intermuncios pax est composita
inter Philippum Ducem et Trajectenses
prefatos

Anno Domini millesimo cccc^o xxviii^o in
crastino vincenti martiris Johannes de Bieren
prepositus Aquensis cum trajectens[is] et
Hollandinis aduenerunt. Cilenborch in medio
noctis silentia et predictus prepositus cum
aliquibus armatis videlicet sexaginta et
amplius ascenderunt muros de Cilenborch
et ibidem ab oppidanis cum xvi. alijs
occisus est, et multi captiui sunt et
ceteri in fugam versi sunt

Eodem anno in crastino Tres Frederici ma-
tiris oppidum Schiedam cum ecclesia hosp-
pitali fere exustum est

De Dominio de Arkel

Eodem anno xxviii. die mensis augusti obiit
illustrius Johannes Dominus de Arkel
etc. in Dominio de Arkel in oppido de
Lederdam sepultus in ecclesia et choro eius-
dem oppidi in sarcophago decenti In cuius
epitaphio cum armis suis habentur hec
metra

Epitaphium

Vermibus hic donor et sic ostendere conor
Quod sicut ponor ponitur omnis honor

Si

39.

Si quis eris qui tranſieris ſta veſpice plora
Spem quod eris quod eſt ipſe fui
Pro me precor ora Cuius exequijs expletis

Arnoldus dux Ghebrie tanquam verus heres
avii fui, homagiabatur in eodem oppido de Le-
derdam cum reliquis Dominijs eiusdem

Sed de beneplacito nobilis Johannes Do-
mini de egmonda et Yſelſteijn patris fui
contulit eadem Dominia de cum oppido il-
luſtri Wilhelmo De Egmonda Domino ter-
rarum machlinie, de barex, de verghena, etc.

Eodem anno quarta die auguſti Wilhelmus
Dominus de bueren de borichem invidens prof-
peritati et felicitati Arnoldi Ducis Ghebre-
ſis principis fui ſicut ſemper a principio
envidet pactum dolose Tuijt cum Ro-
dolpho de Diepholt ^(pater) poſtulat^{us} traiectem
cum Domino Johanne de Langheraect cum
Domino Theoderico de Merven cum Hol-
landinis hoozen. cum civitatibus tra-
iectenſi Amerſfordenſi et multis alijs
contra ducem Ghelrenſem ſuum verum
Dominium proponens cum eiſdem ſagaciter
capereſſe ſpoliare et deſtaſtare oppidum tijelen-
ſe et omnia circum circa Exercitus Tgi-
tur undiq; per prefatos congregato miſit nun-
cium ſuum die precedente callide in extremitate
Ducatus Ghebrie cum literis dif-
fidationis

fidationis sic videlicet ad oppidum Arkelens
 Eodem vero die etiam misit nunciū suū
 secretum ad consulatū et Rectores oppidi
 tyelensis deprecans quatenus dignarentur om-
 ni negotio postposito venire ad bueren apud
 eum eo quod secreta multa haberet proferre
 cum eis qui doli Ignari fere omnes
 venerunt Cum ergo omnes in castro essent
 et libenter expeditionem ad redeundū ha-
 buissent dixit eis quod expectarent per illam
 noctem apud eum crastina die Letus expo-
 neret ipsis mentis sue conceptum statimque
 etiam ordinatum Ita erat quod nullo modo
 exire castrum valebant

Igitur circa crepusculum dum traiectenses
 se preparassent et nobilis ad Reijssam et
 nobilis Jacobus Domicellus de gaesbeeck
 eodem tempore improvise venisset traiec-
 tum et finem Reijse clam precepisset il-
 lico premisit cursorem suū secreta per
 aliam viam ad oppidum tyelense, et
 ad consulatū eiusdem quatenus premissi
 et vigiles effecti essent eo quod talis exer-
 citus esset In motu et nil aliud didicerat
 quin oppidum ipsorum expugnare et Devas-
 tare proponerent nunciū in tyel perve-
 niens et scabinos et consulatū non in-
 niens tradidit literam senioribus ali-
 quibus tyelensibus quia prelecta et sane
 intellecta post multiplices gratiarum
 actiones Domicello de gaesbeeck factas
 clausis

clausis et obstructis portis posuerunt excubi-
 bias in fortalicijis secretissimo ordine quo
 poterant conquirentes gemendo de absentia
 consilatiuum in Inuicem

Venientes ergo prefati Domini cum grandi
 exercitu apud tyelam nil sinistri suspicando
 quin sine obstaculo idem oppidum caperent
 statim cum appropinquassent porte protinus
 simul et semel tyelenses emisserunt
 multos bombardos in forenses exercitum
 occidentes aliquos et vulnerantes plurimos
 et sic Retrocedere exercitum Retrocedere
 exercitum compulerunt Attonitus ergo et
 ammirans de his que fiebant Dominus
 de bueren eo quod consiliatus oppidi haberet
 in castro suo nec sic recedere volens
 secessit cum exercitu ad aliam portam in
 villa Santwijck ut ibi oppidum expugnaret
 sed intranei propter bombardos per ipsos
 emissos totum exercitum fugere compulerunt
 Sed cum ad ^(sic) tertiam portam ipsam
 idipsum attemptasset et nihil proficere
 sed magis deficere vidissent confusi
 cum dedecore recesserunt confluentes alicuias
 domos in villa de Santwijck et partem
 de Drompt de soelen Wadenou et mal-
 sen

Insuper quinta die septembris combusserunt
 partem claustrum insule beate Marie
 et spoliaverunt illud
 Igitur sexta die septembris Arnoldus
 Dia

Dux Ghelvie adueniens cum Ghelrensis
igne consumpsit omnes villas in territorio
sive Dominio de Bieren et post successore
excidit et ^{destruxit} pomeria et arbores quasi totius
Dominii. Sed anno sequenti ipso die decol-
lationis sancti Iohannis baptiste facta
est pax inter Arnoldum ducem Ghelvie
et Dominium Wilhelmum de Bieren
magnis precibus amicorum suorum

Eodem anno circa Lamberti magna tem-
pestat ventorum erat ita quod aggeres maris
apud rollenho confracti sunt in palude
apud Twollis quod Maestbroeck dicitur
et venerabilis pater et Dominus Johan-
nes de Arkel episcopus traiectem. magnis
sumptibus et laboribus firmari fecerat
Inibi tria milia ~~Tumentorum~~ et amplius
mersi sunt

Eodem anno a principio Aprilis usque ma-
tini estas totaliter ita pluvialis erat quod
infra istud tempus non erant quatuor
dies continui et contigui sine medio absque
pluvia ita quod magna Damna Deuenerant
in bladis et fructibus et magna pesti-
tencia fuit

Anno Domini millesimo cccc^oxxix In
nocte sancti Iacobi exuste sunt in op-
pido de Apperen CLXXvi. Dominus

Anno Domini millesimo xxxii. in medio
maj

maij que fuit feria sexta hora duodecima in
prandia oppidum de Ghorinchem Ghorinchem
pro maiori parte et meliori exustum est
et sex homines inde perierunt

Anno Domini millesimo cccc° xxx. sep-
tima die mensis septembris incepit confi-
lium basilienfe

Anno Domini millesimo cccc° xxx° or-
ta est grandis discordia et guerrà inter Phi-
lippum Ducem burgundie etc. et Reijne-
rum Ducem Lothringie et barensem
pro certis Dominijs etc. Cui Reijnero ad-
hesit Sigismundus Imperator Romanor-
rum Robertus Dux bavarie cum omnibus
fere Ducibus et comitibus

Dux vero Philippus manens bruxelle
commisit pondus belli principi de Ar-
ramia Comiti de wademonte Domino De
coij qui inuicem commiserunt magne De-
populationis excidium

Tandem anno Domini millesimo cccc° xxxi°
prefati Domini venientes cum burgundioni-
bus in Ducatu Lothringie ferro et igne
uniuersa deuastauerunt Etiam Reijnerus
dux congregato grandi exercitu principum
et baronum obviam eis venit sperans
per campestre bellum se vindicare et cunctos
multos suos aut ^{trucidare aut} captivare. Burgun-
diones per exploratores percipientes contra
eos tam copiosum exercitum venire fugie-
runt

runt in quodam saltu Infra duos montes
quorum introitum munierunt fortibus ar-
migeris Dux Rojnerius et complices eius
inde exeundo evaderent per eundem sal-
tum

Manferunt ergo burgundiones inclusi
per duos dies sine cibo et potu infra pre-
fatos montes In Lothringia ita quod com-
mode exire non poterant nisi vel occiderentur
vel caperentur

Princeps vero de aranea dolens se sic mon-
tibus inclusum secrete tertia nocte per de-
via claviculo cum multis furorum evasit
cum dedecore Ceteri vero burgundiones ani-
mosi nulla tenus fugere cum ceteris Do-
minis volentes cum suo comite de Vaude-
monte foderunt die noctuque latas et lon-
gas cisternas seu puteos cooperientes il-
las diversis sterquilis.... et virgulis ne
suspicerentur putei ab emulis

Quibus factis ordinaverunt ex utraque par-
te montis fortes et audaces arcuarios
et armigeros in abditis locis ne ab emi-
-micos viderentur ad debellandum inimicos

f. fugere
Quibus cunctis dispositis incenderunt stra-
mina et cetera combustibilia ac si fur-
gere decrevissent Cumque dux barenfis,
ceterique principes fumum vidissent ar-
bitrantes eos fugere ex alia parte collium
preceperunt

preceperunt vexilla denudare lucinas per
 strepere, et fugientes insequi qui cum
 in montibus venissent et burgundiones
 fugam, simulantes eos festinanter insequi
 nitentur pandere et sarcina armorum
 pregravati prochoolor corruerunt Impro-
 uise cum equis ipsorum in eisdem puteis
 et mortui sunt Et ingruente ex utraque
 parte bello germani non valentes propter
 grandem grandem fumum Inimi-
 cos distincte ~~videre~~ videre trucidati fue-
 runt a burgundionibus corruerunt in eo-
 dem prelio Comes de salwerden Domi-
 nus de barbasaen vexillifer ducis Reij-
 neri qui se captum reddere dedignaba-
 tur cum flore militie totius Leni capti
 fuerunt Dux Reijnerius dux barengis
 cum multis alijs nobilibus comitibus
 baronibus militibus Dominicellis et appro-
 batis armigeris

Anno Domini millesimo cccc° xxxiii°
 circa festum epiphanie Domini episco-
 pus matifconensis sacre sedis aposto-
 lice Legatus a Domino papa Eugenio
 2^{do} et absolutores Rebelles excommunicatos
 traiectenses et etiam interdictos et anathema-
 tizatos a Domino papa martino ex par-
 te Domini Zwederi de Culenborch epis-
 copi traiectensis, et habilitavit eos ab
 excommunicationibus et irregularitatibus
 quibuscumque pro Quare Dominus Zweder
 rus

rius predictus tanquam exul ab episcopatu suo expulsus perrexit basileam ad generalem ^(sic) consilium basiliense pro iuribus suis exequendis ubi eodem anno In nocte beati mathei apostoli et euangeliste et magna contritione obiit in consilio sepultus que requiescit in ecclesia carthagensi eiusdem civitatis

Anno Domini millesimo cccc^o xxxiii circa festum sancti Lamberti explicatione facta per totam diocesim traiectens a Domino Johanne episcopo vaticenensi de clenodijs et reliquijs sanctorum eiusdem Diocesis factaque relatione ad sanctissimum papam Engenium de prefatis absoluitur Twederius de Culenborch ab episcopatu traiectensi ^{factusque} est episcopus cesariensis

Quo deposito sanctores eiusdem Twederii omnino molebant recipere Rodolphum de Diepholt et Triverint consilium et tandem interloquio completo adhererunt walramo de mersa venerabili et literato vero fuerunt etenim eiusdem walrami fratres cardinales Theodoricus archiepiscopus colonienfis Henricus monasterrenfis ^(sic) Comes monasterrenfis quorum auxiliante potentia qui erant de sorte walrami fecerunt eum succedere In iure Twederii pontificis depositi
quod

Quod videns se auctoritate hac fretum cepit appicere ad traiectense pontificium instantiasque magnas fecit pro episcopatu prefato sed nequirit obtinere

Tandem walramus pro compositione pacis ordinata cum Rodolpho ab Episcopatatu destituitur et Titulum suum eidem Rodolpho resignavit Et illustris Rodolphus de Diepholt postulatus quinquagesimus tertius episcopus traiectensis ordinatus est.

Pacificati sunt autem ad invicem Rodolphus de Diepholt et walramus de moersa tali videlicet conditione, quod Rodolphus operosus auxiliator fieret walramo in acquisitione episcopi monasteriensis Quod et idem Rodolphus promisit Obierat enim Henricus de Moersa episcopus monasteriensis & a nonnullis electoribus walramus prefatus in episcopum est electus

Quapropter Rodolphus episcopus traiectensis congregavit expeditum exercitum et castrametatus est contra monasterienses diocesim Sed cum post multos labores nihil profecisset redijt ad terram traiectensem Civitatem autem traiectensem intrare non potuit quia Jacobus Domicellus

cellius de gaesbeeck cum plerisque prin-
cipalioribus civitatis prefate Rodolpho
apud monasteriensem Dioecesim constituta
colligationem firmavit ut eum capul-
sum a civitate traiectensi tenerent
quod et fecerunt usque ad annum Domi-
ni millesimo ⁽¹²⁴⁴⁾ CCCC. XLIX.

Cum ergo Rodolphus episcopus traiecten-
sis usque ad predictum tempus ce-
pulsus esset a civitate propria fecit
amicos et congregavit eos occulte Amerf-
fordensesque et Henricum burchgraviū
Montfordie et nonnullos alios armigeros
quibus congregatis venit clanculo sub noc-
tis umbra ad mœnia civitatis traiectenses
Persodientesque mirum sibi intraverunt
latenter civitatem traiectensem sub viro et
Rodolphus episcopus prevaluit adversus
inimicos suos et Rectores civitatis

Cum ergo idem Dominus Rodolphus
intrasset prefatam civitatem cepit quereere
inimicos suos et ecce prefati Inimici
constitati audientes occultum ingressum
episcopi timerunt valde, et querebant se
occultare et abscondere a facie irati pon-
tificis Sed hoc non profuit eis quia Ro-
dolphus latenter quereens adversarios suos
super venit inopinate, et occupavit eos ce-
pit

pit que multos eorum captivos cum Jacobo
Domicello de gaesbeeck

Captus ergo Jacobus Domicellus ponitur
in firma custodia in camera sua Aqua
non potuit Liberari Donec venderet episcopo
traiectensi Dominia sua, que habebat
in episcopatu prefato videlicet oppidum Hye
apud Dorestadum cum castro suo atque
Dominium et castrum In Abcaida cum
suis attinentijs quod et tandem fecit tali
scilicet conditione ut prefata Dominia Idem
Domicellus Retineret usque ad obitum suum
et x^m . florenorum venensium in promp-
tu Sed post mortem eius incorporaretur
episcopatu traiectensi Ita enim factum
est Et post predictam promissionem per-
mittitur ~~ere~~ ire Liber

Eodem autem anno Domini millesimo cccc^o
LIX^o in festo Vedasti et Aman-
di defuncto predicta Dominia ^{ia} deierunt
ad traiectensem diocesim quia etiam absque
Legittimis filiis obiit eo melius et com-
modius deualuebantur absque alicuius
contradictione ad Episcopatum traiectensem

Anno Domini millesimo obiit virgo Lyt-

Anno Domini millesimo cccc^o xxxiii^o obiit
virgo Lyturna, incola oppidi de Schies-
dam

dam in quo et sepulta est Tbi ~~etiam~~ per
eiusdem virginis intercessionem multe mi-
raculorum declarantur in a Domino deo
virtutes et mirabilia

Eodem etiam anno fuit generale passagium
contra pragenses hereticos et multi de
Hollandia illuc perreperunt et specialiter
ex Haerlem et prior domus sancti To-
hannis in Haerlem fuit primicerius
et vexilliger eorum

De Domino Rodolpho de Die-
phout. LIII^o. episcopo traie-
ctensi

Sepulto denique venerabili patre Domino
Zwederi vero episcopo traiectensi tunc Ro-
dolphus de Diepholt in verum quinquage-
simum tertium episcopum traiectensem est
consecratus fuit tamen adhuc exorta ali-
qualis discordia in morte ipsius Domini
Zwederi mortui quia post obitum suum
aliqui canonici vagantes extra civitatem ele-
gerunt nobilem walvramum de moirsa in
episcopum qui obtenta electione et confir-
matione et a sede Apostolica pro tem-
pore retinuit sibi aliqualem iurisdictionem
videlicet in Dordraco et alibi Sed tandem
per amicabilem compositionem sapientum
conclusum fuit quatenus prefatus Walva-
mus

mus resignaret Domino Rodolpho omnia
Terra que habebat ad episcopatum

Quo Rite facto Rodolphus debite cathedra-
tus est episcopus traiectensis Qui Rodol-
phus licet fere fuit Laicus tamen amator
et defensor fuit totius cleri et ecclesiasti-
carum personarum Insuper omnia castra
diruta Restauravit ecclesias pulchris vi-
tris ubi que illuminavit, at in morum ho-
nestate valde compositus humilem se om-
nibus prebens et ut multa paucis verbis
concludam ~~paucis~~ pacificus permansit cum
vicinis principibus suis et in brevi dives
effectus omnia ad debitum statum et lan-
dabilem reformavit

Circa idem tempus ultra poloniam captus fuit
piscis in quantitate Longitudine et Latitu-
dine unius veri vivientis episcopi ornatus
mitra et pastorali baculo cum casula alba
stola manipulo cum scandalis cyrotecis et
reliquis omnibus requisitis ad dignitatem
pontificalem ac si episcopus ad divina so-
lemniter peragenda se debite preparasset
qui que habuit oculos crines caput frontem
nasum os gub genas humeros manus
pedes et cetera linimenta corp lineamenta
corporis admodum veri et perfecti viri
cuius casula bene legebatur a pedibus usque
ad genia ante et retro sed non altius attamen
erat

erat totus frigidus vivens piscis in tangendo permisitque se bene tractari et tangi a multis sed precipue ad ab episcopis illius patrie qui cum presentatus fuisset regi terre ad atque diversis et multis ydeomantibus interrogatus quis qualis esset et nihil respondisset et bene pro suum aperuisset reverentiam et honorem humiliter episcopis in presentia regis exhibendo Tratus vero cum decrevisset ipsum carceri mancipare aut in turrim fortem claudere tristabatur piscis valde claudens oculos suos et nullo modo aperuit, quod quoadusque episcopi illius regni flexis genibus in presentia piscis pedibus regis prostrati aut prostrati magnis precibus impetrassent quatenus vivus mitteretur ad Littus maris unde fuerat prensus ut deus cuius opera sunt incomprehensibilia ostenderet naturam et actus ipsius ne plaga regi et populo sibi subiecto inde proveniret

Quod cum annuisset Rex statim monstrum piscinum aperuit oculos suos exhibens magnas gratiarum actiones regi et precipue illis episcopis

Preparatum ergo currum in presentia infinite multitudinis populi decenter cum episcopis viventibus ascendens sedebat inter eos tanquam

tanquam animal domesticum ratione utens qui
 cum adhuc longe essent a mari descenderunt
 episcopi de currum, eo quod pedester iter versus
 mare maturare cum eodem attemptarent qui
 per se de currum etiam descendens stetit su-
 per pedes suos directe et ambulavit inter
 duos episcopos ponens unam manum
 super humerum unius episcopi et reli-
 quam super humerum alterius episcopi
 ac si fuisset vivens et rationalis creatu-
 ra aut homo nec propter tumultum popu-
 li propter eum inspiciendum undique con-
 fluentibus mirabatur nec movebatur sed
 modeste et valde morose incedens cum
 pervenisset ad ripam maris benigne in-
 spexit episcopos et turbam populi Sicque
 Licentia cum humilitate ab episcopis ges-
 tu corporis petita et habita intrauit
 solus aquam maris Daus episcopis ma-
 num Cum ergo in aquam maris usque
 ad umbilicum super pedes measset et ni-
 mia profunditas maris statim adesset
 ut amplius videri non debuisset statim
 Letus convertens se versus episcopos et
 turbam circumstantem finem rei expectan-
 tem caput suum humillime inclinavit
 ad populum dedit eis dextera manu sua
 benedictionem ad modum crucis ac si verus
 vivens episcopus fuisset et statim descen-
 dit natando in profundum maris nec
 dempsit ^{capit} visus est ab aliquo hic qui ista
 distinte

distincte vidit enerravit sub omni fide et
fuit magister valde famosus

Eodem anno fuit hiems nimis Dura et
longa congelata enim acriter Incipiens
in festo sancte Elyzabeth et duravit usque
ad crastinum scolastice virginis modicum
vel nihil degelando.

Anno Domini millesimo III^e XXXIII. in men-
se Julio captus fuit in Hagha comites
per Philippum ducem burgundie in pre-
sentia Jacobe ducisse que protunc presens
fuerat quamvis ignoravit Dominus fran-
co Dominus de borffel de Puijlen et de
aggere sancti martini, qui illo tempore
Rector fuit Hollandie Zelandie Frisie
et secrete directus per Delft et Rotterdam
in flandria ubi arte custodie carceris depu-
tabatur in castro dicto Repelmonde eo quod
clandestine Fredericus comes de moers
contraxisset cum Domina sua Jacoba ducis-
sa tandem venit et comes de scherweerden
et liberavit predictum Dominum franco-
nem ea conditione quatenus ducissa proch-
dolor resignaret sibi totam hannoniā
Hollandiam Zelandiam et Frisiam et
denique ipsa duceret predictum Dominum
franco-nem in verum et indubitatum ma-
ritum et idem dux conferret eidem comi-
tatum

tatum oesteruandiae et Domine Jacobe
 nepti sue Dominium de voern et terram
 cum Dominio de Tuijtbesselandia et Do-
 minium de toll cum omnibus redditibus
 theloneorum Hollandie et Zelandie Et
 Dux Philippus tribuit Domino et oester-
 uandiae ^{Comiti} torquem aureum et Litam
 sui militaris ordinis ^(sic) deuillare Ja-fonis
 qui Dominus franco comes a suis et
 ab omnibus qua in plurimum dilectus
 fuit

L. de velle

Quo facto Dominus Franco tunc comes
 oesteruandiae effectus libere redijt Ducens
 publice in uxorem illustrissimam Ducis-
 sam etc. In oppido dicto insula sancti
 martini Et dux homagiabatur ubique
 tamquam verus comes hannonie Hollan-
 die Zelandie et Frisie

Anno Domini millesimo ^(sic) 1111^o expiratis
 treigis inter illustres principes Arnol-
 dum ducem Ghelvie etc. et Adolphum
 ducem montensem qui vi sibi incorpora-
 uit Ducatum Tuliensem et inter ciui-
 tatem Colanensem mox Wilhelmus Do-
 minus de bueren pactum cum predictis
 Iniens contra suum verum principem
 diffusus est ducem Ghelvie depredando vic-
 cinam Ghelviam Domini sui

Quapropter egregius Arnoldus dux Ghel-
 vie

rie ipso die Nicomedis obsedit oppidum
 de bueren cum castro cum $\frac{9}{7}$ tribus parti-
 bus Ghelrie sue Et quarta pars patrie
 scilicet illi de ruere-munda exercuerunt
 bella et guerras cum duce montensi
 et coloniensibus Tandem post longam
 obsidionem illi de bueren deficientibus
 victualibus reddiderunt se In manu
 ducis salus corporibus et rebus suis
 Et hec victoria ducis Ghelrie facta est
 quarta die post festum perpetue et fe-
 licitatis et sic Dominus de bueren
 cum suis expulsus non im merito
 a paterna hereditate exulabat in
 ducatu mantensi et Diocesi colonien-
 si et Leodiensi omnibus diebus
 vite sue

Eodem anno in festo sancti dionisii tan-
 te tempestates ventorum introuerunt su-
 per ciuitatem coloniensem ita quod deficientis
 grossissimis radicibus arboribus in cimiterio
 sancti Panthaleonis ^{ubi} m~~u~~lte turres eccle-
 siarum hinc inde corruerunt Insuper
 magni lapides deficienti ceciderunt super
 capsulam sanctorum trium Regum et
 omnia comminissent nisi gratia diui-
 na dispensante eadem capsula cum pre-
 ciosissimis reliquijs retrocess^{isset} Ita quod
 intacta omnino miraculose permanferat

Anno

Anno Domini millesimo cccc^o xxxvi. incepit magna caristia durans fere per europam per biennium, Ita quod emebatur vas tritici Dictum een shepel pro nobili anglicano quam caristiam sequebatur maxima pestilentia cuius anni notantur in illo versa

Atteniuati sunt oculi mei suspicientes in excelso Et hoc in psalmo ego dixi Etiam ^(sic) anno illius caristie notantur in illo versu Davidis qui sequitur

Vigilavi et factus sum sicut passer salutaris in tecto

Anno Domini millesimo miii^o xxxvi^o in profesto sancti dijonisii obiit illustrissima ducissa bavarie dudum comitissa hannonie Hollandie Ielandie et Domina Frisie sine prole obiit autem in castro teijlinghe sepulta in Hagha in cappella palacii apud avum suum scilicet Albertum ducem comitem Hollandie postquam annis xix. annis vixisset in magna tribulatione post obitum patris sui

Epitaphium Domine Jacobe palatine Rens ducisse bavarie comitissa hannonie Hollandie Ielandie et Domine Frisie

Mille tribus denis quadringentis bene
mensis

Annis sex quinctis in profesto generis
generis

Occubuit Jacoba de Claro sanguine
pnata

Cesaris et regum nec enan procerum
barbarorum

Filia Wilhelmi ducis extiterat generosi
Hollandinarum comes id fuerat popularium
Proles legitima fuit hec sibi femina sola
Quamvis tanta fuit tamen hanc tellus sepeliunt
Vermibus opprimitur communi lege fertur

Dire riuores martis gustando dolores
Post ruit in cineres eius cum progenitores

Plasmata mundata cernatis fasmata vana

Gloria terrena finitur non sine pena

Turget nos scire regesque oportet obire

Millus homo tam grandis erit quin morte peribit

Demonstrat Jacoba cum nobilibus reputata

Da requiem christe Jacobe de tempore pulse

Et te friatur quem celi vis veneratur

Sancta dei genitrix esto sibi strenua santrix ^(See)

Amen dicat homo redemptus quingite facre

Nota.

Gloria te Regni tota Riente ruit

De Philippo duce burgundie Lo-
tharijngie Brabantie Limburgie
comite flandrie burgundie arthesie
namurcie marchione sacri imperii
Domino machlinie Palinarum vi-
gesimo

gesimo sexto comite hannonie Hol-
landie Zelandie et Domino Frisie

Post cuius obitum omnia Domina Ducis
Wilhelmi bavarie patris ducisse Jacobe deuo-
luta sunt iure hereditario Illustissimo prin-
cipi Philippo duci burgundie etc.

Hic inclitus dux omnia dominia sua in abun-
dantia pacis vixit nec in preiudicium
alicuius partis aliquid attemptavit quousque
idem dux post amato pacifico et nobili Do-
mino Domino de ^(sic) Santis de Rectoratu Hol-
landie ordinaverat nobilem Dominum de ^(sic) alyn
etc. Rectorem Hollandie

Qui diligens partem hoecrenfiam tradidit
filiam suam nobili Reynaldo Domino de
bredenrode de Vianen et cetera in uxorem quare
Hoecrenses ibique opposuerunt cabellianen-
sibus et precipue in Haerlem Leydis et
Amsterdamis

Ita quod Ghijsbertus Domicellus de breden-
rode frater Domini Reynaldi predicti cum
hoecrensis caute requisivit sibi oppidum
Amsterdamis muniens illud cum suis fa-
tellitibus contra prefatum ducem suum princi-
pem et contra cabellianenses

Quod ^{er} principiens idem Dux venit iratus valde
ad Hollandiam proponens ut suum recupera-
re oppidum Sed per industriam venerabilis pa-
tris

tris & Domini[†] Domini Johannis de Heijns-
berch episcopi Leodiensis concordatum
fuit quatenus idem Domicellus de bredenrode
exiret civitatem Amsterdamos cum suis
amicis et veniam humiliter imploraret
de fore facto a Duce burgundie comite Hol-
landie et de cetero talia non attentaret

Sed post parum tempus absente duce iterum
repullulavit illa maledicta parcialitas in
predictis civitatibus ita quod de die in diem
pateret bellum civile quod percipiens
dux misit ad Hollandiam ~~Yfeseel~~ con-
thoralem suam causa pacis et concordie fieri
de fine ad ^(sic) supprimendum illam parcialitatem
Dum ergo Ducissa fuerat in Hagha quidam
in Haerlem dictus Nijcholaus de Norichem
cum suis amicis se valde exaltavit congregans
secrete sue partis multos armigeros quare
cabbelaenses eiusdem civitatis valde commo-
ti putantes magnam periculum suis inde ve-
nire consilio invito armata manu vole-
bant ipsum interficere Sed ipse Nijcholaus
horum presens clausit se cum suis in Do-
mo sua valde forti Quapropter cabbelaenses
undique circumvallaverunt domum suam cum
magna potentia ita quod Nijcholaus putabat
~~sepe~~ semper de momento in momentum per
se rictari cum suis in Domo patria Igitur
dum hec Ducissa intellexisset sine mora cum
suis perrexit velociter versus Haerlem
ad sedandum tumultum insipientis vul-
gi

gi Et quia Dominus de aleijn Rector Hollandie origo et caput esset omnis resuscitationis parzialitatis et faucebat hocrensibus ^{sup-}primendo cabbfeliavenes Ideo dum ducissa cum suis cum curribus et equitibus venisset in Haerlem venit communitas Haerlemensium armata manu tanquam furibundis homines ad currum ducisse volentes per listrare an Dominus de aleijn illic latuisset quem et occidissent in presentia ducisse aliqualem terrorem incusserunt eadem tandem dum certissime sciebant ipsum ibidem non esse humiliter et valde solemniter receperunt ducissam veniam de commissis ^{potentis} petentes Nijcholaus cum suis ante solis occasum exiret civitatem et permaneret pacifice in Aernsterdam ^(sic) venirent in Haerlem quousque ducissa alias deliberata faceret edictum Sed ducissa sane consulta recedens ab Hollandia intimavit totum negotium duci brusselle exis-
tenti

Quare dux mandavit sub pena capitis quatenus omnes partes apud cum brusselle venirent ^(sic) quantoties cum Domino de aleijn Rectore Hollandie ut eos ut decuit concordaret et veniret qui venientes ibidem et examinata causa discordie statim Dominus de aleijn deponitur a dignitate rectorie Hollandie Cui protenus successit quidam dictus Magister Goeshwinus wilde qui ne fortispetur nomen predecessoris sui

sui

suū nominabatur president Hollandie et si
 predecessor suus nabilis baro Dominus de
 alijjn deformiter recesserat attamen Iste magis
 Ignominose et parcialiter rexit predicta Do-
 minia ut patebit inferius

Et quia non potuit per corporalem suam
 presentiam in singulis suis provincijs re-
 siedere ad faciendum iudicium et iusticiam Ideo
 in plerisque provincijs posuit presidentes
 seu regentes qui provincias in sua auctorita-
 te gubernaret Unde et ordinavit illustrem
 Dominum de sancte primū presidentem
 Hollandie ut ipse presideret ex parte ip-
 sius in Hagha comitis et exerceret iudicium
 et iusticiam in Hollandia Zelandia et Frisia
 Quo post aliquot annos amoto successit fi-
 bi Dominus de Calijjn

Contigit ergo tempore regiminis istius Do-
 mini de Calijng quod partialitates contra
 se mutuo crudeliter insurgerent in Amstel-
 redam Haerlem et specialiter in ciuitate
 Leijdenfi

Nam anno Domini millesimo cccc° XLIIII°
 in profesto sancti Petri ad vincula tumultus
 ingens in oppido Amstelredamenfi subita esor-
 tus est, quia repulsi fuerunt violenta
 manu ex oppido predicto capita de cab-
 belijans qui habuerunt sua confugia ad Ciui-
 tatem Haerlemensem in qua et recepti sunt
 a

a suis similibus et rursum in oppido Amstelredamensi introducti sunt stipendiarii ad custodiam oppidi iam dicti pro quo etiam oppido Ghijfbertus frater Rejnaldi Domini de Bredenroden prepositus est et archidiaconus traiectensis ecclesie se recepit usque ad finem

Cum ergo Philippus dux burgundie hanc odiosam discordiam percepisset destinavit citius quo potuit Tsebelam ducissam burgundie eius conthoralem ad Hollandiam ut ipsa sapienter interciperet omnem belli tumultum et reditum pacem inter utraque partes ordinaret Cum ergo predicta ducissa Hollandiam intrasset et in civitate Gacidenfi cum debita honorificentia suscepta fuisset,

Ecce Haerlemenses civile bellum commiserunt quia Nicolaum de Arichem cum omnibus amicis suis undique potenter obsederunt in domo patria et cum multis armigeris conati sunt ipsum occidere seu expellere a civitate Tam dicta

Interea cum ducissa hanc sinistram famam percepisset citius quo potuit cum decenti honorificentia in profesto sancti Willibrordi intrauit civitatem Haerlemensem ad sedandam prefatam discordiam Cum ergo intrasset civitatem prefatam passa est

ab incolis et magistratibus magnas contumelias et opprobria In cuius etiam conspectu alterna die hoc est in festo sancti Willibrordi omnes ^(Sec) haec crudeliter a civitate Haerlemensi expulsi sunt quos eadem ducissa ^(Luce) via a morte Trito potuit defendere qui omnes cum principissa burgundie praefata diuenterunt se versus Amstelredam ubi ipsa principissa honorifice suscepta est cum tota sua familia

Postmodum autem cum ducissa decreuisset bruxellam redire ~~conuocauit~~ conuocauit omnes expulsos de Haerlem ammonens ut haberent oculum et diligentem respectum ad custodiam civitatis Amstelredamensis quibus dictis eadem ducissa redijt ad ducem maritum suum in bruxella

Tandem cum in presentia ducis multa et varia prelia fuissent Idem Philippus dux absoluit Dominium de Lalleijng a sua presidentia qui nominatus fuit Wilhelmus Dominus de Lalleijng Quo absoluto idem dux constituit presidentem Hollandie Zelandie et occidentalis Frisie magistrum Goeswinum cognominatum de wilde Tgitur in primo anno Regiminis iam dicti Goeswini in festo visitationis Marie ciues et burgenses in civitate Leydensi commiserunt civile bellum nam utraq; par-

tes

tes parzialitatis ceperunt contra se mi-
tuo infringere fatiſ crudeliter ut cruentam
ſtragem cōmitterent

Quapropter cabbellaienſes deſtinaverunt
litteras ad magiſtrum Goſwinum pre-
ſidentem Hollandie pro ſubſidio qui que
viſis litteris collegit extemplo burgen-
ſes ex ciuitate delſenſi et Hagha comi-
tis et citius quo potuit properarunt
ad ciuitatem Leijdenſem et aſportarunt
oportuniſimum auxilium cabbellaienſibus
et altera pars parzialitas coacta eſt
retrocedere ad cimiterium beati ~~pan-~~

⁵ ~~hoec~~ ^(sic) Tandem in dolo ordinata pace
transierunt de cimiterio preſato quo facto
contraria pars rupit pactum et ceperunt
captiuos aſque ad centum et viginti viros
qui cum ducti fuiffent ad Hagham comi-
tem tres de principalibus ibidem decollati
ſunt videlicet Tohannes Danielis Tohan-
nes de Haefbroeck et meijnardus Arnol-
di ceteri vero ſicut quidam tradunt fuiffent
ſent decollati niſi pius franco comes
oftermandie olim maritus duciſſe Taco-
be obſtetiffet Attamen pro gariſ maxi-
miſ ſeiſpoſ redemerunt

Anno Domini milieſimo cccc^o xlv^o Phi-
lippus dux burgundie ad Hollandiam pro-
peravit et omnem belli tumultum ſa-
pienter

pienter interceptit et rediuvam pacem
 inter utraque partes reformavit Quinque-
 mo in festo sancte Elisabeth vidue Idem
 dux in persona propria introduxit capita-
 neos et vulgares expulsos ab oppido Am-
 stelredam in eodem oppido comitante
 episcopo Leodiensi Johanne de Heijns-
 bergh qui etiam impetravit a Duce bur-
 gundie veniam de crimine lese majestatis
 pro hocce qui contra Ducem rebellauerant
 ob favorem Ghijsberti de Brederoeden
 archidiaconi traicten filii nepotis sui
 qui iam dictum episcopum ad partes Hol-
 landie accersivit

Anno Domini millesimo cccc^o XLVI^o ma-
 gister Goeswinus presidens Hollandie in-
 cepit bangardum qui et benjanim cas-
 tellanum de Medenblich de Latrocinio Et
 e contra bangardus seu benjanim prefatus
 animatus a Domino de ~~Brederoeden~~ brede-
 roeden et alijs hoecrensis propter Invi-
 diam quam conceperant contra eum in rejsse
 de Leydis Inculpavit magistrum Goe-
 swinum de ~~+~~ Soomia Et de ista contraver-
 sia cotidianis tumultus in Hollandia su-
 bito exortus est

Quapropter Philippus dux burgundie des-
 tinavit ad Hollandiam Dominum Johan-
 nem de Lamroij ut ipse diligenter equisitio-
 nem faceret de culpis premissis

Veniens

Veniens ergo Dominus Johannes de Lannoij
 ad Hollandiam Magistrum Goeswinium cum
 bangardo duxit captivum atque posuit in vin-
 culis in castro de hiesden. Igitur post annum
 et dimidium Magister Goeswinus dicitur a
 castro hiesden ad castrum de Loevesteyn et
 ibidem pro fore facto suo super pannum vi-
 beum genua flectens junctis manibus de-
 collatur quamvis confessus fuit publice co-
 ram omnibus quod nunquam cogitavit
 tale peccatum facere in hora mortis sic
 Et bangardus eius adversarius ^(sic) promittetur
 libere abire

Leg. permittetur

Post cuius necem Philippus dux burgun-
 die constituit Johannem Dominum de Lan-
 noij presidentem Hollandie Zelandie et
 Frisie

Anno Domini millesimo cccc° XLVII° cum
 Waterlandis se opposuissent consiliis Hol-
 landie et nolent tribuere exactionem ab eis
 exquisitam Magister Goeswinus presidens
 Hollandie destinavit exercitum suum contra
 eosdem et iussit apprehendi obsides et produ-
 cere eos captivos in Hagham comitis quod
 et ita factum est qui non fuerunt liberati
 a captivitate Donec Waterlandis promitte-
 rent reddere exactionem exquisitam.

Philippus dux burgundie op-
 sidium Calisie obsidere et debel-
 lare

lare disse

congregavit

lare disponens congregavit copiosum exercitum ex Arthesia flandria Brabantia Hollandia et alijs suis provincijs

Anno Domini millesimo cccc° xxxvii Philippus dux burgundie obsedit oppidum Calisie cum infesto exercitu sed non expugnavit propter fortem resistantiam scilicet centum et viginti anglicorum et recessum Gandanensem et brugensium et sic dissoluta fuit obsidio.

Quo facto anno sequenti scilicet anno Domini millesimo cccc° xxxviii. cum anglici nauigio ad flandriam venissent et circa Littus maris fere omnia deuastassent statim brugenses armati cum eorum complicitibus interceperunt reditum anglicis ita quod non possent intrare nauigia eorum Erant enim dispersi in multis locis Corruerunt ergo de anglicis ultra duo milia in diuersis locis ceteris fugam arripientibus

Brugenses igitur victores in reditu noluerunt intrare oppidum brugis quoadusque gauderent priuilegijs eorum quibus dudum gaudebant patres eorum Tandem consultu illusterrimi principis intrauerunt sed noluerunt

lebant deponere arma et sic multo tempore per-
 manserunt armati super forum ad recuperandum
 privilegia surrepta per ducem, etiam volebant
 scire an bene starent cum duce eorum an
 male quod multum displicuit Domino duci
 eo quod eum coartare vellent ad beneplacitum
 ipsorum ad faciendum ea que ipsi vellent Si-
 mulato a duce parvo tempore negotio cum con-
 silatus et primiores brugenses se excus-
 sissent apud ducem eo quod ^(sic) communitas hoc
 fecisset preter ^(sic) fitum et consensum ipsorum
 iratus valde decrevit destruiere civitatem bru-
 gensem Dux congregavit validum exercitum
 ex gallia hannonia burgundia ceterisque na-
 tionibus promulgans quod ^(sic) Hollandiensibus
 iratus esset propter multa fore facta et re-
 belliones ipsorum quos vi compescere et coar-
 tare vellet ab excessibus ipsorum

Igitur egregius dux Philippus veniens cum
~~prefato~~ prefato exercitu in die pentecostes hor-
 ra fere secunda post prandium ante prese-
 dium brugis petijt quatenus eum admitterent
 secire cum suis unam portam intrare et ali-
 am sine dilatione exire quod cum brugenses
 admisissent statim ordinata solemnique processione
 graduum ecclesiasticorum cum reverentia cum
 statibus oppidi communitas sibi obviam pro-
 greditur ad introducendum ipsum in brugis

Sed dum gradus ecclesiastici omnium qua-
 tuor ordinum cum ceteris collegijs brugens-
 sibus

sibi extra portam vexilla videbant denudari et hoc communicati per venerabilem patrem magistrum Anthonium Tsem sacre theologie doctorem ordinis fratrum predicatorum celeriter intimatum foret uniusquisque fugam Tuijt statimque Dux portam occupans hostiliter brugis intraiit quem Dominus de Lijel-Dam qui inuitus intraiit et totum negotium benigne diffinavit precessit cum gallicis et burgundianis Interim brugenfes ad arma se coadunauerunt ad resistendum duci

Premittens ergo Dux Dominum de Lichtervelt ad forum ad explorandum an brugenfes armati steterant ad resistendum sibi qui cum ad forum equitasset neminem vidit de quo valde mirabatur In reditu ergo obuiauit sibi unus simplex oppidanus cui miles interrogauit quorsum brugenfes essent qui gratia dei perpendens ait Domine scito quod omnes Domus circa forum cum pretorio replete sunt armigeris secrete quod miles audiens illico laxans frenum equi celeri et perpeti cursu equitauit ad ducem intimans sibi verba predicta Dux tamen ut princeps imperterritus permanens circa portam permisit premisit secundo XII. balistarios ad forum cum aliquibus alijs satellitibus qui cum etiam ad forum venissent et neminem vidissent amissis ^{ar} ~~accubis~~ clamauerunt alta voce victa est ciuitas et cum

cum tali clamore venit Dux in medietate platee
 dicte De ~~be~~ beouery^(sic) tract Brügenses
 interim congregati obraverunt valde hostiliter
 inimicis habentes bombardam magnam
 quem emittentes sive lapide sancta ipsius
 gallicanum exercitum fugere compulerunt Et
 licet ut dicebatur quod congre pactum
 cum principe Tuijffet tamen nec nec putar
 bant gallici Denio eos traditos a brügensibus
 Brügenses itaque animose segregatos oc
 ciderunt hinc inde numeram quasi XV^e Cor
 ruit autem in ipso conflictu Dominus de
 Lijeledam predictus

Dux vero in magna angustia circumdatus et
 positus cum exire portam cum suis quam
 intrauerat putabat clausam a brügensibus
 eam reperit Sed inopinate superueniens
 quidam rusticus dictus parlant malleis et
 alijs instrumentis vi aperuit portam et
 redemit ducem ab Imminente periculo quem
 tamen brügenes postmodum propterea
 decollatum in quatuor partes diuiserunt ig
 nominose Cesi autem sepeliebantur in domo
 sancti Johannis Altera autem die cum
 impetu occidebant et trucidabant in foro
 mauricium de Wassenacr schüttetum de
 brügis

Post hoc tanquam furibundi ^{homines} Johannis
 cucurrerunt de loco ad locum quærentes in
 monasterijs

1026
1
monasterijs in ecclesijs in locis privatis
primiores ^(sic) de brigis tanquam confios pac-
ti sed non muerunt eo quod omnes fu-
gam ceperunt ad Ducem versus rijfelam
nec sic fatiati burgenes committentes
crimen ꝑ lese maiestatis deſtaſtabant ubi
= que omnia que ferant Ducis

Insuper obſidione valida obſederunt caſtrum
de coekelaer putantes in eo multos latere
Dominos ex parte ducis et conſulatus bru-
= genſis, et non inuenientes caſtrum fun-
ditus deſtruxerunt. Item caſtrum de ma-
lem receperunt poteſtative ponentes et ordi-
nantes in eo unum capitaneum burgenſem
qui dicebatur Sijmon de Flaſpegaiſſen non
quod fuit nobilis ſed pellifex et erat bru-
= genſibus valde fidelis ſed ſine honore
eo quod ſine miſericordia inſequebatur fami-
liares ducis

Burgenſes vero in Impetu cum Duce
reſceſſerat a brigis acceperunt ultra ducenta
armigerorum quos ſuper quandam Lig-
neam machinam in contumeliam ducis
publice ^(sic) et unuſquiſque videret. De col-
laucerunt. Sed Domina de Gruyſthuiſſen hu-
millime ſupplicanda obtinuit precibus
ſuis vitam pro viginti duobus ex illis du-
centis quos elegerat quos poſtmodum bru-
genſes bene veſtitos miſerunt Duci Erant
enim illi XXII. nobiles

Sege ut

Contra

E contra vero illustriſſimus princeps burgundie
 tetendit ubique brigenſibus hoſtiles inſidias
 ita ut nulli extra brugis tendere audebat
 que guerra ~~du~~ per biennium Simon
 vero predictus capitaneus caſtri de malen
 cum multa nocumenta amicis principis
 intuliffet ex eodem caſtro et ſuceſſu tempo-
 ris conſulatus brigenſis excuſatione
 ipſorum facta iterum brugis inhabitaf-
 ſent ſupervenit quodam tempore cum
 nulle armigeris ante caſtrum de malen
 nobilis Dominus de Gruijthuiſen volens
 expugnare predictum caſtrum pronun-
 cians publice niſi ſtatim idem capita-
 neus redderet caſtrum Domino duci et ſibi
 reſiſteret ſuſpenderet eum in altiffima
 arbore totius patrie Simon vero ut vir
 imperterritus ſibi fortiter et animoſe
 reſiſtens in deriſum habuit Domi-
 num de Gruijthuiſen Et cum cepiffet
 fortiter Dominus de Gruijthuiſen ~~expugnare~~
 caſtrum protinus ex cacumine unius tur-
 ris predictus Simon fecit burgenſibus
 cum faculis ardentibus ſignum ut ſibi
 ſubvenirent quod perpendens Dominus de
 Gruijthuiſen Illico fugam cepit timore
 brugenſium verſus fluvium

Poſtea tamen cum idem Simon capitaneus
 de malen dolose traditus fuiffet et Do-
 minus

minus duci presentatus ut decollaretur
 statim communitas brügensium hoc per-
 cipiens volebat denique interficere totam
 consulationem ipsorum. statim consulationis
 misit ad ducem supplicans pro vita ipsi-
 us addens quod si idem Simon decapitaretur
 ipsi omnes et ceteri amici sui in vindic-
 tam ipsius recaperarentur et sic liberatus
 fuit et vixit honorifice in pace multos
 annis

Post biennium vero illustris dux aurelia-
 nensis gratia ducis Philippi de Bür-
 gundia et ducisse conthoralis sue et pri-
 sione et captivitate anglicana gratiose li-
 beratus fuit qui multum in fletu pro con-
 cordia facienda inter ducem et oppidanos brü-
 genses. Statuta die ergo predicti ducis
 brigis convenientes ad tractandum de pa-
 ce ostendit dux burgundie communitati quan-
 dam literam clausam dicens quod vellet
 habere ad beneplacitum suum que scripta
 erant in illa litera antequam aliquis
 andire vellet de pace fienda. Erat enim te-
 nor literae, quod omnes capitanei in
 litera nominati, qui manualiter
 duci et suis complicibus resistebant debe-
 rent decollari usque ad numerum XVIII.
 Communitas vero estuans ad pacem habendam
 ignorans sensum literae consentit ple-
 ne

ne petitioni principis Quapropter procholor
altera die Petrus Thent Dionysius brüjn
Jacobus Meften cum ceteris XV. super
ligneam machinam decapitabantur quo fac-
to multi honesti fugerunt ex brügis mor-
ram facientes in diuersis prouincijs cap. XV. ^(sic)

De pace brügensium

Post hoc precibus ducis aurelianus fuit
ordinata pax tali conditione, quatenus brügenses
in certo numero de pocioribus nudi pedibus obui-
am duci extra urbem per miliare occurrerent
et veniam a duce peterent

Ornatis igitur illo die plateis et domibus ob
reuerentiam principis processerunt omnes
deputati ornati ex suis officijs obuiam duci Pri-
mum consules per se deinde communitas Ve-
nientes igitur apud ducem per certum signum
cecidierunt omnes ^(sic) proni in terram applau-
sisque manibus veniam petentes Quo facto
iussit dux mox per Scultetium brügenses
omnes surgere quia indulget eis factum flen-
tibus multis pre letitia Statimque omnis
dignitas ecclesiastica in suo ordine processio-
naliter duci obuians introduxerunt eum be-
nigne in brügis Et tanta dignitas exhibita
fuit duci brügis quod tanta nunquam pris-
cis temporibus audita vel visa fuit Et ut
dicebatur se si Deus Rex celorum de celis
brügis venisset cum celesti militia non pote-
rat

rat suspicari et excogitari quomodo maior
 hec vel maiores reuerentie sibi exhibuisse
 potuissent quia status ecclesiasticus ultra
 modum humiliter sibi occurrens gratiose
 eum salutauit.

Insuper supra portam in ingressu ipsius
 steterunt ultra centum ^(Sec) tubicinatores qui cum
 magna letitia bucinando eum reuerenter salu-
 tando receperunt ita quod videbatur terra tre-
 mere ab horrore sonitus Item que a porta
 usque ad palatium suum quod est magnam
 spatium non fuit domus quin erat ornata
 paruis rubeis a summo usque deorsum.

Item apud cappellam de columna Christi
 ob reuerentiam ipsius ordinatus erat Ludus
 deuotus de infantia saluatoris Deinde apud ec-
 clesiam sancti Huberti ludus de circum^{nci}scione
 ante conuentum fratrum predicatorum Ludus
 de traditione Jude et quomodo Christus in or-
 to orauit patrem et captus ac pilato presen-
 tatus fuerat.

Cum ergo peruenisset ad pontem molendi-
 nium ordinata erat valde preciosa arbor yf-
 se cum omnibus regibus in cuius eminentate
 siue summitate sedebant musici ad modum
 angelorum qui cum musicali melodia ultra
 modum iubilabant.

Insuper organa et cetera musicalia Instru-
 menta

amenta inmultifarie intus erant ordinata ita
quod videbatur quod erat celum pre gaudio
Ante quam arborem dux cum suis multum
ammirando de subtilitate artificii illius et in-
bilatione diu stetit et non poterat sufficienter
intueri

Post hoc venit in castro dicto die borch cuius
porta per quam oportuit eum ire erat intus
et deforis a summo usque ad terram ex toto
deaurata in cuius medio steterat materia caua-
ta trans murum de foris bene ornata super
quam steterat quedam turris ad modum castri
ante cuius principale ostium steterat in spe-
cie unius Tiveneris pueri nudi imago quedam
qui puer appropinquante duce cum una manu
pulsavit ante ostium castri et cum reliqua
manu cepit ^{sic} viranda propria ac si voluisset
permingere ducem Et datum fuit duci au-
rum vas et recepit liquorem currentem ex
testiculis illius in eodem vase Erat enim
optimum rubrum vinum et bibit dux et
propinavit ~~inde~~ ^{inde} duci aurelianensi, qui
similiter bibit et omnes quotquot volue-
runt Erat enim hoc ordinatum artificiose sub-
tus terram per canalina concavitata De hinc
cum pervenisset ante pretorium ordinatus fuit
ibidem ~~font~~ ^{font} ~~ceptus~~ ^{et} ~~circundatus~~ ^{et} ~~in~~ ^{et} ~~quo~~ ^{et} ~~in~~ ^{et} una parte videbatur fluere in reli-
qua defluere aliquando e contrario obvias
sibi iniicem per fluxum et statim defluerit
cuius

cuius liquor erat optimum vinum In cuius
medio steterat quedam columna supra quam
steterat imago cuiusdam nigerrimi ethio-
pis habens in ore instrumentum musicum
per quod tamen emisit valde remote rubrum
vinum steterat enim cum gladio et clipeo

Itemque apud eam steterat virgo albe forme
cum duabus mammillis nigris ex cuius
una mammilla fluxit album vinum
optimum ex reliqua purum album virginis
lac in cuius fonte ludebant duo marini mi-
lites cum una sirenna que Inuicem mi-
ro modo ludebant et melodisabant At-
tamen nemo poterat intelligere sensum ludi
ipsorum De cuius fontis vino unusquisque
bibere poterat quicunque valuerat

f. quicumque

Post hoc venit in strata dicta die bonacamer
illic erat fons plumbeus ordinatus cum
viginti turribus ex quibus emisit idem fons
in viginti Riuus optimum vinum diversorum
colorum

Deinde peruenit ante portam domus
vel castri ante quam steterat forma unius came-
li ac si visisset cui infidebat ethiops ac
si similiter visisset.

Insuper palatium suum miro modo ornatum
erat cum vestibulis preciosis.

Item

Itemque preter ista predicta erant multa alia
 que causa breuitatis omitto que fere tamen
 indicibilia erant et ex toto soluit undique
 ciuitas brugensis sumptus et preciofi-
 tates artificiorum predictorum, et sic
 pax ordinata fuit

Insuper Dominus De Lieledam sepulture
 traditus ignominiose in Domo sancti To-
 hannis ressepeliebatur sumptuose cum magno
 honore in ecclesia sancti donatiani ordinatis
 in magnis memorijs recipiendis in ansie-
 =sarijs ipsius a ceterorum cum eo interfecto-
 rum a ciuitate brugensi certis redditi-
 bu quorum anime requiescant in pace per-
 petua. Amen.

De abundantia aquarum

Anno Domini millesimo 1111^c xxxviii. fuit
 tanta abundantia aquarum quod ~~disruptis~~
 disruptis aggeribus in Hollandia in multis
 locis etiam in batua in Ghelvie partibus
 blada fata deperierunt et magna Damna
 inde euenerunt.

Anno Domini millesimo 1111^c xxxviii. incen-
 sa est ciuitas Gaudensis in crastino sancti
 gereonis presbiteri et martiris circa oc-
 tauam horam noctis et terminabat septima
 hora sequentis diei de mane in quo maior
 pars ciuitatis notabiliter exusta est

Sed

^{inundante}
 Sed ibi aqua classis narium de incendio fa-
 liata est onustorum utensilibus multis et
 banis civitatis

Eodem anno fuit tanta carissima et fames inter
 pauperes quod lamentando ad plenum scribi
 non potest Eruebatur enim unum scheper tri-
 tici pro nobili anglicano et secundum hoc fin-
 gita ^{quinta} alia blada in consimili valore et ista
 carissima duravit plusquam per integrum an-
 num ^{† fuit magna pestilentia hominum per totam}
^{Europam et praecipue in Hollandia Zelandia et Fland}
^{ria, Braabantia, et per totam Rhenum.}

Anno sequenti scilicet millesimo III^o XXXIX^o [†]
 defuncta Elisabeth ducissa Luxemburgensi
 sine prole caritate invasit et confiscavit sic
 eundem ducatum ^{Dux} Wilhelmus Faxonie etc.
 quare Philippus dux burgundie cepit et Im-
 mensis armigeris intravit armose prefatam
 ducatum volens sibi reddi quia pleno iure
 sibi pertinebat Qui statim vincens duas
 capitales civitates videlicet Haerlium et
 Thienoven cum multis alijs parvis oppidis
 Ducatus potenter obsedit civitatem Luxembur-
 gensis per comitem de vendom Comitem de vernon-
 berg comitem de estampes, et per comitem
 de vando...

Fuit autem quidam capitaneus in Luxem-
 burgia ex parte Wilhelmi ducis Faxonie dic-
 tus comes de ghelike Qui inter multa
 ordinatis firmissimis treugis ex utraque par-
 te

te prefatus comes de ghelike accessit ^{duces} ~~duces~~
 burgundie in loco deputato scilicet in publico
 Campo extra ciuitatem et qui inter cetera, astan-
 tibus hinc inde ex utraque parte multis nobi-
 libus et armigeris dixit duci Philippo ^(sic) appropian-
 ti super ^{ensem} ~~ensum~~ suum. O nobilis princeps dux
 burgundie mater nec mirari sufficio quod contra
 Iusticiam intentamini confiscare potentem
 Ducatum Luxemburgensem qui nullatenus
 iuridice vobis inuadit nec pertinet non verens
 nec metuens effusionem sanguinis Christiano-
 rum nec magnanimitatem ducis Saxoniae, qui
 in breui hic cum omnipotentia sua et Imper-
 ratoris Romanorum adiunculi sui et ducis
 bavarie palatini veni ceterorum que multorum
 principum consanguinitate et affinitate ^{filii} attinen-
 tium qui omnes in breui ~~qui~~ cum grandi
 exercitu armigerorum venient ad debellandum
 vos consulo ergo vobis ipsis ~~salub~~ salubrius
 et melius causa honestatis ut recedens Di-
 mittatis eum in pace

Cui dux burgundie, ecce dilecte comes multum
 detollis potentiam Wilhelmi ducis saxonie
 et suorum complicum magnus enim princeps
 est et potens tamen ego solus expectabo eum
 cum omnibus suis hic cum meis subditis
 super quos omnipotens deus me constituit
 Dominum et principem Cumque hic ut
 iactas cum tam grandi exercitu venerit ecce
 ad vitandam ^{et} effusionem sanguinis Christia-
 norum

-norum ego solus contra ipsum pro corona vic-
 torie Duellabo licet Turenis et fortis vi-
 ribus est et ego prorecte etatis et si sic
 cum^(sic)buero licet habeo unicū parvūlum
 filiū Intret Dominia mea iuxta bene-
 placitā sua veniastanda ferro et igne
 quocūque poterit cum omnibus suis com-
 plicibus Et si ego ~~prevalagra~~ prevalue-
 ro ascendam Rhenū et euaginabo sic
 gladium meū quod postea per centum
 annos enarrabitur

Hic Philippus dux burgundie euaginavit^(sic)
 gladium meū et promitto tibi sub fide
 dei et militie mee quod hic ~~ex~~ cum om-
 nibus suis expectabo cum meis per quin-
 denam nec interim patriam patriam
 nec civitatem expugnabo ut securus veniat
 et sic salutatis sibi ipsis unusquisque ven-
 dit ad suos

Cumque infra quindenam non comparuit
 Cornelius bastardus ^(sic) bārgensis mi-
 les imperterritus clam nocte quadam ascen-
 sis muris civitatem Luxemburgensem cepit
 et expugnavit fugiente occulte comite de ghe-
 like cum suis extra civitatem Et sic
 dux burgundie intravit ut victor civitatem op-
 tinuit in pace totum ducatum Qui cunctis
 diebus vite sue feliciter in pace vixit

Anno

Anno Domini millesimo cccc° xxxviii° ortum est grande bellum in mare occidentale inter Hollandiam et sex ciuitates orientales videlicet Lübeck Hamburgh, Lünenbüch wifmaer Rostock et rüunde Tgitur contra ciuitates expugnandas profecti sunt in mare occidentale Hollandeses cum magna classe et Robustissimis bellatoribus

Et contra he sex ciuitates cum multis nauibus et armigerorum copijs se ipsos opponerebat Hollandesibus valde strennue et egregie Sed hoc parum eis profuit quia Hollandeses cum piratis crudelibus mare peruagantes obtinuerunt bellicosas manus de parte suorum aduersariorum viginti naues cum magnis proris et tres kraijers onustas sale quarum maxima pars fuit prouensibus In qua etiam depredatione Idem Hollandeses ceperunt unam craeck que erat veneticam quam spoliatam cunctis bonis Zelandensibus et prefatis ^(sic) dederunt ignibus cremandam

Deinde anno Domini M° miii° xli° in copenshauen ordinate sunt treuge inter Hollandeses et prefatas sex ciuitates orientales que inceperant bellare in terra marique in festo sancti Dionisii

Eodem

Eodem etiam anno et loco facta est plenaria pax inter prussenses, regem Dacie, et Hollandenses

Anno Domini millesimo ^{III} ^{XXI}° circa festum annuum sanctorum de precepto Philippi Ducis burgundie civitates et oppida Hollandie et Zelandie submiservunt se obedientie Rodolphi de Diepholt episcopi trajectensis qui ab anno Domini millesimo ^{III} ^{XXVI}° occasione Domini Zwederi trajectensis episcopi expulsi dimenabranerant et separaverant se a sedis trajectensis obedientia usque ad illud tempus

Anno Domini millesimo ^(Sic) ^{XXIII}° in profesto pentecostes et in festo sacramenti tanta fuit abundantia pluviarum ita quod in inferiori batua et in locis circumquaque etiam precipue per totam Hollandiam omnia blada frumentorum fata et viridia per pluviam erant destructa et submersa

Anno Domini millesimo ^{III} ^{XXIII}° combusta fuit pars civitatis in Wijk que Diersteden dicitur

Eodem anno oppidum Vianen pro media parte existim fuit quod damnum contigit ex incendio unius magalis cum feno repleto
Et.

Et in illo incendio combusti et suffocati fuerunt quinque homines quorum anime requiescant in pace

De rebellionē civitatis Sinsatensis

Eodem anno civitas Sinsatum in Westphalia quae spectabat ad ecclesiam coloniensem rebellavit domino suo scilicet episcopo colonienfi quae infectis homagijs et iuramentis fidelitatis suo vero domino archiepiscopo factis et spretis elegerunt illustrem Johannem seniore filium Adolphi ducis Clivensis prestantes eidem ⁱⁿ vigilia natiuitatis baptiste fidelitatis homagium

Quare Theodoricus archiepiscopus colonien-sis valde iratus congregato magno exercitu comitum baronum militum ^(sic) ex precipue ex bohemia circumvallavit Sinsatum

Tandem totis exercitus volens vi opprimere civitatem, oppugnavit eam ex una parte et non expugnavit propter fortem resistenciam oppidanorum Sinsatensium, et armigerorum intus existentium Ita quod post occasum multorum archiepiscopus coloniensis dolens fugam Inijt

Eodem anno Idem Domicellus de clivis subripuit

subripuit civitatem sanctensem in die sancte margarete. Integre quæ pro media parte pertinebat ^{episcopi} episcopi coloniensi et illi sanctenses fecerunt Domicello clivensi homagiū

Contra Dominū Theodoricū archiepiscopū coloniensē circumvallavit castrū broeck propter infidelitatem et rapinam quā exercuerant castrenses in mercatoribus et vicinis et obtinuit

Anno sequenti obsedit idem archiepiscopus duo fortia castra et oppida Vreijburch et Bilsteen in ^(sic) Luerlant et in Dominio de clivis quæ similiter obtinuit post longam obsidionem

Insuper obtinuit violenter pro se et futuris archiepiscopis coloniensibus castrū et oppidum cum suo districto dictum keijfers werde et plura alia quæ quarra duravit per aliquos annos

Sed tandem per legatum et ambaciationem ^(sic) Apostolicæ sedis ordinata fuit quedam pax ad dictamen magnatorium, quod dictamen confuse manebat non expressum pro pace servanda et rāzenzes perma-
anserunt in rebellionē

Quibus taliter sopitis Idem Theodorici-
cus

cui archiepiscopus coloniensis emit totum ducatum montensem pro ecclesia coloniensi erga Dominum Gherardum ducem montensem et Tuliacensem comitemque de Ravensberga conditionaliter eo quod idem prefatus dux absque liberis Legitimis quod extunc idem ducatus perpetuis temporibus omni modo spectaret ad ecclesiam coloniensem sed si gratia dei contingeret ipsum procreare filium vel filios quod extunc idem ducatus iure hereditario cederet heredi sed pro expositis pecunijs Comitatus de Blankenborch cum oppidis Loijstich et remagen et Blanckenheim tunc cederet et devolveretur omni iure ecclesie coloniensi.

Geniitque idem dux postmodum duos filios Adalphiim et Wilhelmium ducem montensem et Tuliacensem ex filia ducis Saxonie Legittima uxore sua.

Eodem anno videlicet millesimo III^o XLIII^o expiratis treigis inter Illustres principes Arnoldium ducem Ghelrie et Gherardum ducem montensem pro ducatu Tuliacensi ita quod Arnoldus dux Ghelrie cum magno exercitu baronum et militum hostiliter intrauit Ducatum iuliacensem conflando villas.

Econtra

Contra vero dux montengis copiosum
 habens exercitum obviam sibi in festo
 sancti Huberti et Trinito bello cum iuliacen-
 cen. fere declinassent a prelio Domicellus
 Gherardus de Culenborch resilliger
 cum militia inferioris Ghelvie a bello con-
 fusibiliter declinans fugam Tuijt ex et
 dux Ghelvie in maxima periculo viriliter
 hostibus corporaliter resistens ~~via~~ coacte
 a suis ereptus a prelio inuitus recessit et
 Ghelrenses succubuerunt

Attamen multi Ghelrenses anemose et
 Landabiliter et firmiter constantes in prelio
 multos Triliacenses ceperunt et occi-
 derunt et tamen attamen ceteris fugientibus
 prohdolor captivati aut occisi fuerunt

In eodem prelio milites ordinati fuerant
 Wilhelmus de Egmond etc. frater ducis
 Ghelvie ^{Dominus} Johannes de Broeckhuijfen Do-
 minus Henricus de Meer Dominus Eue-
 rardus de Wilp et quamplures alii multi-
 tiam militares qui predicti fuerunt capti
 ab inimicis in bello

Corruerunt autem in eodem prelio ex par-
 te ducis Ghelvie Domicellus Gherardus
 de Werdendorch Wernerus de Sandwijck
 Jacobus

Jacobus de Vanderick et quamplures alii multi etiam ex parte Tuliensium quorum animae requiescant in pace Capti fuerunt ex parte iuliacensium Dominus wernerus de pallant^{et} certi alii militares

Anno Domini millesimo III^o XLVI^o in die palmarum fuit tanta tempestas ventorum grandinum et pluviarum circumquaque in Italia inferiori quod exinde dicebatur in proverbium nisi orationes sanctorum Interpellassent ira et ultio divina tanta erat peccatis hominum promerentibus quod deus evertisset totam inferiorem terram

Et ventus et tempestas tanti erant per Hollandiam Flandriam Brabantiam Ghelriam Glandriam et in omnibus circumiacentibus regionibus quod infinita Damna inde evenerunt naues multe perierunt Domus corruerunt et multi in mare periclitati submergebantur

Eodem die cecidit in Zutphania turris ecclesie et casu suo oppressit ~~decem~~ decem homines et ista dies palmarum fuit decima dies aprilis multe Insuper insule circa Littus maris submersae fuerunt

Anno

Anno Domini millesimo III^c XLVIII^o ortum
 fuit litigium in villa de Drijel contra vicinas
 villas scilicet zilichem etc. propter unum
 estiualem aggerem quo vicinorum aque rebel-
 repellebantur ex agris alterius quem agge-
 rem illi Drielenfes transfecerunt et ita
 permisferunt vicinorum agros eorum aquis
 minus iuste adimpleri quare conquestum
 fuit coram preside et officiante in senioris
 Ghelvie super fore facto predicto

Scabinis in sententiando de illo facto discor-
 dias aliqui scabinorum dictauerunt senten-
 tialiter illos nepharios damnandos in cor-
 pore et rebus Aliqui dictauerunt eos dun-
 taxat damnandos In ~~certa~~ certa pecuniarum
 taxa pro tali fore facto Instituta et inter
 istam discordiam scabinorum ordinata fuit
 tempore clarificationis et Declarationis
 militaris discordia concludendo quid iuris
 esset de duplici sententia scabinorum La-
 ta tandem conclusum fuit in Boemel
 quod sententia que dictauit eos Damnan-
 dos in corporibus et rebus quod illa Insti-
 ta esset prolata, reliqua vero minus iuste

Et propterea demandauit dux Arnoldus
 Ghelvie illos reos puniri secundum
 sententiam prolata et in declaratio-
 ne pro iusta confirmatam

Drie

Drielingen vero hoc percepto ceperunt
refugiū ad ciuitatem nouimagensem, qui
nullo modo volebant eos puniri, adden-
tes minas si aliquis eos propterea puni-
ret quod percipiens dux Ghelvie arma-
ta manu accessit in villa de Driel et au-
ripuit bona Reorum Drielingum, cap-
tiuarit eos et ita exactionati sunt

Nouimagenses vero cum alijs capitalibus
Ghelvie ad indigna ~~serentes~~ susurra-
tione Nouimagenses contrariati sunt
Domino duci eorum et propterea actum
est quod tota patria Ghelvensis est con-
traria suo vero Domino Dempto tantum-
modo oppido de graua in quo Dominus
Dux cum suis moram trahendo pauferit

Etiam Walramus de haestem castellanius
de bueren timore nouimagensium resigna-
uit castrum cum oppido in manus No-
uimagensium saluis castrensiū corpori-
bus, et bonis

Et sic fuit Arnoldus dux Ghelvie licet
princeps valde deuotus amator religiosorum
et miro modo cum omnibus vicinis suis
pacificus de tota patria sua et ducatu
suo repulsus

Tandem

Tandem interlocutum est et finaliter conclusum quod Dominus dux Arnoldus committeret Ducatum aliquibus discretis personis ~~videlicet~~ ^{octo} de militaribus et octo de civitatibus et precipue ducisse Kathryne Ghelvie conthorali fuit sic et ipse dux cepit passagium visitare Loca sanctorum scilicet peregrinando ad sanctum Indocium Deinde ad civitatem Romanam novissime Therusalem ad terram sanctam Ibiq[ue] devote militiam suam digne recepit et rediens a summo pontifice pontifice honorifice receptus et tractatus fuit

Redeunte vero ipso ad Ghelviam gratiose tractatus fuit et receptus ab omni militia ducatus sui et ab omnibus civitatibus et vixit In abundantia pacis Ghelviam

Pacificati sunt autem ad invicem Rodolphus de Diepholt et Walramus de Moersa tali videlicet conditione quod Rodolphus operosus auxiliator fieret Walramo In acquisitione episcopi monasteriensis quod et idem Rodolphus promisit Obierat enim Henricus de Moersa episcopus monasteriensis et a nonnullis electoribus Walramus prefatus in episcopum est electus

Quapropter

L. diocesan.

Quapropter Rodolphus episcopus traiecten-
 ses congregavit expeditum exercitum et
 castrametatus est contra monasterien^(sic) dio-
 cesis

Sed cum post multos labores nihil profes-
 cisset rediit ad terram traiectensem ciui-
 tatem autem traiecten. intrare non potuit
 quia Jacobus Domicellus de gaesbeeck
 cum plerisque principalioribus ciuitatis
 prefate Rodolpho apud monasteriensem
 diocesis constituto colligationem firmavit
 ut cum expulsus a ciuitate traiectensi
 tenerent quod et fecerunt usque ad annum
 Domini millesimo ^(sic) cccc^o quadragesima
 nono

Cum ergo Rodolphus episcopus traiecten-
 ses usque ad predictum tempus expulsus
 esset a ciuitate propria fecit amicos et con-
 gregavit eos occulte Amerffordensem ^(sic)
 et Henricum Burchgravium de Mont-
 forde et nonnullos alios armigeros quib-
 us congregatis venit clanculo sub noctis
 umbra ad menia ciuitatis traiectensis Per-
 sodientesque muram subintraverunt la-
 tenter ciuitatem traiectensem submuros
 Et Rodolphus episcopus preualuit aduer-
 sus inimicos et rectores ciuitatis

Cum

Cum ergo idem Dominus Rodolphus introf-
set prefatam civitatem cepit querere ini-
micos suos

Et ecce prefati Inimici antistites aduertes
audientes occultam ingressum episcopi timue-
runt valde et querebant se occultari et abs-
condere a facie irati pontifici Sed hoc non
profiuit eis quia Rodolphus latenter quere-
tes aduersarios suos superuenit Inopi-
nate et occupauit eos cepitque multos co-
rim captiuos cum Jacobo Domicello de
gaesbeke

Captus ergo Jacobus Domicellus ponitur
in firma custodia in camera sua et aqua
non potuit liberari Donec venderet episcopo
traiectensi Dominia sua que habebat
in episcopatu prefato videlicet oppidum
Wijck Duersteden cum castro suo atque
Dominium et castrum in Abcanda cum
suis attinentijs Quod et tandem fecit ta-
li scilicet conditione ut prefata Dominia
Idem Domicellus retineret usque ad obitum
suum et X^m florenarum reuensium in
promptu Sed post mortem eius incorpo-
raretur episcopatu traiectensi Ita enim
factum est et post predictam promissio-
nem permittitur ire liber

Eodem

Eodem autem anno Domini millesimo ^(See) III^o LX^o
 Henricus Domicellus de Montfoerd veniens
 callide in festo Vedasti et amandi defuncto
 predicta Domnia devenerunt ad traiecten-
 sem diocesim quia etiam absque Legitti-
 mis filijs obiit eo melius et commodius
 devoluebantur absque alicuius contradictione
 ad episcopatum traiectensem.

De Domicello Henrico de Mont-
 foerd

Anno Domini millesimo cccc^o XLVIII^o Hen-
 ricus Domicellus de Montfoerd veniens
 callide in castro de Montfoerd cepit To-
 hannem Dominum de Montfoerd quem Stric-
 te in quadam parva ^{mer} carcere eius castri in-
 cludit et manere coegit sub firmissima
 custodia in qua dolorose obiit, prochoolor

A patrem suum verum
 Domenam de Mont-
 foerd

Item anno Domini millesimo III^o LX^o
 In nocte purificationis virginis Marie
 Rodolphus de Diepholt episcopus traiec-
 tensis exclusus propter parzialitatem, a
 propria traiectensi civitate cum Domino
 de Montfoerde cum Swedero Domicello
 de Culenborch et cum civitate Amerffor-
 densi nocte clam Intrauit civitatem
 traiectensem per quoddam foramen per
 murum

mirum civitatis et cepit violenta manu civi-
tatem propriam

Ceciderunt autem in conflictu ex parte tra-
iectens Jacobus de Lichtenberch Roctar-
dus proijs Henricus de Damas

Capti multi fuerunt de traiectensibus Episcopus
vero vulneratus in capite et tibis viriliter Refe-
titit et ^{victoriam} obtinuit

Seco quia nobilis Domicellus de Gaesbeke
facebat parti episcopo contrarie ~~ut~~ illo tem-
pore in traiecto fuisset. Ideo que fere In-
honeste capiebatur et clandeabatur sub fide
in camera domus sue quavisque locum te-
nens comitis Hollandie videlicet Domi-
nus de Lannoij qui ipsum tali conditione
liberavit quatenus Domicellus resignaret
libere sancto martino oppidum Wijck cum
castro Duersteden et districtu ipsius Insu-
per castrum et Dominium de Arcauda
post mortem suam et ipse reciperet xiii^m
florenorum venensium

Captique fuerunt filii Domini Thohan-
nis de Renes, Jacobus proijs, Huber-
tus de Palaets, Jacobus de Ameronghen,
Johannes de Tijela, Henricus Jacobi, etc.
Tandem non longe post ante pretorium de
capitati

capitati fuerunt Arnoldus de Ameronghen
Henricus Jacobi publice. Ceteri vero prof-
cripti fuerunt a ciuitate traiectensi Sic
denique prefatus episcopus subiugauit sibi
propriam rebellem ciuitatem ordinanda in
ea cuncta ad beneplacitum suum tanquam
verus temporalis Dominus et princeps

Miraculum de sancta Barbara

Tempore enim quo ecclesia traiectensis
post decessum gloriosi patris Domini P-
Frederici de Blanckenhem episcopi tra-
iectensis viduata foret et venerandi canonici
ad eligendum novum pastorem conuenif-
sent fere omnes concorditer elegerunt
venerabilem virum Dominum Swederum
de Culenborch prepositum ecclesie traiecten-
sis Franfijcelani vero elegerunt Rodol-
phum de Diepholt canonicum colonen-
sem virum illustrem sed fere Laicum
Sed Dominus martinus papa Swederum
confirmauit et per patentes bullas anu-
lium et Inuestituram sibi direxit repro-
bando Rodolphum canonicum non electum
Quare Dominus Swederus de Culenborch
cum copiosa caterna plebis et militiae tra-
iectum veniens inthronifatus solemniter ut
verus episcopus traiectensis fuit in eccle-
sia traiectensi.

Deinde

Deinde ut moris est homagiatas fuit
 in pretorio traiectensi ut veris tempora-
 lis Dominus traiectensis a toto confu-
 lata et civibus traiectensibus Deinde Amos-
 fardie Rhenen ceterisque alijs oppidis in-
 ferioris territorii traiectensis Seditque quies-
 tus et pacificus episcopus traiectensis
 donec et quousque sui familiares occidif-
 sent antiquum Pruss burgemagistrum
 traiectensium virum grandævum Quo facto hocc-
 = zenses repudiantes ipsum nitebantur
 violenter Introducere Rodolphum de
 Diepholt factorem ipsorum

Tandem anno sequenti in profesto pen-
 thecostes Inclitus Dominus Johannes
 de Renesse miles strenuus latenter cum
 multis armigeris intrans civitatem tra-
 iectensem profugavit cum suis Domi-
 num Svederum episcopum et Domi-
 num violenta manu et mittens pro Ro-
 dolpho violente per nephas introduxit
 cum

Dominus vero Martinus papa his ag-
 nitus excommunicavit gravavit Reggre-
 = gavit anathematizavit et tandem tan-
 quam putrida membra fidei catholice
 Dominum Rodolphum intrusum, Do-
 minum Johannem de Renesse cum
 omnibus fautoribus et complicibus ipso-
 rum

rum abscidit et euulsit Et cum prefati
 speruissent auctoritatem apostolicam per-
 manentes tanquam obstinati in multitudine
 et duritia ipsorum multi tam spirituales
 etiam religiosi diuersorum ordinum quam
 seculares deum timentes tanquam sub filii
 obedientie dimissis beneficijs prebendis mo-
 nasterijs Alijs donibus amicis et cognatis
 nolentes inuolui sententie excommunicationis
 sedis apostolice exierunt traiectum
 Regentes in exteras partes De quorum
 numero erat vir quidam diues et locu-
 pler officio parrifer carnisex vir deum
 timens dictus Henricus Lock filius
 qui cum ceteris de traiecto
 propter iura ecclesie et mandata aposto-
 lica ^(See) Tingt et in oppido Gorinchem in
 Dominio de Arkel applicuit et ibidem
 cum sua familia habitauit

Hic enim Henricus semper honori habuit
 sanctam virginem et gloriosam mar-
 tirem Barbaram seruens et ei cotidie
 spirituali oratione Rogitans ut sibi ante
 obitum suum a deo Impetrare dignaretur
 gratiam perfecte confessionis et sacra-
 mentorum perceptionis

Accidit autem postea cum esset fere fere
 septuaginta annorum anno scilicet Domini
 millesimo

Sic spatium vacuo in
 Ms. relictum.

millesimo III^c XLVIII^o in nocte feste sancti Augustini utpote in profesto decollationis sancti Johannis baptiste quatenus ipse rediens ex agris Domum lassus et fessus iret Dormitiam Itaque in conticinio noctis circa undecimam ferme horam deo permittente candela ardens omnibus dormientibus cecidit in straminibus erat Illico in conflagrationem et combustionem reddidit

Henricus vero et Andreas filius eius ex irredine Ignis euigilantes et male suscitati nudi extra Lectulos salientes vie via ferunt Andreas tamen mutilatus ex combustione fuit aequaliter In genitalibus et diuersis in locis combustus miserabiliter antequam Dominum exire valuit et ignem fugere

Henricus vero cum esset super publicam stratum siue plateam famus licet carnifera sua qua caput suum vestiebat in duobus locis accensa comburebatur Itaque quod proiecit festinanter de capite memor pecuniarum suarum cum quibus consueuerat mercari sperans satis tempestiue domum absque periculo intrare Illaque recipere et famus et illeffus denique domum exire signans se signo sancti crucis

crucis celerrime cucurrit nudus in domum
 ex omni parte comburentem casumque mini-
 tantem qui cum in medio Domus esset. et
 medium ante cameram in qua pecunie repo-
 site erant venisset protinus tota Domus
 cecidit super corpus eius nudum cumque
 in medio flammarum ex omni parte corpo-
 ris crudeliter uretetur non valens quovis
 modo evadere Doluit vehementer quod sine
 confessione et ecclesiasticis sacramentis tam
 miserabiliter discederet

Cumque animus In tanta pena de evasione
 desperaret recogitare cepit mente quia potuit
 de privilegio gloriose virginis et martiris
 cui devote a juventute servivisset Invo-
 cavit eam dicens O sancta Barbara succur-
 re michi succurre michi peccatorum advoca-
 trix gloriosa virgo ut veram confessionem
 et sacramentum Dominici corporis ante
 exitum anime mee tuis meritis et promif-
 sionibus adipisci valeam

Mox illis in clamatibus apparuit in me-
 dio flammarum virgo sanctissima Barbara
 in eadem effigie ut sibi videbatur qua
 depingi solet et claudere sua amovens glo-
 bos ignium cepit ipsum per manum per
 dicens ^{per} ipsum per stramineum Ignitum
 tectum

tectum locavit ipsum in publica platea in
tuto loco dicens

Ecce quia michi servivisti et Tam in
isto periculo auxilium salutis a me pos-
tulasti meo Interuentu vires usque in
auroram ut interim confectis communionem
communionem dominici corporis et ex-
treme unctionis percipere valeas Que
omnia pro te a deo Impetravi Quibus
dictis disparuit Regnaque celorum pe-
tivit

Adhuc nemo de communitate affuit Sed
custodes et vigiles oppidi videntes gran-
dem ignem et multas alias DomoS ac-
cendi occurrerunt et campana civitatis
pulsata oppidanos repente suscitaverunt
Et licet Henricus totus erat ustus
a plantis pedum usque ad verticem ca-
pitul non solum ~~ad~~ ab extra verum eti-
am ab Intra nam ~~vora~~ voras ignis non
solum verenda corporis sui funditus devo-
cavit sed et in unguibus magne ^{rime} ~~rime~~
et tenebrosa vulnera ad modum palme
unius manus hiabant ita quod extra
corporis distincte ista patebant Insuper
nates cum clavis ex toto devorate erant
nisi quod pauca ista ~~cora~~ caro offibus
hesisset

forte terebrosa

Præterea

Preterea hippocindria, pectoralia, ocella, collum
 scapulae et venter ita ~~cumbusta~~ ^{combusta}
 erant et inflexibilia ut lamina ferri Breuiter
 non habuit membrum in toto corpore quin
 erat combustum et caro corporis eius nigra
 admodum pellis et hiopis propter combustio-
 nem erat A vertice capitis infra aures et
 oculos crines cum carnibus defluerant us-
 que ad ossa capites pendebantque per genas ^(sic) super
 mentem eius Demptis oculis lingua et cor-
 de que cincta miraculose ut dictum me-
 ritis et Intercessione Sancte Barbara
 viuuda permanserunt Attamen Tuit. solus
 a domo sua ad domum Diuinae dilecte
 legitime filie sue nupte cuiusdam honora-
 bili viro Neudoni filio Arnoldi quae et
 est magna distantia utpote per duos lan-
 gos rivos et unam plateam dictam die moe-
 lenstract manserunt die denique in signum
 veritatis miraculi ~~sue~~ ^(sic) combustionis aride
~~pede pede~~ ^{pede} pedum suorum hinc
 inde in plateis diuersis in locis que al-
 tera die honeste Inuente in plateis doloro-
 se addite fuerunt humando suo corpori
 Cumque premortuum corpus suum lectulo
 liquibriter repositum fuerat petijt pre
 omnibus confessionem et sacramenta eccle-
 siastica sibi ministrari patefaciens con-
 stanti animo cunctis misericordiam dei
 sibi impensam meritis et Intercessioni-
 bus sancte Barbare gloriose virginis et
 martiris

Deinde

Deinde cum rumor huiusmodi per
 oppidum increpisset veridicus licet per
 totam noctem ignis de momento In mo-
 mentum crevisset et multotiens conuen-
 tum fante agnetis Incendisset multasque
 vicinorum domos conflagrando consump-
 sisset tamen ad illud spectaculum pene
 tota ciuitas confluebat ipse vero confor-
 tatus a Domino omnes fere ac si sanus
 et Incolūmis fuisset ipsum visitantes
 noscens et ad celestia semper amanda
 spernenda terrena et transitoria am-
 monens flentesque corripiens et desisterent
 pro eo flere quia fecit deus miseri-
 cordiam suam cum ipso sed hortabatur
 unumquemque deum in suis operibus lau-
 dare sed ipsi deuote et indefinenter cum
 gloriosa matre eius Maria virgine eis
 seruire et precipue honorare et seruire
 matrone confessionis sancte Barbare
 que ut omnes cernere possent sibi suis
 meritis impetrauit spatium vite quo con-
 fiteri et communicare commode posset et
 recogitare deo omnes annos vite sue in
 amaritudine anime sue Addiditque pa-
 lam enūciando ^(sicut) miraculi seriem cunctis
 ut preactum est qualiter virgo glorio-
 sa Barbara ipsum liberauit adiungens
 in signum veritatis ista Ecce quam
 cito avarata diei illu'scesserit statim
 emigrabo.

armigraba Etiam in argumentum fidei
miraculi scilicet quod supernaturaliter et
miraculose viveret et omnes sibi fidem
accommodarent petijt ab honestis viris spi-
ritualibus et secularibus etiam ab honestis
senibus matronis et probis mulie-
ribus attractari de membro in membrum
ut scirent certissime cuncta que enarrauerat
~~erat~~ enarrauerat fore vera

Cumque multi largiter flentes trepidi
ipsum girando pertractarent dixit non
sentio aliquam lesuram corporis mei au-
dacter attractare et inspice cuncta ^(sic) ~~francia~~
vulnera et ^{rma} ~~circas~~ corporis mei videbis
enim me tam ab intra quam ab extra
combustum Quod cum diligenter perlus-
trasset et ita Inuenissent benedixerunt
Dominum qui facit mirabilia magna
in populo suo meritorum suorum elec-
torum et electarum

Igitur postquam a Trinitate sua om-
nia peccata sua confessus fuisset valde
dolenter recepit deuotissime sacramentum
Dominici corporis et extremam unctio-
nem Et postea trines repetens confessio-
nem suam Inuocavit cum sancta Bar-
bara sanctum laurentium preciosum
martirem

martirem ut intercedere dignaretur pro
 ipso ad Dominum nostrum Iesum
 Christum ut propitiaretur peccatis
 suis et ut illa corporalis affatio et tem-
 poralis pena fieret sibi remissio omnium
 peccatorum suorum

Tandem post diutinam orationem appro-
 pinquante aurora dixit O dilecti
 amici mei et precipue Domine confessor
 ecce Jam adest hora, qua moriar nec
 habeo longum tempus supervivendi no-
 lite recedere in ista hora a me sed ora-
 tionibus tuis mihi exitum anime mee
 ut salvetur

Statim his dictis misericordiam dei
 deuotissime imploravit ut sibi indulge-
 ret sua commissa delicta meritis
 gloriose matris sue virginis Marie et
 sancte Barbare ceterorumque omnium
 sanctorum et sanctarum clamavitque
 sonora voce Domine Iesu Christi
 misericordissime deus qui me in ora
 sancte crucis acerbissima morte et pre-
 ciosissimo sanguine tuo redemisti
 miserere mei In manus enim tuas
 commendo spiritum meum His perfec-
 te dictis statim spiravit feliciter
 ut speramus moxque ad Lapidem
 dei

dei et honorem virginis Marie et gloriam
sanctę Barbare positus^{us} fuit exustum
copiis suam nudum in spectaculum
in anteriori parte domus ut omnes etiam
cuiuscumque conditionis fuerunt cernerent
magnalia et mirabilia dei in ipsum per-
petrata meritis sanctę Barbare Et
quia idem Henricus Kock erat omnibus
dilectus et omnes sibi condolebant
vesperis decantatis conveniebat fere to-
ta civitas et ipsum solemniter et hono-
rifice sepelierunt in ecclesia Gorinches-
mensi ad borealem plagam altaris sanc-
te Marie Magdalene et sanctorum
crispini et crispiniani iuxta ambonem
ecclesie

Et ego Theodoricus Pauli de Gorinchem
natus presbiter et Canonicus et illo an-
no quo predicta contigerunt curatus ex
parte Capituli prefati Gorinchemensis
~~quia~~ quia premissis omnibus et sin-
gulis corporaliter postquam istus fuit
interfuit et ipsius confessionem distincte
quater audiendo illa nocte ipsumque com-
municando sacramento Dominici corporis
extremam unctionem ministravit ip-
sum preterea manibus meis attrectavi
et attrectandum et girandum alij se posui
tam.

tam in vita quam post mortem ac ex-
piravit in sinistro brachio meo Neque
sibi ~~ab~~ ob specialem petitionem filiorum
eius ac filie sue ceterorumque amico-
rum absui sed ~~episcopatus~~^{presens} corporaliter
semper fui nisi in reportatione domini-
ci corporis Et ideo predicta ob petiti-
onem multorum utriusque sexus homi-
num fideliter et veraciter conscripsi Ad
laudem et gloriam Domini nostri Iesu
Christi.

Anno Domini millesimo ¹¹¹¹ quingua-
gesimo fuit annus Jubileus quo ex om-
nibus finibus mundi Christiani caterua-
tim Rome limina sanctorum apostolo-
rum Petri et Pauli in remissionem
suarum peccatorum peregre visitavit

Quo tempore presuit ecclesie Romane
sanctissimus pater Nicholaus quintus
nationis^{is} Lucanus doctor sacre theologie
qui infra quindecim menses deo ordinate
ascendit gradatim a sacerdotis ad episcopa-
tum ab episcopatu ad cardinalatum et
tandem defuncto Engenio quarto papa Ro-
manus efficitur fuit enim vir totus pius
humilis et sanctus

Iste canonizavit Rome in ecclesia sanc-
ti Petri cum magna solemnitate in festo
to

to penthecostes sanctum Barnardem
confessorem ordinis fratrum minorum

Insuper Rome eodem anno contraxit Fredericus dux Austriae Rex Romanorum in presentia Nicolai pape cum ^(sua) persona filia regis portugalie quem et Idem sanctissimus papa coronavit eodem die quo contraxit matrimonialiter cum ea In Imperatorem et ipsam in imperatricem

Anno Domini millesimo III^o LI^o Idem papa Nicholaus ad instantiam serenissime principis Philippi ducis burgundie contulit Tributum omnibus subditis prefati ducis per integrum annum in machlinia duraturum sicut fuit Rome anno preterito

Eodem anno ceporunt susurracione aliquorum gaudavenses discordare cum Philippo duce burgundie comite ipsorum eo quod volebant dare et admittere indiscretim exactionem omnium frumentorum ceterorum cunctorum eduliorum salis et farris et cetera

Quapropter gravissima plaga percussit et humiliati magnam damnationem et detrimentum passi sunt Innumeris viris ex
- intra

utraq[ue] parte cadentibus gladio et fuspensio
 oppidit quibusdam funditus per gauda
 darenfes funditus destruxit destructis
 et depopulatis per crudeles pickardos et
 quod super omnia dolendum est plu-
 res gaudaenfes ducis equites fugientes
 seipfos pre timore submerferunt

Corruerunt ex parte ducis multi nobiles et
 milites cum multis alijs armigeris videli-
 cet Cornelius de Burgundia Rector ducatus
 Luteturgensis filius naturalis
 Ducis Philippi ducis burgundie Domi-
 nus Jacobus de Alejn cum multis alijs

Sed origo totius discordie et quare fuit
 obsidio calisie nam ut famabatur publi-
 ce tot armigeros dux habuit in obsidione
 calisie quod auge bene expugnassent civi-
 tatem et gaudaenfes libenter similiter
 per se oppugnassent sed cohibiti fuerunt
 a duce Philippo ordinatum ^(sic)

Insuper quando maximos bombardos
 emittere volebant et putabant ut moris
 est semper defuit camera bombardi vel
 lapis vel materia expellens lapidem quod
 omnibus et precipue gaudaenfib[us] dis-
 plerunt Quapropter insalutato duce irato
 animo ab obsidione se sequestrabant
 repatriantes

repatriantes verbis gandavium Quare dux
 confusus necessitate compulsus obsidionem
 dissolvit Tratique gandavenses volebant
 arma deponere donec et quousque idem dux
 veniret gandavium et viva voce publi-
 ca diceret in foro dicto des Gravensteen
 quod ipsius culpa et pietate fuit quicquid
 in obsidione calisie sinistrae factum fuit
 Et quia coacte oportuit ipsum hoc dicere
 displicuit sibi valde et omnibus suis pri-
 matibus quare deinceps corde tenus gan-
 davenses semper odio habuit

Igitur anno Domini millesimo ¹¹¹¹ XLIX
 Philippus dux exquiriit magnam reac-
 tionem ex parte salis ex omnibus Domi-
 nis suis Quare omnes principales
 civitates Brabantie flandrie Hollandie
 Zelandie et hannonie convenerunt gan-
 davium Ubi ordinatum et conclusum concor-
 diter fuit ab omnibus quatenus nullo
 modo vellent admittere preces ducis illo
 viso quod similiter Karolus ex rex francie
 potuisset sic gravare franciam propter
 frumentum et sic ex consequenti fere Eu-
 ropa tota finaliter destrueretur

Promiserunt vero ceterae civitates prefate
 facere assistentiam gandavensibus si
 dux eos propterea vellet molestare et grava-
 re

ve Et sic unusquisque ad propria remeavit
 Dux vero Tsta percipiens Tam habens
 occasionem contra gardavenfes iratus
 valde ubique arreftavit eos et quafi publicos
 eos hostes cepit et prifonis mancipavit

• Contra vero gardaifensem exiit gardaifum
 in manu extento et brachio excelfo ubique
 ceperunt potentiores ducis quod contra ex
 gaitilibus manciparunt Quapropter dux Tra
 tus nimis munivit ubique civitates
 castra et fortalicia replens ea suis fide
 libus et strennis militibus et armige
 ris

In Audepnaerden ordinavit capitaneum
 Dominum Sijmanem de Aleijn qui sta
 tim congregans omnes villanos circum
 circa positos et habitantes exquirens ab
 eis an vellent esse cum gardaifensibus
 vel Dominum cum Domino duce Si cum
 duce vero et Legittimo principe ipsorum
 portarent libere omnia bona mobilia
 ipsorum in presidio de Audepnaerden Sim
 plices vero villani XII. villarum et tota
 caffelria de Audepnaerden volentes adhere
 re duci tanquam Domino ipsorum statim
 portaverunt et vehi fecerunt omnia bo
 na In Audepnaerden

L. maffiare

Sed cum uxores villanorum cum filiis et
 filiabus suis intrare presidium de Aede
 Aidenmaerden putarent repudiavit eos
 nec poterant intrare Intimatum vero
 fuit viris earum quod capitaneus nollet
 habere in Aidenmaerden nisi viros arma
 ferre valentes Trati ergo viri ceperunt
 graviter querulose ^(sic) miffitare inter se quia
 displicuit eis hoc factum Dominus
 Simon habens bona villanorum in Aiden
 maerden caute consultus eduxit eos extra
 oppidum pandens quod vellet habere spe
 ciale consilium cum eis de profectu ipso
 rum Quibus accumbentibus ipsum ad prefix
 um locum expectantes clausit post tergum
 ipsorum portas oppidi et ingressum ipsis
 strenue prohibuit

Trati villani videntes se deceptos et delusos
 conquirebantur gaudaensibus violentiam
 ipsis a Domino Simone et Aidenmaerdensibus
 factam Et qualiter callide circumventi fue
 rint ab eo Statim gaudaenses arma ar
 ripientes obsederunt in magna arrogancia
 strictissime castrum et oppidum de Aidenmaer
 den comburendo cuncta suburbia Aidenmaer
 densium. Istud contigit anno Domini M^o
 III^o LII^o feria sexta ante festum decollatio
 nis sancti Johannis baptiste

Contra comes de Stampis positus Insydij
 persepe

per sepe confligit cum eis et secundum va-
rietatem temporum multoties triumphavit
comes multoties gaudaenses cum Sed capi-
taneus gaudavē. fecit secreta per In-
terpositas personas pactum cum duce sci-
licet quod traderet gaudaenses in manus
ipsius Tandem hoc percipientes gaudenses
decapitaverunt ipsum cum alijs duobus ca-
pitaneis conscijs facti postquam publice
confessi fuerunt modum traditionis.

Postremo gaudenses traditi sic tunc ante
oppidum Audenaerden per ipsorum propri-
os capitaneos dissoluerunt obsidionem et
ad gaudium properaverunt In quorum Re-
cessumulti gaudaenses insecuti per Domi-
num Simonem de Aleijn cum suis conue-
runt hinc inde diversis in locis Porro
dix requisivit sibi omnia parva oppi-
da flandrie que suis satellitibus minuit
Tota enim fere flandria in hac guerra peri-
clitabatur et destruebatur nam qui erant
cum gaudaensibus spoliati depredati truci-
dati et combusti fuerunt a duce Et contra
qui cum duce erant decastabantur et truci-
dabantur a gaudaensibus nec erat ibi aliqua
misericordia quia nemo capiebatur vel prisone
mancipabatur sed statim in Campo jugula-
batur siue senex siue iuuenis siue infir-
mus siue sanus

Insuper

Insuper in cortaco vendebantur pueri amicorum gandavensium sicut equi porci et vacce pro pario ~~pretio~~ pretio vel trucidabantur

Preterea in oppido Haerlebecensi Inveniebantur infantes et pueri bini et bini proiecti et submersi in aqua dicta die Leje. Similiter et mulieres cum lapidibus in collis proiecte et submersae fuisse aliqua humanitate et misericordia inveniebantur hoc autem fecerunt hannonsenses et pickardi

Insuper aliquos senes antiquos bonos viros qui non poterant arma deferre sed baculo incedentes cepissent ligantes funem ad vena ~~ad~~ et ad nasum et sic per collum traxerunt eos ita rigorose quod non homines sed monasterium ^{strum} videbantur et occidebant multos

Multi vero quicquid habebant vel procurare mediantibus amicis et consanguineis poterant dederunt pro liberatione ~~no~~ tam Invidite pene et ex consequente ostiatiim mendicaverunt Similiter fecerunt gandavenses amicos amicis ducis

Gandavenses vero habuerunt tria castra scilicet castrum Pote, castrum de Gaüeren et castrum de scendelbeck que munierunt suis satellitibus et congregaverunt ex omnibus

omnibus finibus terre magnū exercitū
pro fallario, quē exercitū appellaue-
runt satellites de viridi ^{tempore} ~~tempore~~

vel tempore. ~~vel~~
discerni potest.

Fuerunt prius in numero sex centum postea
in breui ultra duo milia quia quicquid
hi depredando acquirerunt cessit ipsis li-
bere quorum capitaneus dicebatur Tho-
docus de pilles Hic cum suis infinita
mala et Damna intulit duci et suis sat-
toribus et amicis

Post quem requisierunt sibi unum nobi-
lem capitaneum dictum Bastardus ^(sic) bla-
si qui profuit fideliter usque ad finem
Potestate et industria cuius gaudauienses
requisierunt et confiscaverunt ipsis omnes
villas de walis qui munierunt proprias vil-
las fortiter deferentes bona ipsorum In
presidio gaudauiensi

Novissime stipendaverunt unum angli-
canum militem cum multis balistarijs
et arcuarijs pro grandi solario ^(sic) qui post-
quam Travaffet fidelitatem gaudauiensi-
bus fidebant in probitatem ipsius sed tra-
ditor maximus erat Nam postquam mul-
tos fortes armigeros ex gaudauiis recensisset
dixit se velle oppidum de Dercemon-
de cum eis obsidere et expugnare et iac-
tauit illud se faciliter absque magno
Detrimeto

detrimento et dispendio suorum vincere
 Qui cum putabant Deuremondo obsidere
 viderunt portas apertas et ex alia parte
 multos intraneos fugam fingere ac si
 omnes victi fuissent sicut ordinatum
 fuit Et ipse procedens cum suis intrauit
 oppidum precipiens ut omnes sequerentur
 eum spoliando oppidum tanquam vic-
 tum Cumque circa mille armati secum
 intrassent oppidum statim porte obse-
 rantur Et ipse miles traditor benigne
 receptus cum suis ab incolis terga vertens
 occidit omnes gardaienses qui secum oppidum
 intrauerant cum armigeris ducis qui occul-
 te pridem intrauerat ^{scilicet}

Deinde persequentes illos qui extra por-
 tam clausi erant magnam stragem fe-
 cerunt in eos Attamen gardaienses virili-
 ter stantes preliabantur strenue cum armi-
 geris de Deuremonde et complicibus ducis et
 ceciderunt quam plurimi ex parte ducis Quod
 ceteri videntes fugerunt ad oppidum de Deure-
 monda quos passim gardaienses usque ad
 portam oppidi in vindictam trucidauerunt.

Cuius fama cum peruenisset ad aures princi-
 pis valde iratus misit comitem de Stampes
 et ^{nevers} ~~nuers~~ Dominum Simonem de Aleijn
 militem Waüterim Haclwijn Theodoricum
 de Haclwijn fratres Domicellum de Moer-
 kercken Domicellum Johannem Swane cum
 multis

multis alijs potentibus cum exercitu galli-
cano et Germanis ad presidium de ^{Thielt} ~~Meille~~
Kuijsque et ad vicinas villas de expugnand-
um eas in despectum gandavensium eo quod
faciebant gandenses Sed villani his pref-
atis positis Insidijs in strictis macerijs
viarum Inimicorum suorum viam antici-
paverunt precedentes et sequentes in luore
animi ferociter trucidando Corruerunt denique
ex Improviso ex parte ducis multi

Corruit inter ceteros Dominus Cornelius Bas-
tardus de Burgundia licet tribus fere diebus
superuixit obiitque In brachijs principis
valde Dolentis de morte ipsius Sepelieba-
tur itaque Bruxelles in ecclesia Sante que
dicitur cum maximo lectu nobilium in tumba
qua principes Brabantie in choro requiescunt

Victi vero Domini Ducis cooperti confusione
iterum se recolligebant nolentes redire va-
cui quin se vindicarent de gandavensibus disper-
sos congregantes venerunt ad presidium de
Thielt ut vel eos trucidarent aut effugarent

Incole vero de Thielt cum ceteris vicinis villis
stantes parati ad prelium omnino resistere
decreverunt et bellum cruentum cum eis com-
mittere

Miseruntque his visis prefati Domini ad
illos

illos de thielt certos pre cones qui festinanter
 properantes ad eos clamabant dolose fugite
 fugite o Infentati boni viri ne omnes
 cidamur Dux enim in vicinio ^(sic) est cum grandi
 potestate ad Inuadendum vos et interficiet quos
 cumque Inuenerit hec audientes simplices vil-
 lani sic seducti a bellignaris putabant pre-
 fatos Dominos eos causa prebet pietatis prea-
 uisare fugam Inierunt quos prefati Domi-
 ni persequentes passim de nauissimis occide-
 runt Quod ceteri videntes de thielt redentes ad
 confratres bellum formidolosum cum prefatis
 Dominis complicibus principis Inierunt in
 quo bello multi corruerunt et utraq; parte Tribus
 ordinabantur milites Walterus de Halwijn
 cum fratre suo et multis alijs Recepitque ex
 parte ducis Dominus de Lichtervelt Thielt
 cum sua aduocacia et municiu eam.

Oppidum thielt habet sub se decem et septem
 populosas villas, et ut semper manerent fi-
 delissime amici principis precepit Dominus
 de Lichtervelt quod omnes flandrenses sine
 nobiles sine Ignobiles fenes Inuenes
 oppidi sine villani portarent semper crucem
 sancti Andree apostoli desuper vestimenta
 in signum quod obedirent, duci et suis am-
 cis et qui non haberent illud signum cru-
 cis sine Iudicio suspenderentur Quod fuit
 principium totius mali per flandriam quia
 simplices villani Tam multum perplexi
 nesciuerunt quid iam facere vel dimittere
 debebant

debebant undique enim erant angustie Breuiter tot suspendebantur et trucidabantur in publicis stratis et viis quod pauci poterant ire per vias propter fetorem cadauerum nam gestantes crucem sancti Andree sine nobilibus miles Domicellus vel villanus aut oppidanus suspendebantur in gardauiensibus Alii non portantes a militibus ducis

Gardauienses vero Imperterriti audientes Nicolaus de thielt cum advocatia ipsorum suppressos et suppeditatos a prefatis Dominis et coactos facere duci contra ipsos assistentiam doluerunt eo quod semper fuerunt fidissimi fautores gardauiensium miserunt ultra xxx^{m.} (Sec) mille robustorum et audacium armigerorum denique ante thielt ut Reuocarent eos ad obedientiam gardauiensium Oppidani vero de thielt videntes tam validam exercitum et fortem contra eos perplexi et ansiosi statim miserunt ad Dominum de Lichtervelt quatenus dignaretur iam ut eis promiserat venire in thielt ad succurrendum eis contra gardauienses quia propria ipsorum potestate eis resistere nequibant Statim ipse remisit quatenus ipsi aperirent gardauiensibus portas introducendo eos in oppidum ipsorum ne affilipentur et trucidarentur eo quod non habuit copiam resistendi eis Quod cum fecissent thieltenes dixerunt gardauienses

Fratres

Fratres et amici nostri predilecti prescimus
 bene et plane quod fecistis coacti homagium
 et Inuestis fidelitatem duci nostro con-
 tra voluntatem et conscientiam vestram nota
 origine guerre nostre pro republica et
 pro communi utilitate et profectu om-
 nium prouinciarum quia nec nos aliud que-
 rimus nisi dare principi nostro omnia
 que iuris et consuetudinis sunt ut nos pos-
 semus seruare plebicita et preiulia nos-
 tra Et licet iniuti et coacti contra conf-
 cientiam vestram predicta fecistis tamen
 si nobis ad herere et fauere dignamini
 defendemus vos contra quoscuque grassa-
 tores Ducis nostri etiam si nisi duos
 vel tres armigeros in nostrum seruitium
 causa obedientie admiseritis contenti fu-
 rimus de vobis Cumque omnes consentirent
 in obedientiam gardauiensium diserunt pie
 et benigne gardauienses

Fideles amici sciatis pro vero et certi sum-
 mus ex quo nobis consensistis ef-
 fecti fideles subditi gardauiensium venis-
 et princeps et comburet deuastrabitque
 oppidum dispergendo vos omnes Ideo
 expostulamus et consulimus quatenus
 omnia vestra bona mobilia possidetis nos-
 biscum secure in ciuitatem nostram et prof-
 tea deuastrate Domos vestras et habitacu-
 la mansionem vestrarum ne Inimici Inf-
 tacie

tiarum salutarum Reuerentia principis nostri gaudeant de vobis

Oppidani vero multi anxii inteme supplicauerunt gandauensibus inducias aliquarum dierum sperantes quod deus vel sui aliquo modo eos deuastaret eos quod gandauensibus nullatenus fuissent fuissent nisi consensu domini de Lichtervelde et sic quamdiu potuissent seruire domos et domicilia eorum libenter seruarent Et sic benigne exercitus gandauensium recessit et castrametatus est apud Beverhoit versus brugis mittensque in brugis notabilem virum cum bucina et cum signo gandauensium ad consilium petierunt solummodo pro pretio victualia tanto exercitui necessaria Sed brugenses timore tanto potentes exercitus clauserunt portas a festo pentecostes usque ad duodecimam horam diei lune sequentis Immemores pacti promissi gandauensibus.

Quod aduertentes gandauenses ne molesti tamen eis essent perrexerunt versus oppidum Ardenburch dictum quod ^{hic} quod fuillatenus concremauerunt et spoliauerunt sperantes flusenses cum Domino Simone de Alijn capitaneo eorum illuc venire et eos debellare et quia non comparuerunt redierunt versus gandauium

Quod

Quod ~~advententes~~ percipientes complices
 ducis et precipue Dominus de Lichtervelt
 venerunt cum oppidanis de Cortraco et alijs
 multis armigeris principis ante Thielt quod
 statim ceperunt eo quod Incole volebant eis
 resistere sed apertis portis introduxerunt eos
~~hic~~^{pie} excusantes se vigore ~~ulterarum~~ Do-
 mini de Lichtervelt quod gandavenses admi-
 sissent

Sed Dominus de Lichtervelt non habens
 compassionem cum eis trucidavit multos
 ceteros in fugam dilapsis Et ut gandaven-
 ses predicerunt oppidum totum Igne et
 ferro destruxerunt cum omnibus villis ip-
 sis pertinentibus Gandavenses vero his
~~pre~~^{per}ceptis nuncio pre-conitante celerri-
 me miserunt multos armigeros de vini-
 di tentorio versus oppidum Harbecen =
 = se, quod sagaciter ceperunt et in viciniam
 Thieltenfium omnibus incolis aut
 trucidatis aut vinctis aut profugatis to-
 tum oppidum incendio solatenus destruxerunt
 cum XVII. villis advocatie ipsorum
 pertinentibus

Quibus factis comes de Stampes cum
 Domino Waitero de Haclwijn et Adriano
 de Claerhoit et cum quodam dicto mori-
 ton cum illis de Cortraco ex una
 Nobilis Cornelius Bastardus de Birs-
 gundia

gūndia et Dominus Sijmon de Aleijn ex alia parte cum illis de flusa Johannes de Bonen ex Audennaerden ex tertia parte Intraierunt hostiliter in terra de waes quam terram penitantes in manu forti denastabant ubique combūstis fere omnibus villis

Contra ~~vero~~ gaudaienses collecto grandi exercitū eis omni modo resistere decreverunt vel formidolosum bellum cum pretis committere Et inito prelio cum nobili Cornelio Bastardo burgūndie et suis complicibus corruerunt multi ex utraque parte

Tandem post Ruinam nobilis Carnelii de Burgūndia qui ibidem occisus fuit gaudenses fugam Inierunt nec multo Illustriissima isabeel dūcissa burgūndie volens pergere versus brūgis cum tribus milibus nobilium armigerorum debellata fuit per gaudenses qui cum infirmi conglomeratione fuissent fortiter preliabantur pro corona victoria Sed amici dūcisse fugam cum ea capientes evaserunt Attamen cecidit in illo conflictu Glinerus de fossato cum $xxviii$. alijs approbatis armigeris ex parte dūcisse. novissime venit cum magna copia armatorum ex Hollandia nobilis Reijnerus Dominus

nis de bredenrode et Vianen etc. Dominus
 Johannes de Waffener Dominus de Lannoij
 locum tenens Hollandie et castrametati
 fuerunt In terra de waes iuxta oppidum
 hülft conflagrantes cuncta que supererant

Quod percipientes gaudenses animose eos
 debellare decreverunt et profugare eos extra
 terminos eorum portantes secum vestes fu-
 nes et cordas cum quibus omnes suspen-
 dere decreverunt Et obuiantes sibi inuicem
 in magno liuore in loco prefato formidolo-
 sum commiserunt alterutrum prefa pre-
 lium Sed postquam gaudenses audierunt
 clamare Hollant Hollant putabant to-
 tam Hollandiam ibidem adesse Et post
 Ruinam multorum gaudensium prefati
 Domini triumphum victorie obtinuerunt
 Ordinabantur in illo conflictu milites Jo-
 hannes de Waffenaer Dominus Ruitghe-
 rus de Boetselaer de asperen et de Lan-
 gheraack etc. Walramus de Haesten cum
 plerisque alijs Quod percipiens dux mil-
 tum gaudensium fuit de Ruma gauden-
 sium, et tropheo suorum amicorum
gracias agens eis cum magna Reuerentia

Post hoc dux congregans magnam exerci-
 tum obsedit castrum de potten in quo castro
 fuerunt

ita quidem correctum
 a manu 2. sed regra-
cians pr. m. scriptum

fuerunt circiter trecenti armigeri quod postquam per tres dies stricte obsidisset transfierunt in gratiam ducis eo quod gaudenses promiserunt ipsis quatenus eodem die obsidionis liberarent eos sed gaudenses discordes inter se non comparuerunt Quapropter necessitate compulsi transfierunt in gratiam ducis sed immediate sine gratia Tugulabantur suspensi in arboribus p[er] fornicia T[ri]bique cecidit in obsidione Dominus Jacobus de Aleyn miles strenuus cum alijs multis ex parte principis Post hoc obsedit castrum Scendelbeke quod similiter vicit et omnes suspendit

Post hoc obsedit castrum Gauerem in quo erat quidam capitaneus in quem gaudenses miro modo confidebant attamen fuit traditor pessimus nam postquam die obsidisset castrum prefatum tribus diebus fecit dolose pactum cum duce quatenus callide educeret gaudenses ad prelium ad liberandum castrenses et ad deum bellandum ducem cum suis Quo facto pacto facto secessit quasi latenter nocturno tempore cum decem satellitibus extra castrum versus gaudium Intimar eis quatenus omnes iam ipsum armata manu sequerentur quia sine difficultate bene disturbarent totum exercitum captivando ducem et sic fieret finis quararum

His

His audis gaudaïenses magnam fiduciam in
 ipsum habentes ac fidem sibi accommodantes
 venerunt infiniti a viginti annis usque ad
 ad sexagesimum post eum Dux vero his presertim
 cum quatuor turmis improvisos inuadens pre-
 liabantur prelium crudelissimum In Inui-
 cem Tandem licet post oblongum conflic-
 tum cesi et submersi fuissent ex parte gauda-
 ïensium ultra ^(Sex) XVI^m tamen multi ceci-
 derunt etiam ex parte ducis gaudaïenses enim
 ut viri imperterriti animose aggressi fuerunt
 ducem cum suis Dux vero percussus et
 circumuentus in prelio a gaudaïensibus in maxi-
 mo periculo fuit Sed mediantibus Domino de
 Gruythuisen Domino de Moerkere-
 ke Johanne Twane cum multis alijs libe-
 ratus fuit pace facta inter ipsum et gauda-
 ïenses Prefati vero milites ordinati
 Et sic gaudaïenses licet succubuerunt ta-
 men in eodem bello firmam pacem a prin-
 cipe nobiliter Impetrauerunt Actum fuit
 predictum cruentum prelium anno Domini
 M. cccc LIII. scilicet in festo sancti Apol-
 linaris archiepiscopi, et martiris scilicet
 altera die sancte Marie Magdalene

Et Licet guerram ducis Philippi cum
 gaudaïensibus prius posuerim et prius po-
 suissem guerram ipsius contra brugeses
 eo quod prior tempore acciderit tamen hoc ad-
 huc

hic annotare proposui quia ex uno fundamen-
to resultavit.

Igitur anno Domini millesimo IIII^c XXXVIII. post-
quam flandrenses dissoluerunt obsidionem
calisie Anglici insequentes nauigio flandren-
ses deuiastabant flandriam pro magna parte
Donec venirent In presidium brugens-
ium vel in subsidium eorum Et dum que-
rela de die in diem brugis venisset tandem
ceperunt arma anticipantes vias anglicorum
ita quod nullatenus possent tempestiue In-
trare nauigia eorum erant enim dispersi
in multis locis et trucidabantur sparsim
ultra XXVIII^c ^(sic) ceteris fugatis

Brugenses vero dum sic armati coadunati
redissent ante presidium brugis noluerunt
intrare oppidum quoadusque gauderent
eisdem priuilegijs quibus patres eorum gau-
debant Tandem consulti ducis intrauerunt
sed dedignabantur arma deponere nisi pri-
uilegia amissa et subrepta recuperassent
Et etiam scire volebant an bene vel male
starent cum principe ipsorum Et post-
quam dux fere coactus eis candeliscendisset
tribuens eis priuilegia secundum petitionem
ipsorum valde irascebatur et deinceps eos
odio maximo habuit

Brugenses attamen semper rebelles erant
Duci tam In brugis quam extra et tanta
mala

mala perpetraverunt cum ipsorum fraternitatis et contubernijs quod consilatus et rectores brügensium nullatenus audebant eos corrigere vel via iusticie. Quare consilatus accessit bruxelle ad principem excusantes seipsos de violentia cotidiana brügis a maleficis perpetrata accusantes malefactores petentes quod dignaretur brügis venire ad puniendum malefactores et transgressores ordinando civitatem In bona Iusticia et debita politica et Regimine promittentes duci facere assistentiam pro viribus ipsorum corpore et anima

Quod percipientes brügenses tanquam insensate et furibundis ^{canes} ~~comas~~ indignati et irati congregantes se in armis super suorum in despectum principis ceperunt violenter honorandum virum inavritium de Wassenac burginagistrum brügensium et Jacobum de Wassenac fratrem eius capitaneum brügensium amicos et fautores principis quos abominabiliter occiderunt Quod facto cogere ceperunt consilatum quod illa homicidia perpetrata esset negotium civitatis Et cum leniter respondisset quod nulla modo hoc consentire dignabantur eo quod preter consensum et fitium ipsorum Iusticia postposita facta fuerunt valebant eos Invadere et occidere

Quod

Quod videntes consules valde perplexi facto silentio dixerunt Amici dilecti si placet peregrinamur ad principem excusando totum negotium Ita quod cum Impetu factum sit mitigantes iram principis ne Indignetur civitati Et sic per adulationem et dulcia verba euadentes festinantem^{ter} exeuntes civitatem accesserunt ducem protunc In Insula que Rysel appellatur existentem pandentes sibi dolorose cuncta mala brugis perpetrata in suos amicos

Dux vero illa audiens iratus valde statim iussit congregare magnam exercitum ad suppeditandum brugenses Quo congregato ex gallia burgundia arthesia hannonia et ex ceteris provinciis preconare fecit publice quod Hollandiensibus esset iratus quos corrigere voluit propter maximos eorum excessus Et ne brugenses essent preiudicati vel suspicarentur malum quod exercitus veniret contra eos premisit XV^c armigeros versus Antwerpiam quasi precederent eum ad Hollandiam

Igitur anno Domini M^o III^c XL^o ^(Sic) per mittens dux suum mariscallum brugis qui ut moris est disponeret pro suis armigeris certa hospitium hospitia petens ut sibi et suis portas civitatis aperirent ut exercitus suus per unam portam intraret et ^{per} aliam exiret

exiret siue traditione Quod brügenses favorabiliter ei consenserunt et ne princeps aliquod suspiciuum de brügensibus haberet consilio consilatus brügensium preceperunt brügenses, ne quis illo die quo princeps intraret arma tolleret vel portaret ob reuerentiam principis

Venit ergo Philippus dux cum grandi exercitu ~~plena~~ plebis et militie in festo pentecostes hora infra primam et secundam post prandium ante brügis volens intrare ut Dominus ad iustificandum malefactores et ordinare ciuitatem in bona politica Cui statim brügenses scientes presentiam aduentus sui occurrerunt solemniter et deuote processionaliter cum collegijs canonicorum et quatuor ordinibus mendicantium cum conuentibus ^(Sic) Beguittarum et virginum et cum omnibus contubernijs siue fraternitatibus ciuitatis brügensis cum que ^(Sic) scolaris cum vexillis dominice passionis processerunt processissent extra portam. Intrauerat ^{aut} multi armati ex parte principis. In brügis siue ^(Sic) contradictione Sed cum communitas siue contubernia vidissent tot armigeros prope ducem ~~timuerunt~~ suppressi et ~~et~~ opprimi per eos celeriter intrantes brügis laxauerunt unam grossam cathenam prohibentem ceteris Ingressum dicentes forensibus armigeris quod nullo modo admitterent

rent eos intrare quia nimium ~~ganarentur~~
ganarentur per eos

Misit ergo dux his auditis ad superiores
et Rectores brügensium quatenus Indila-
te sibi aperirent portam ut posset cum
suis intrare mansit autem princeps sic
ante brügis bene per tres horas antequam
potuit intrare

Interea venerabilis pater et Dominus et
Magister Anthonius Kiem doctor sacre
theologie ordinis fratrum predicatorum
perpendens dolum in negotio accepit benig-
ne pixidem preciose ornatam In qua
erat inclusa lignum sancte Dominice cruce
is que tamen pertinebat fratribus here-
mitarum sancti Augustini sancti qui ac-
cedens cum eadem pixide et cum fratribus
suis ducem salutavit cum valde deuote et
honeste prebens sibi osculari lignum
sancte crucis quod dux Remisit cumque
Doctor presalvus fere per horam sibi euan-
gelisasset allegando misericordiam et pietatem
ipsum nullatenus potuit ad pietatem molliri

Post horam doctor volens recedere salutato
duce denovo prebit sibi pixidem ut in pace
oscularetur crucem domini Et quia doctor si-
bi valde specialis fuit et multum pre
instetit cum osculum daret ligno crucis
flexit

Sege ut

fleat genia sua ut oscularetur Cumque oscu-
laretur lapis quem dux labijs tangebatur
scissus crepuit in duas partes Quod ipse
doctor cernens corripuit eum benigne ut de-
sisteret a malis suis proposito quare dux
iratus precepit ^(sic) et celeriter cum suis fra-
tribus recederet

Interea aperta porta cum Dux intrare vo-
luit precepit vexilla denudari et ciuitatem
opprimi

Doctor vero Anthonius celerrime cum suis
bruges intrans publica voce traditionem
prodidit et ea horrore ibidem concepto in
breui postea obiit

Brugeses vero interim in Truicem con-
glomerati resistere duci omni conamine
uitebantur

Dux vero postquam brugas intrauerat et
burgundiones et gallici ipsum precessis-
sent et neminem vel paucos de brugen-
sibus vidisset valde mirabatur consilio
vero suorum misit Dominum de Licht-
tervelt ad forum ut exploraret an
brugeses armati vellent ipsum debellare et
expugnare Qui cum ad forum equitasset
neminem vidit nisi quendam fenem Intra-
meri

men oppidanum cui miles interroga^{Ueret}
 quor^{um} essent brigenfes qui gratia dei
 Rem perpendens respondit scito domi-
 ne quod omnes Domus circa foro-
 rum cum pretorio latenter replete sunt
 armigeris quod audiens miles ilico lassans
 frenum equi celerrime equit^{udo} accessit
 dicem Intimans sibi predicta

Interea dum ultra duodecim centum balif-
 tarii et satellites essent in foro clara voce
 clamauerunt gallice ville gaignee Id est
 victa est ciuitas et sagittauerunt cum ba-
 listis Ita spesse et multipliciter et quod
 nemo audebat aperire fenestram vel Do-
 m~~um~~ium Et cum tali rumore venit dux
 in medietate platee dicte die bockerijstraet
 Tunc obuians sibi quidam honestus ~~prof~~
 ta pistax propecte etatis qui geniculando
 coram duce deuote dixit Bene venisti in-
 dite dux et princeps in nomine Domini

Dux vero parumpendens verba pistaris
 educens gladium suum percussit illum
 pistorem tam valide in capite quod ^{cor} qua-
 ruit mortuus scisso capite in duas par-
 tes quod ceteri brigenfes percipientes
 statim clauserunt portas ciuitatis ne
 adhuc forenses armigeri complices
 principis intrarent

Erat

Erat enim miserabile spectaculum nam multum devote ^(Sic) begite nudipedes nudipedes sacerdotes monarchi clerici et scolares diversi errabant circa fossata extra mœnia errantes pre anxietate errabundi currentes in tali angustia

Tandem brügenses obviaverunt fautoribus ^{Ducis} valde hostiliter habentes magnam bombardam quam miserunt sic lapide Civis saniti gallici porterriti segregaverunt se per fugam putantes eos traditos a brügensibus Brügenses vero segregatos occidebant multos hinc Inde numero quasi XV^e. (Sic)

Quod audiens dux in magna angustia positus quia circumdatus fuit a brügensibus furentibus pre nimia ira fugam cepit versus portam quam Intraerat quam clausam et firmiter obseratam Repperit

Interea brügenses in magna copia per diversas turmas armati venerunt ad debellandum nos ^(Sic) ducem et suos Et iniudentes complices ducis occiderunt multos in presentia ducis volentes ducem defendere et precipue nobilem Dominum et baronem precipuum consulem ducis Dominum de Lilleadam.

Lilleadam militem strenuum et famosum qui fra-
 ter ordinis militum de velle re ~~de~~ sonis de quo
 princeps valde doluit pugnantibus vero armige-
 nis ducis cum brigenfibus Duce in maximo pe-
 riculo constitutus imploravit auxilium a deo
 ut inde eriperetur et liberaretur a brigen-
 fibus ipsum Inuadentibus et ecce superue-
 niens quidam rusticus dictus Parlant mal-
 leis et fabrilibus instrumentis vi aperuit
 portam redimens ducem Qui celeri gressu
 mestus equitavit versus insulam dictam Rij-
 fel

Brigenfes vero percipientes predictam rusti-
 ticum Parlant portam violenter aperuisse
 et ducem liberasse ceperunt ipsum et in
 foro publice In contumeliam ducis decolla-
 tum diuiserunt in quatuor partes Brigen-
 fes In Impetu ignorantes ducem evasif-
 se occiderunt quotquot Inuenire pote-
 runt ex parte ducis tam in brigis quam
 extra Et non contenti de Ruina multo-
 rum cucurrerunt armati eodem die et nouem
 diebus sequentibus In begitarijs In mo-
 nasterijs in ecclesijs etiam in omnibus hos-
 pitijs in quibus hospitari putauerant ami-
 cos et armigeros principis quos trucidave-
 runt et quosdam ceperunt quos ergastulis
 manciparunt et in paucis diebus sequenti-
 bus decapitauerunt sine Iusticia et Iudi-
 cio sed violenti gladio numero **XXII.**

f. poterant

Cesi

Cefi et occifi in die penthecoftes ~~die~~ et in
 priuatis locis diebus fequentibus colligeban-
 tur et in carricis tanquam canes proiecti por-
 tabantur et fepelebantur in Domo fancti Jo-
 hannis cum honefto barone domino de Lillea-
 dam

Sequentibus diebus prenditi fuerunt extra
 foffata et vada ciuitatis fubuerfi multifi-
 militer in locis Immudiffimis ut pote
 in cloacis et locis paludofis multi extra-
 hebantur quorum corpora confepelebantur
 predictis in domo fancti Johannis

Brugenses vero etiam in diebus penthecoftes
 In impetu ceperunt ultra ducentos armis-
 geros quos fuper quandam ligneam machinam
 publice in foro decollauerunt demptis ~~xxii~~
 quorum vitam humiliter fupplicando optinuit
 Domina de ~~de~~ Griijthuijfen quos brugenses
^(sic) bene veftitos miserunt dici erant enim mi-
 litares et nobiles

Preterea castrum de Driytkercke fpoliauerunt
 et destruxerunt habuerunt enim brugenses
 quendam virum in brugis qui dicebatur Sj-
 mon Domicellus de Haspegauwen non
 quod fuit nobilis fed pellifex qui erat
 vir diues fapiens andax attamen pius et
 omnibus dilectus quem ordinauerunt ipfo-
 rum capitaneum et valde confidebant in
 eum

cum cum quo obsiderunt ^(sic) et vicerunt castrum
de malem ordinantes ipsum castellanum de
malem ex parte brugenium

Dux vero audiens castrum victum iratus nimis
misi illuc Dominum de Gruythuisen cum
mille armigeris et recuperandum et retor-
quendum illud ex ditione et potestate bru-
genium. Qui cum obsidisset castrum dixit
prefato capitaneum quod ipsum captum sus-
penderet in altissima arbor totius flandrie

Contra Simon capitaneus castri dixit quod
ipsum certissime adhuc illo die suspenderet
si permaneret usque ad noctem in illa obsidio-
ne. Restititque ei strenue bombardis et
balistis et ipse semper in fronte expugnatio-
nis castri nobiliter se defendendo mox signum
fecerunt castrenses versus brugas cum mag-
no igne subsidio habendo. Quod signum
Dominus de Gruythuisen cum vidisset et
notasset timore brugenium dissoluta obsi-
dione fugam cepit versus flusam. Quod
videns capitaneus prefatus de portis castri
erumpens cum aliquibus armigeris aliquos
de nouissimis armigeris et satellitibus
Domini de Gruythuisen vulneratos et captos
secum abduxerunt erat enim capitaneus ar-
miger strenuus et imperterritus

Postea tamen dolose traditus fuit et Domi-
no duci presentatus quem altera die dux iussit
fit

Sit extra presidium de cortraeo decollari cuius
 rumore increbescente veridico in brigis sta-
 tim ad arma conuolantes incole volebant suos
 Rectores et superiores omnes trucidare in
 vindictam illius capitanei Quare rectores
 brigensium celerrime miserunt ~~scotos~~ depu-
 tatos ad ducem dicentes quod si illum capita-
 neum decollaret omnes tribunicie digni-
 tis viri Rectores brigensium amici sui in
 vindictam decollarentur Quod audiens dux
 condoluit et amicis suis in brigis in tali au-
 gustia constitutus ^(sic) remisit illum capitaneum
 suum et bene vestibus ornatum brigis
 et sic liberatus fuit uiuens multis annis
 postea et factus fuit postea amicis du-
 cis et ditatus

Postea vero brigenses ~~et~~ miserunt mag-
 nam cateruam armigerorum versus oppi-
 dum Dam quod vicerunt et affilierunt
 conflagrando domos et spoliando et occi-
 dendo vel captivando incolas oppidi et fa-
 miliares et seruitores principis in Liure
 grandi trucidauerunt

Quo facto venerunt ad oppidum fluse cum
 diuersis armorum generibus oppugnando
 illud ad subiciendum illud brigensibus
 infringentes portas oppidi sed prop-
 ter fortem resistantiam Intraeorum ex-
 pugnare non valuerunt similiter nec cas-
 trum propter potentiam Domini Roelandi
 de

de Dúijtkercken castellani et suorum compli-
cium. Et sic inefficaces redierunt brúgij.

Duravit autem ista quærra per biennium in
quo In respectum principis multa mala per-
petrauerunt.

Dum vero conuocato suo superiori consilio ad
Iudicium exquisiuit iusticiam ab eis quidnam
faceret brúgensibus propter excessus et des-
pectus in ipsum nimis ^(sic) Iuste commissos
et perpetratos. Ubi iudicialiter per decretum
ipsorum determinatum et conclusum fuit
ex quo nobilem Domicellum de Lilleadam
fratrem nobilis ordinis de vellece Japonis
trucidauerunt cum alijs multis et contra
maiestatem principis non timuerunt nec
abhorruerunt inualitiose facere et adhuc
cotidie faciunt quod via iusticie priuarentur
omnibus Iuribus priuilegijs libertatibus
corporibus et omnibus temporalibus bonis
que omnia princeps debet disponere et
ordinare ad suum beneplacitum et volunta-
tem.

Preterea quod brúgenses deuastaret et ad extre-
mam miseriam paupertatem et subiectio-
nem triumphali et potente gladio coartando
produceret. Quia sententia lata princeps timens
deum abhorrens que effusionem sanguinis
Christianorum et plura alia bellica opera
que inde oriri poterant prima fronte distulit.

Iuridice

Juridice contra eos procedere licet bene meruerant sed sperando de meliore scilicet quod ad veram agnitionem suorum malefactorum ex gratia dei pervenire possent prorogavit; et distulit executionem sententia late et strenue contra eos prosequi nichilominus precepit ut ubicumque invenirentur precipue propugnatores suspenderentur et occiderentur quibus brigis manifestatis exierunt brigis nationes regnorum de mercantibus que brigis habitare et conversare consueverunt et preter illos alii multi honesti nolentes inuolvi sententie principis Et quia per biennium duravit illa guerra manserunt sine argumentatione et questu ita quod depauperabantur et ubique vitabantur et odiebantur et pauci brigis exire non audebant ^(sic) dolere de commissis ceperunt attendentes finaliter ipsorum omnium destructionem

f. dolere

Tandem quidam honesti brigenses et sapientes ex gratia et inspiratione spiritus sancti venientes ad cognitionem forefactorum convocaverunt secreta aliquos notabiles decanos et procuratores cantuberniorum brigensium quos pie Informaverunt ut per mediatores peterent veniam offerentes facere de cunctis excessibus condignam emendam

Miserunt ergo notabiles tam spirituales quam

quam seculares deputatos honestos viros ad principem presentantes et offerentes sibi obedientiam ^(sua) subiectionem et emendare omnia forefacto excessibus delicta offensas rebelliones transgressiones seditiones conspirationes et omnia perpetrata ab eis contra maiestatem suam pro possibilitate et facultate ipsorum Et licet habuerunt saluum conductum veniendi apud ipsum dedignabatur tamen eos videre et audire Quapropter deputati valde perplexi brigis inefficaces dolenter redeuntēs Intimaerunt communitati visa et audita

Eodem vero tempore scilicet anno Domini millesimo ¹¹¹¹ ~~1111~~ ¹¹¹¹ ~~1111~~. Dux aurelianensium gratia et instantia Philippi ducis burgundie et Theobaldi eius ducisse ex anglicana prisona ~~gratiosa~~ gratiose redemptus et relaxatus venit in flandria apud prefatum Philippum ducem burgundie ad regratiandum sibi de militari probitate sibi Impensa

Statim Brugeses His auditis miserunt denique ad prefatum ducem aurelianensem et precipue ad Karolum filium Philippi ducis burgundie et ad illusterrimum Johannem ducem cliensem certos deputatos petentes amore Domini nostri Ihesu Christi ut vices suas dignarentur interponere ad pacificandum

ificandum illustrissimo suo naturali principi brügenses desolatos permittentes stare contenti quicquid rationabiliter ipsi ad satisfaciendum principi decernerent fieri et facere

Illorum igitur instantia dux eis accommo-
dandis aures venerunt sub salvoconductu so-
lemnes deputati brügenses apud princi-
pem anno Domini millesimo .IIII^o .XLIII^o 
die Lune XVII^o die mensis februarii^(sic).

Dux stans in medio suorum primatum pre-
latorum multorum nobilium baronum con-
siliis et suorum militum iussit eos ad-
ducere ad se qui venientes humiliter geni-
culando suspirando tremendo cum magna con-
tritione et amaritudine mentis ipsorum
severe flentes dixerunt quod ultra modum

Inenarrabiliter displicet eis quod totiens in-
sultaverunt contra eum offendentes ma-
iestatem suam Addiderunt Insuper quod
nullo modo possent letari vivere nec prof-
perari in aliquo nisi essent maiestati sue
reconfiliati In signum cuius posuerunt
vitam ipsorum et omnia bona tempora-
lia brügensium in voluntate et potestate
sua ad emendandum omnia predicta
delicta secundum posse ipsorum peten-
tes in processu relationis cum grandi
exultata et humilitate ut dignaretur habe-
re amore Domini nostri Ihesu Chris-
ti

ti et gloriose virginis Marie advocatrici
 desolatorem et miserorum. compassionem
 super brigis que una famosissima civitas
 est mercatorum que in mundo est per quam
 omnes principatus sui et vicini in mar-
 cimanis gaudent et respublica vere augetur
 et presertim compatetur uxoribus
 et filiis brigensium remouendo omnem dif-
 fidentiam malitiam et malam voluntatem
 conceptam contra brigenses

Tigitur relatione facta iussit Dux Sugere bru-
 genses dicens inter cetera. Ecce ob hono-
 rem domini nostri Iesu Christi et
 eius piissime genitricis virginis Marie
 et ad requestam dilecti confratris nostri duci-
 cis aurelianensis et presertim ad Instan-
 tiam dulcis filii nostri Karoli comitis
 kadralensis et ad supplicationes nostri
 dilecti nepotis Johannis ducis cliuensis
 Comitisque de niuers et estampis et aliorum
 prelatorum multorum et etiam propter
 preces honestorum mercatorum ex omni
 natione mundi brigis conuersatum qui
 omnes nobis humiliter supplicauerunt
 pro brigis ad quorum Instantiam Rece-
 pimus brigenses in nostram gratiam
 deputando et assignando vobis diem per quin-
 denam redeundi secure ad nos ad audiendum
 ordinationem vestram quam consensu nostrorum
 consilio

confiliariorum Interim ordinabimus
 deliberato animo de omnibus ^(sic) profecti-
 bus vestris et quomodo reparare et emenda-
 re debetis coram nobis et nostra suprema
 maiestate Dominii excessus etc. com-
 missos ab eis contra nos et nostrum
 dominium

Sciunt enim et habuit in scriptis ^{romana omnium}
 qui cathenam porte brügensis sursum vio-
 lenter eleuauerunt Ingressum denegantes
 suis familiaribus et qui in tumultu pro-
 pe eandem portam ipsum Inuadere ni-
 tebantur. Ac qui illustrem Dominum de
 Lilleadam trucidauerant atque qui maurici-
 um de ^(sic) Varsenaer cum Iacobopate suo mi-
 serabiliter trucidauerant horum nomina
 primo usque ad octodecim scripsit in
 quadam litera quos uoluit ut pu-
 blice in foro iterum in vindictam exces-
 sus decollarentur quam literam clausam
 misit brügis cum aliquibus confiliario-
 rum ad exequendum eam Qui brügis ve-
 nientes statim conuocauerunt bürgima-
 gistros, scabinos curiales decanos cantuber-
 niorum capitaneos et iuratos brügen-
 sium cum magna copia opidanorum qui-
 bus congregatis clamauerunt prece principis
 sonora voce dicens

Ecce illustrissimus princeps condolens
 vobis

vobis nullatenus vult audire de pace ordi-
nanda nisi prius seruire vultis contenta
istius littere quod quod si feceritis or-
dinabit per quos supremos consiliarios
modum pacis pro profectu et salute ves-
trorum. Sin autem nihil attemptabit Com-
munitas vero ut dictum et ~~dolens~~ est
dolens de proteritis et anhelans ad pacem
ignorantes contenta littere clamauerunt. Vo-
lumus volumus omnes seruire ea firmi-
ter dummodo possimus ^(sic) pacifici principi
naturali Domino nostro.

Porreuerint ergo deputati principis eandem
litteram scilicet primigenisque Bru-
genfium qui circa crepusculum potenti ma-
nu nominatos in littera ceperunt et carce-
ribus manciparunt adhibitis consolatorijs
confessoribus. Altera vero die facto lignea
machina super forum publice decollaban-
tur Petrus Thent Dijonensis Bruijn
Jacobus Mestem cum alijs nominatis. In
littera usque ad octodecim quorum a-
nimae requiescant in perpetua pace. Quo-
bus decollatis ordinata fuit pax in tali
modo.

Primo quando Dux cum suis primatibus
et nobili familia statuto die Brugis ve-
nisset quod tunc burgimagistri scabini con-
sules

files capitanei oppidanorum Decani Turati
 et mechanici nostre civitatis brigenfis
 et apud unumquemque illorum viginti persone
 erient nudis pedibus nudis capitibus et
 occurrent duci per unum militare extra brū-
 gis ad talem locum a nobis specificandum in
 quo expectabunt ipsius adventum Et quāme-
 to appropinquaret eis starent super genia
 In terra et sic manerent genuculando donec
 esset apud eos tam prope quod princeps eos
 audire et perfecte loqui posset Et tunc in
 tali statu petent applausis et complofis ma-
 nibus sonora voce a duce quod de omnibus
 offensis delictis excessibus Rebellionibus
 transgressionibus seditionibus conspiratio-
 nibus ~~conff~~ violentijs ~~homicidijs~~ et homi-
 cidijs et de omnibus ab eis perpetratis con-
 tra ipsum quia valde displicent eis et
 magis quam exprimi posset dolenter pe-
 nitet veniam gratiam et misericordiam
 ab magnifica potestate sua et quod
 ex corde toto suo abijceret et remoueat omnem
 malitiam conceptam et per suos summos nobiles
 consiliarios decretam contra eos

Insuper quod dignaretur venire in pace visita-
 tum eos in sua civitate brigenfi ubi multum
 gratiose acceptatus et cum magno et solemni
 decore erit tanquam princeps et naturalis
 Dominus offerentes corpora et cuncta bona In
 potestate et manu sua ad disponendum cum illis
 iuxta suum beneplacitum

Quibus

Quibus factis presentabunt et offerent claves
 omnium portarum civitatis brügensium ad
 placitum suum. Insuper deinceps obligabun-
 tur omnibus diebus et omni tempore totiens
 quotiens comes et vel comitissa flandrie In-
 traierunt civitatem brügensem quod tunc bur-
 gimaesteri, scabini, consules ac Invari sine
 capitanei occurrant eis presentantes eis claves
 civitatis brügensium. Quibus factis prefati
 deputati brügensis dicent ducem vel comitem
 flandrie comitantes ipsum usque ad palatium
 suum.

P
 reterea ordinatum fuit quod in perpetuam rei
 memoriam in loco quo emendatio et supplica-
 tio sic facta constructa et exaltabitur a brü-
 gensibus magna et notabilis. Lapidea crux de
 sculpta cum modo emendationis brügensium.
 Item ordinatum et decretum fuit quod porta
 dicta die boeverii poert erit perpetuis tempo-
 ribus clausa. In qua dum cum suis proce-
 ribus erat confusus et angustiatus ordinabiturque
 quod non erit unquam vadabilis nec mane-
 ret porta sed meliori modo quo potest ordina-
 bitur cappella et fundabitur altare LX valens
 libras monete Regis pro celebratione missae
 et dotabunt perpetuis temporibus cum omni-
 bus requisitis. In qua capella omni die infra
 octavam et nonam celebrabitur missa pro re-
 medio et salute animarum et cunctorum ibi-
 dem occisorum. Et ipse dux et sui successores
 comites sine comitissa flandrie manebunt
 collatores

collatores illius vicarie Et in eadem porta
sacerdos sine cappellanus illius vicarie habebit
mansionem suam Insuper in prefata ca-
pella scribetur et decenter depingetur causa qua-
re fundata est illa ordinabitur que porta, ac si
nunquam fuisset porta.

Ad reparationem Innocentis mortis no-
bilis baronis Domini de Lilleadam primo
brügensis facient corpus eius solemniter et
decenter sepeliri in sancto Donatiano ordinan-
do in perpetuam eius memoriam ac probitas
tis et strenuitatis militie sue unam La-
pideam imaginem ornatam armis militie
sue ad Columnam prope quam sepultus pæn-
sat et pro salute ac remedio anime ipsius ac
Mauritii et Jacobi de Varffensaer fratrum
J Passart, brisse, morisse, et pro decapitatis brü-
gis per Brüngenses tempore rebellionis et com-
motionis facte in oppido ter fluijs et de In-
habitantibus in eo et perpetuis temporibus
vicesima secunda die mensis maii quando dis-
cesserit Brügis et predicta perpetrata forent ce-
lebrabuntur solemniter In Sancto Donatia-
no vigili IX. Lectionum cum precibus
et collectis ut moris est Et altera die ce-
lebrabitur missa cum diacono et subdiacono
Ad quas exequias perpetue obligabuntur
venire burgimaster^{is} consules et decani con-
tuberniorum ad orandum pro animabus occiso-
rum et quamdiu exequie et missarum solem-
nia durabunt erunt ibi corporaliter presentes

xxiiii. viri tenentes cereos ardentis et unaque
 erit de sex libris et si nūquā illorum
 xxiiii. tenentium cereos habebit pro fallario
 quatuor grossos flandrie

Insuper ordinatum erat et conclusum quando sta-
 tuta die dux brūgis intraret quod tunc deputati
 brūgenses scilicet scabini burgimasteris de-
 cani ^{etc} occurrentes duci primo procedentes hūmi-
 liabunt se cadentes ad pedes deputatorum dū-
 cis quod recipient gratiose submittentes se il-
 lis promittendo illis omnia firmiter seruire
 et tenere que In concordia pacis conscrip-
 ta exprimentur Preterea dabunt brūgenses pro
 delictis et damnis duci illatis In recompen-
 sam dūcenta milia scudata Philippi Et plū-
 ra alia fecerunt que hic causa breuitatis
 pretermitto

Igitur anno Domini millesimo ⁱⁱⁱⁱ ^l ⁱⁱⁱⁱ° Phi-
 lippus dux burgundie etc. comes flandrie
 properans cum Ludonico duce aurelianensi
 Johanne duce cliuensi cum comite de nuyons
 et de stampes etc. et cum multis alijs
 proceribus comitibus baronibus et militi-
 bus ac Domicellis versus brūgis occurre-
 runt ei brūgenses certi deputati in certo nū-
 mero de potioribus et primis brūgensium
 nudipedes detectis capitibus extra brūgis
 per miliare sicut ordinatum fuit

Cum

Cum appropinquasset eos dux per certum signum ceciderunt omnes flexis genibus in terram complofisque manibus clamantes veniam de commissis petierunt Et iussit dux per scultetum brigensem omnes surgere quia ex puro corde totum indulset eis quo facto occurrebat duci omnis ecclesiastica dignitas brigensium cum processione solemni Primo canonici de sancto Donatiano et de ecclesia gloriose virginis Mariae Deinde fratres mendicantes nobilissime communitas Et tanta dignitas honor et Reuerentie sibi exhibite fuerint a brigensibus quod nunquam tales audite vel vise fuerint humano mortali homini facte et exhibite Dicebatur enim communiter quod si deus Rex angelorum de celis cum omni celesti militia brigis venisset non poterat suspicari vel excogitari quo modo et ordine sibi maiores honores et Reuerentie potuissent exhibuisse

Supra portam namque quam intrauit in Ingressu ipsius steterunt ultra centum bicinatores cum magna letitia bicinando ipsum reuerenter salutando receperunt Ita quod videbatur terra tremere ab horrore sonitus bicinatorum.

Item a porta illa usque ad palatium suum quod est magnum spaciū et distantia non fuit aliqua domus indecorata sed ornata Rubens

beis pannis a summo usque deorsum apud
 capellam que Intitulatur columna Christi
 erat ordinatus ludus devotus in infantia
 Christi Deinde apud ecclesiam sancti Andree
 ti ludus de circumfione Domini apud conven-
 tum fratrum predicatorum Ludus de traditio-
 ne Jude et qualiter Christo in orto trans-
 tarentem cedron orantem patrem fidans
 aquam sanguine mixtam et qualiter Pilato prae-
 sentatus fuit Circa pontem molendinum ordi-
 nata fuit preciosa arbor iesse cum omnibus
 rebus In cuius eminentate sive summitate se-
 debant musici ad modum angelorum iubilantes
 et melodisantes ultra modum Insu-
 per organa et cetera musicalia instrumenta
 multipliciter intus erant ordinata Ita quod
 videbatur celum esse pro grandi Tubilatione
 Ante quam arborem duces cum venissent
 permanferunt Deu passantes et ammi-
 rantes De Industriosa subtilitate illius
 artificii et iubilatione cytharodorum cythari-
 lancium In cytharijs et organis et non
 opebant sufficienter intueri Cumque equi-
 tando adhuc devenisset Dux in castro die-
 to die bonrech porta per quam ire oport-
 tebat erat intus et de foris a summo usque
 deorsum ad terram deaurata ex toto In
 cuius medio per quod ire debeat steterat con-
 cavata structura mirifice ornata super quam
 steterat quedam turris ad instar castri
 mirifice elaborata Ante cuius principale

ostium steterat quaedam nuda imago in specie
 cuius pueri sive infantis qui puer
 appropinquante Philippo dux cum una
 manu pulsavit ante ostium castrorum et cum
 reliqua manu cepit verenda propria ac si
 conaretur permingere ducem cumque dices
 ibidem parumper parissent oblatum fuit
 duci Philippo aureum vas In quo collegit
 liquorem currentem ex testiculis pueri Erat
 enim optimum rubeum vinum et dux bibens
 propinavit de eodem vino duci aurelianensi
 qui similiter bibit Post quos omnes quot-
 quot erant etiam ex quacunque natione fue-
 rant poterant libere bibere Erat autem
 totum ordinatum artificiose et Industriose
 subter terram per concavationem.

De hinc cum pervenisset ante pretorium
 dictum de breijel straet ordinatus fuit ibi-
 dem pulcher fons ⁽¹²⁾ ceptus et circumdatus
 gratioso muro In quo in una parte vi-
 debatur fluere In altera defluere Aliquan-
 do econtrario obviabant sibi illa flumi-
 na per fluxum et statim defluerunt Erat
 enim optimum vinum In cuius medio ste-
 terat columna supra quam stabat T-ma-
 go ad similitudinem nigerrimi ethiopsis
 habens in ore Instrumentum musi-
 cum ex quo sufflando effudit valde ve-
 mose rubeum vinum Attamen imago
 tenuit in manu sua gladium et clipeum
 Insuper

Insuper prope eum steterat imago pulcher-
 rime virginis albissime forme cum duabus
 nudis mammillis ex cuius una ma-
 mamilla expressit et emisit optimum al-
 bum vinum et ex altera purum album vir-
 gineum Lac In quo eodem fonte ludebant
 duo marini milites cum una fivena
 que Inuicem miro ordine ludebant et
 melodizabant Et ~~prelore~~ quamuis audie-
 bantur voces eorum nemo tamen intelligere
 poterat quid preferabant Et pretereuntes
 ex eodem fonte bibere licebat totiens quo-
 tiens placuit eis

De hinc cum venisset in platea dicta die born
~~nicamer~~ illic erat f. plumbens fons ordi-
 natus mirifice elaboratus cum viginte tur-
 ribus ex quibus emisit In viginti Rivis
 etiam optimum vinum diversorum colorum

Deinde perveniens ante portam palatii
 sui steterat ante portam forma unius ca-
 meli ac si vixisset cui insedebat ethiops
 quidam ac si etiam vixisset

Insuper palatium suum iniro modo or-
 natum vestibulis preciosis erat Diversas
 materias bellorum continentibus
 Denique preter Ista multa alia que etiam
 causa brevitatis pretermitto que fere In-
 dicibilia erant et ex toto soluit undique
 civitas

civitas brigenfis sumptum et preciositatem
artificiorum etc. Et sic pax ordinata, et
reformata fuit inter ducem et civitatem bru-
genfem

Expeditio imperatoris Turcie in hungarios

Anno Domini M^o IIII^o XLII. XII. die mensis
augusti venerunt turci ad hungariam cum
multis principibus quorum primus et
summus ac generalis capitaneus fuit Rex
Balthasar^(sic) frater imperatoris Turcarum
et duo duces cum uno comite qui habuit
secum centum milia armatorum quorum de-
cem milia portaverunt aurea calcaria et
serica ac preciosa indumenta

Item dux Baruth de barbaria cum LX^m
armigerorum et septingentis milibus co-
omitibus et cum quatuor milibus qui por-
taverunt serica vestimenta

Item dux Hildericus dux Egipti cum LXX^m
et Rex cum eo nomine pilos^(sic) de bul-
garia cum XII^m bulgarorum qui fuerunt
optimi bellatores

Item dux winichebt in persia cum LX^m op-
timis

ita corr. a m. 2. a manu
 1. scriptum erat, tormentis
tatus

timis bellatoribus et cum illis unus re-
 negatus Christianus Cui Idem Dux mil-
 tas terras et Dominia dederat et fuit bo-
 hemus Ille idem captus et detentus per de-
 cem dies et postea tormentis affectus Iste
 principis uno ^(sic) animo et proposito In
 Inuicem conglorati ad expugnandum terram
 Christianorum Primo venerunt in hunga-
 ria et in qua steterunt per septem dies an-
 tequam fuerunt tacti a Christianis. Tunc
^{magnum} comes Hungarie et comes de ^(sic) trijll congregave-
 runt exercitum usque ad octuaginta milia elec-
 torum bellatorum qui congregati Intimave-
 runt gentilibus bellum et xxvii. die men-
 sis Augusti venit Dominus Wolfardus
 vander Bredeweyde cum quatuor milibus
 bellatorum qui fuit capitaneus exercitus
 Christianorum et fuit de ^(sic) merhorn

Item secunda die mensis septembris congregave-
 runt se inuicem et aggressi sunt formidolo-
 sum bellum et ordinauerunt tres caecos es-
 ambabus partibus

Item cum Christianis fuit unus hispan-
 nus miles dictus Dominus ^(sic) fons sperra
 qui diu fuit in domo soldani qui fuit opti-
 mus Christianus et signifer in bel-
 lo Christianorum Tunc turci expectauerunt
 post regem medorum qui debuit venire cum
 centum milibus Eodem die predicto fuit bel-
 lum

lum inceptum circa horam duodecimam et duravit per tres horas Et Christiani deo favente habuerunt victoriam et ceciderunt de paganis ultra $2x^m$ et capti trecenti nobiles gentiles.

Item altera die venit magnus clamor Turcatorum farracenorum

Et iste Wolfardus de Merhorn adiunxit istam militem de hispania in primo cum paucis Christianis et Tulerunt formidolosissimum prelium confisi in misericordia et benignitate Christi ob cuius honorem et amorem se periculis exposuerunt contra gentiles illos et preliabantur strenue per horam contra tam grandem exercitum farracenorum antequam venerunt predicti comites Christianorum eis In adiutorium Et venit comes de triel cum suis a latere et magnus comes hungarie cum suis fortibus militibus et bellignavis pugnantibus retro cum equis et circindederunt paganos frangentes exercitum eorum et pugnaverunt per duas horas

In quo prelio cecidit basac et cum ipso octuaginta milia gentilium, inter quos erant octingenti nobiles vestiti cum serico

Balthasar vero rex nunquam fuit in bello sed postquam audiuit et percepit quod am-

ei sui in bella ceciderunt et succubuerunt in bello fugit cum centum milibus dimittens & ibidem papiliones cum multis nobilissimis denodis et est sciendum certissimum quod Christiani non perdidissent nisi fere quatuor milia hominum, inter quos erat unus famosus miles ordinis sancti Iohannes.

Item exercitus Christianorum fuit congregatus ex hungaria, bohemia, merhor^{rn} et austria ad quantitatem ut dictum est LXXX. m. armigerorum In vexillo Christianorum fuit pro signo Dominus noster Iesus Christus pendens In cruce

Princeps nefandus Turcorum perpendens Germaniam non posse sibi subiugare sicut presumpsit volens se de Christianis vindicare diuertit ad greciam et ibidem ~~ma~~ multoties magnas terras ministrantibus sibi Venecianis arma et cetera Requisita Impetrando subiugavit licet cum multo sanguine suorum

Destitutio urbis Constantinopolitane et vis machinarum bellicarum

igitur anno Domini millesimo III^o LII. Imperator Turcorum adolescens ferocissimus et ut dicitur in pactis perfidus Christiani nominis

perse-

nominis persecutor acerrimus et machometice
 pravitatis zelatissimus ampliator qui et ipse
 machomete nomen habet et a suis magnus
 amira dicitur estate preterita scilicet que is-
 tam precessit, scilicet Anno Domini millesimo
 mo IIII^o LII cum exercitu magno Constanti-
 nopolim civitatem nobilem obsedit et omni-
 bus castris et munitionibus que in circuitu
 erant expugnatis et captis In eis que plurimi-
 mis suorum dimissis in mense Augusti
 ad patriam suam redijt.

Et post septem menses redijt cum trecentis
 milibus armatorum inter pedites et equites
 habens preparatas galeas Inter panias
 et magnas ducentas et viginti bombardas
 plures quam mille adduxit Inter quas
 erant tres grandes Prima enim projiciebat
 lapidem XI. palmarum in circuitu que
 M. et IIII^o libras ponderabat Secunda lapi-
 dem^x palmarum et M. et XL^o librarum Ter-
 tia IX. palmarum et M. librarum ha-
 buit et alias magnas colubernas infinitas
 Per has autem bombardas tres maiores
 quinquaginta uno diebus sine intermissione
 Constantinopolem expugnavit Simi-
 militer et per has alias infinitas ac infi-
 nita ingenia Per illas autem tres ma-
 iores quibus bene septingentos lapides
 contra diversas partes muri urbis proie-
 cit In diversis locis muros rupit et deiecit

Insuper

Insuper alia egit que Incredibilia et via hu-
mano ingenio possibilia viderentur fuit
enim tempestive provisum ut portus Con-
stantinopolitanus cathena fortissima claudere-
tur ne Imperatoris Turchorum naues Introi-
rent et ad custodiam cathene ordinate fue-
runt illic quinque galie venetorum et duode-
cim magne naues cum instrumentis armis
et custodibus necessarijs

Quod videns Imperator Turcorum fecit de
navibus suis septuaginta extrahi de mari
et eas super ligna Rotunda poni que
ad hoc fieri preceperat et subterni per mon-
tes et colles circumueundo urbem plus-
quam per tria milia duci fecit erectis etiam
velis et vexillis recte ac si supra mare de-
cerentur et Ita eas deduci fecit ad portum
maris circa Constantinopolim absque hoc
quod transferret cathenam Istud faci-
lius Intelligerent qui viderunt situm portus

Deinde construxit Ligneum pontem super
mare qui adhuc manet fecitque tre-
centas turres ligneas quarum aliquae quo-
dam ingenio ab armatis intus existentibus
moueantur quas ad muros urbis quos
in altitudine exedebant applicabant In
aliquibus autem partibus repletis fosses
turres terre affixit et in dique urbem ipsam
quinquaginta uno diebus sine Intermissione
impugnauit

Scalas

Scalas etiam habuit Innumerales que hamos habebant taliter factas quod quando adhe-
rebant miro si ullum defensorem habe-
rent inferius deici non poterint Et erant
iste scale velate tabulis a summo usque deorsum
quod poterant ascendere sine vulnere et
lesione usque supremum

Per has autem scaldas et turres quas ap-
plicari fecit ad partes muri disruptas quin-
quagesima secunda die que fuit tricesima dies
mai^{is} novissime preterite cum tota die et nocte
precedente consultus factus fuisset app-
nostri que pre labore fatigati fuissent Tur-
corum que exercitus et augetur et imponaretur
momentis singulis turci violenta manu per
murosum Rupturas urbem victores in-
traierunt et post innumeralem Christiani
sanguinis effusionem egerunt reliqui omnes
qui super fuerint capti sunt Inter quos
etiam qui nobiles erant quorum erat magna
multitudo Licet eis dixisset quod ^{paveret} fuerit eis
vitam In conspectu suo una cum filiis
et uxore suis fecit occidi crudelissime

Nam primo uxores et filios in presentia pa-
rentum vel maritorum fecit occidi et postea
viros ipsos eo vidente fecit in frustra mit-
taturam occidi feminasque virgines et
moniales violari et inhonestissime tractari
qualiter nec pecudes tractarentur plurimos

autem

(Verbus hoc legi non
potest)

autem de parvulis ac puellis popularibus vendidit et totam urbem Infra paucos dies fere omni habitatione vacuavit mechanicos et autem et presertim fabros ac constructores navium reservavit et eos operari Instituit.

Turcarum ferocia intallerabilis

Dum itaque coram eo Christianis sanguis ita funderetur ^(sic) apporta fuerunt in conspectu eius in tribus lanceis per tres turcos tria capita quorum unum fuit caput gloriosi Constantini Imperatoris Constantino-politani et martiris Christi Aliud cuiusdam senis barbati ~~monachi~~ de militibus turci qui contra Turcos urbem cum Christianis viriliter defenderat Tertium ^(sic) caput erat cuiusdam senis barbati monachi de ordine sancti basilii quod dicebatur sibi esse caput cardinalis ^(sic) richem licet in veritate non fuit quia qualiter ex illo excidio evaserat postea dictam

Numerus occisionum virorum a Turca Christianitatis devotatore

Iste enim Tirannus pessimus postquam vicit Constantinopolim non contentabatur quod illustrissimus Constantinus Imperator cornisset in prelio et expugnatione civitatis cum viginti quinque milibus

milibus Christianorum et ultra et
quod sanctum caput Imperatoris Constan-
tini per totam civitatem ante ipsum super
lanceam in signum triumphi portaba-
tur sed occidit omnes quotquot erant et
Invenire poterat de sanguine eius

Incidabantur ergo de femine Imperatoris
Constantini Isti videlicet Nothara ^(su) mega-
dica princeps egregius ysa..... et Jo-
hannes filii eius electi principes Andro-
giogo ^(su) id est Andreas cathacifino mega Da-
mesticius et feodora cathacifino mannoj
Aisam Andrea Paleologofoma Gido Ni-
cholaus Gadeels baliuus Constantino-
politamus Andronicus cathacifino pri-
mus de consilata imperatoris ~~eius~~ Sta-
chitus passadiuus id est dux exercitus
imperatoris cum pluribus alijs Sed gre-
gorius patriarcha fuit Rome apud Ni-
cholaum papam quando ista destructio
contigit.

Blasphemia in imagines sanctorum

Que autem Isti detestabilis Turca ne-
phanda commiserit In sacras ecclesias
circa reliquias et sanctorum imagines
horribile est dicere nam omnia tem-
pla urbis spoliaverunt et imaginem quen-
dam beate Marie manu et arte sancti lu-
ce

Legi non potuit.

3116
= ce euangeliste factam que in maxima ~~et~~
~~argento~~ veneratione habebatur detractis gem-
mis auro et argento que erant in circuitu
per ciuitatem ignominiose traxerunt sordi-
disque pedibus concultantes tandem in
frustra confregerunt Corp^{us}que beate Theo-
dosie virginis quod illic maxime miraculis
crebro clariuit Aliasque sanctorum et sancta-
rum reliquias que ^{pene} innumerabiles erant ca-
niantes peciatim canibus tradiderunt et in
lutum proiecerunt Ecclesiamque illam infig-
nem fante Sophie cui parem non habet
nostra Religio Imperator elegit sibi in
motheam ut ^{suo} iutar vocabulo, paramen-
tum altarium ^{scolas} et tapetas In quibus
aperta erant miracula Christi cum alijs
sanctis et beata virgine pedibus conculca-
bant et permingebant et alias ~~pedibus~~ ^{sedissime}
~~pedibus~~ pertractabant deridentes nostram
fidem Crucem que erat in sublimitate tem-
pli deicientes confregerunt flamines eorum
In sacra altaria ascendentes et saltantes cla-
mabant iubilantes machometum glorificabant
ut maximum prophetarum ac Christianae
fidei destructionem predicabant

Que etiam fetida In monasterijs egerunt mo-
nachorum monialium et in hospitalibus ac
alijs pijs locis est Indicibile Penetos etiam
am Tanienses Aragonenses quorum illic
plurimi erant fere omnes fecit occidi cum ux-
oribus et paucos filios passus est redimi

Obsidio

Obsidio pere civitatis a Turca
illata

Denique post in fene Tini peram civitatem
fortissimam prope Constantinopolin sitam que
pertinebat Taniensi similiter expugnabat.
et muros eius solo coequavit turrimque mag-
nam in cuius vertice crux erat fundata deje-
cit et Christianos superstites In summa
tenet seruitute Ita quod non possunt pulsa-
re Campanam in elevatione corporis Chris-
ti Cogitque novellos Christianos quos videt
robustos negare fidem et contra Christianos
secum ad bella procedere

Gabellas autem et tributa omnibus civitatibus
tam grecis quam latinis totius maris magni
quod vocatur ~~archiepiscopus~~ archipelagus imposuit
gravissima Intenditque estate ista subiugare
sibi omnes insulas archipelagi et de facto
circa medium Tulu Inter magnas et parvas
^{galeas} de galiopoli que est quedam civitas sua ad
quam capta Constantinopoli direxit ad exer-
citurum suum reparandum Centum et quingua-
ginta galeas bene armatas misit ad mare
egeon quod et archipelagus dicitur ad subiug-
gandum illas insulas et principaliter contra
nigropontem Ethium Rodum Leuiniem et
Candiam In quibus omnibus insulis unives-
sus populus qui moratur in campestribus
aut in oppidis parvis una cum rebus suis
ad urbes fortiores fugerunt et eas omni
diligentia

diligentia minierunt et serant Tremet que
 totum mare ob inhumanitatem istius turci Et
 iam de facto plures insule circa finem Tullii
 ad eum miserunt offerentes eum recognoscere
 Et Dominum In Dominum et solucite tri-
 buta saluo quod eos dimitteret vivere in re-
 ligione sua et pristino viuendi animo dubi-
 tantes se non obtenturos quod petunt quid
 autem responderit nondum scitur

Expeditio Turcica in aliquot
 urbes circa Danubium sitas

Hic autem parat et alias centum et quin-
 quaginta galeas et xx grossas naues ad es-
 piugnandum tres urbes fortes circa Danu-
 bium quarum una dicitur Prister Alia ven-
 derobum Tertia Bellofradius et ita totam
 transire ungariam ~~nemo~~ ut nemo
 retro se habeat impeditorem quia ipse pu-
 blice dixit et iactat se estate futura ventu-
 rum Romam et subiugaturum italiam ac
 exterminaturum fidem Christianam de quo
 quasi iam certum se tenet ad quod habet
 iam paratas trecentas galeas et xx mag-
 nas naues bombardas ac ingenia Infinita
 Restaurauit exercitum trecentorum milium
 armatorum nec putat urbem terrarum sibi
 resistere posse

Habet iste ferissimus tyrannus tantum odium
 Contra Christianos quod quando videt aliquem
 Christianum statim oculos abluat quasi ex hoc
 sedarentur

Cardinalis

Cardinalis autem Ruchenius natione grecus
 qui per papam anno iam elapso Constantinopoli
 missus fuit ad inducendum grecos ut ipse
 primatum ecclesie Romane etiam quoad Tu-
 risdictionem in omnes ecclesias orbis recognos-
 cerent quod et fecit qui infra octo dies Rome
 expectatur Evasit per hunc inodum captus qui-
 dam quidem urbe prope ecclesiam sancte
 Sophie accessit putans illic esse armatos ali-
 quos qui turcis obfisterent cum nullos inveni-
 ret paratos resistere et omnes fugerunt
 bonus pater voluit turcis obviam procedere
 et pro fide Christi sanguinem fundere
 unde per aliquos servitorum suorum coac-
 tus fugit In ecclesiam ubi captus est
 a turcis et tanquam Incognitus man-
 sit tribus diebus in magno exercitu tur-
 corum et erat ei presidio quod famaba-
 tur et ab imperatorum turcorum credebatur
 occisus.

Tandem cardinalis redemptus est pro quinqua-
 ginta ducatis & vectus est in peram inansitque
 ibi absconditus octo diebus fugiendo de domo
 in domum occulte Sed postquam percepit
 turcas etiam cepisse peram indicavit non esse
 totum tutum ibi remanere et cum non posset
 per loca Christianorum fugere intravit galeas
 thurcorum In quibus mansit tribus diebus
 Incognitus

1120
Incognitus obvolutus et non erat in facie ^{Christianus eo quod in facie} sagitta vulneratus fuerat

Petijt igitur ^(sup) parfas cum galcis turcorum quibus
In partibus finxit se esse quendam pau-
perem captivum redemptum quarentem redimi-
re filios suos captos In Constantinopoli
et sic paulatim cumdam Turco semper asso-
ciatus usque ad quendam locum dictum fe-
gis Deinde transeunte ipso cardinali quidam
Tanuensium cum cognoverunt et eum In aduer-
tentem manifestare ceperunt unde timens
plurimum quod patria illa turcorum erat In-
gressus quendam parvulam navem venit
Thium et inde Cretam in qua stabat me-
diocriter valens octava die Julii novissime
preteriti

Hec tota series rei geste collecta fideliter
fuit per magistrum Henricum Someren
ex diversis epistolis ad diversos de ista ma-
teria scriptis Quarum una scripta fuit
Dominio venetorum per Dominum Jaco-
bum Lauredanum capitaneum generalem
eorum supra mare Alia per ducem ve-
netorum scripta est ^{Papae} papa, tribusque alijs
Domini Cardinalis Rucheni qui de hac
re unam pape Aliam Domino Cordina-
li firmans Tertiamque que patens erat
omnibus Christi fidelibus conscripsit et
ex duabus alijs scriptis Domino firmans
quarum

4323
quarum unam scripsit episcopus Agienfis
familiaris ~~ordinis~~ minorum provincie candie
et Domesticus cardinalis Rucheni Aliam
vicariam ordinis minorum provincie candie qua-
rum copias idem magister Henricus ex
copijs domini firmam habuit

Quando autem tanta cedis fama Romam ve-
nit vehementer animo consternatus est strictis-
sime sanctissimus Dominus noster
Nicholaus papa et tota curia cum eo sta-
timque ordinavit mittere legatos ad paci-
ficandum Italiam ad quam rem misit ad
regem Arragonie ad tractandum de pace In-
ter eum et florentinos cardinalem firma-
num

Ad venetos autem et mediolanum et ^{ad} floren-
tinos et senenses Cardinalem sancti Angeli
qui legati in commisso eis negotio ita
profecerunt quod et ^{rex} arragonensis et florentini
et veneti et dux mediolanensis contenti sunt
quoad determinationem materie occasione
illius questio vertebatur determinationi Ro-
mani pontificis per omnia submittere ei
suo arbitrio pacem facere ac habere et expec-
tant dictarum partium arabaciatores de
~~die die~~ die in diem quod mandatum
habeant se determinationi pape submittendi
Dicitur quoque iam in consistorio conclu-
sum esse passagium generale et decimam
omni clero Imponendam Immo dicunt
aliqui de dupla decima quid fiet novit deus

unum fertur quod totam Italiam terret.
 Iste ~~tamen~~ turca fertur tamen quod ille pre-
 fatus capitaneus venetorum cum Turci vellent
 intrare nigropontem Insulam classem eo-
 rum expugnavit et viginti septem grossas
 naues et .xj. galeas accepit cuius rei oc-
 casioni Christiani aliquantulum spei atque
 fiducie Resumpserunt Scripta fuerunt hec
 ex urbe Roma per prefatum Magistrum
 Henricum Domino Theodoro colonensi
 archiepiscopo .xj. septembris Anno Domini
 M^o CCC^o L^o III^o etc.

Amir sultani Turcici Christiani
 imperii pernicies serie continua
 usque ad Solymannum magnam
 duodecimum imperatorem Tur-
 charum

Ottomannus inter reges Tur-
 charum primus gubernandi po-
 testatem anno 1300. sumpsit

Hic regibus turcicis passim trucidatis ac
 excusso Caliphe sultani iugo regem se con-
 stituit Turcharum obtinuit Bithiniam &
 Capadociam caput regni fuit Bysa

Orchanes secundus Rex anno
 1335 regno successit

Id paternum regnum per galatiam et alia
 confinia amplavit

Amirates tertius turcarum
 Imp. regnum occupavit 1363.

Iste

Iste a grecis ³³ diffidentibus euocatus primus
ex asia in Europam traiecit interceptus Ca-
sopolim et Cheronesim Anno Domini 1380.

Pacites quartus imperii Tur-
charum moderator regnum adeptus
est 1386

Magnam partem tracie occupavit phoci-
den Bulgaria partem cum multis alijs sed
a tamerlano tartaro victus et captus in
glorius obiit

Calepinus quintus mahumetici
regni satrapa anno ^(Sec) 1349 aucto-
ritatem regmenis nactus
est

(L. 139A.)
Sigismundum Imp. Rho. maxima clada
affecit Johannem Burgundie ducem comi-
tem flandrie Arthesie &c. patrem Phi-
lippi ducis burgundie Lotharingie Bra-
bantie Limburgie etc. comitis flandrie Ar-
thesie etc. comitis Hannoverie Hollandie
Ielandie etc. Domini Frisie etc. cum
magna nobilitate in oriento bello cepit pro-
pe nicopolim Anno 1396.

Mojjis sextus Turcharum
imperator regni moderamen
sumpsit 1400.

Orchani nepoti vitam et imperium eripuit
et ipse brevi moritur

Mahumetes

Mahūmetes septimus im-
perator anno 1408 rebus
mahūmeticis regendis pre-
fuit

Iste fratre moysi brevī vita functo scep-
trum optinuit walachis dacis Servij Il-
liris tributa imperator imperavit

Orchanes

Orchanes a patris strangulatus

Amūrates imperatorum ma-
horae regum octavus re-
gendi mūnus sūbit anno
Christi 1422.

Obtinuit Epirum Etolam Achaia boetiam
Atticam Thessalonicam Vladislavum Hun-
garicū Regem in bello occidit cum proceri-
bus 1444. Varne Huniadem magna clade
in Campo merule profligavit

Mahūmetes magnus illius
regni successor nonus mo-
derandi habenas acquisivit
1451.

Constantinopolim vi expugnavit anno
1453. die 27. aprilis cepit nigro pon-
tem Caphan macedoniam Peloponnesum
Bosnam et Hidruntium in Italia terror ur-
bis bis tamen victus a Balacho Step-
hano et semel ab Huniade in belgrado le-
tali vulnere fauciatus 1456 die die Ter-
tia

22 Julii

^{lii}
 22 Julii dirissime excursions sub eo facte sunt
 a Bassis in Croatiam Carniolam Stiriam

Paiacetius Rex decimus regna-
 ve cepit anno a Christina-
 talicio die 1481.

Ignavius et deses inter fortiorum turbas
 languēbat vicit tamen a Bassis fuisse
 Walacris Bassa Bosnensis excursions eo et
 predas fecit per Croatiam Carniolam
 Carinthiam Stiriam Goritiam et forum
 Julii usque ad tarvisium cepit modonam
 in morca 1499. die 12 augusti

Selimus magnus undecim-
 mus imperator Turcarum
 sceptrum regni occupavit
 anno 1512.

Iste Ismahelem Persarum Imp. adgre-
 ditur supra Araxim ultra Armeniam
 ubi primum Ustagolum ducem vincit
 cruenta victoria mox ab Ismaele victus
 in Amasiam Capadocie fugit Sultanum
 egypti ferentem suppetias perse adgreditur
 subacta Siria et Hierusalem Sultanos duos
 vincit et occidit et totum imperium egypti ac
 Arabie vindicat anno 1516.

Sifini

Fratri inf^(sic) incidias veritus fugiens in ma-
 nus

niſ Christianorum venit ubi dum aliquan-
diu cum Imp. Rhom. federico poſtea
cum papa Alexandro VI. moraretur Carolo
Gallorum rege neapolim petente in itinere mo-
ritur

Solejmannus magnus Turcarum
duodecimvicesorundem regendorum
potestatem ſuſcepit anno 1519

Hic magnanimus princeps Belgradum pro-
pugnaculum Christianitatis vi cepit 1521 et
inexpugnabilem Rhodum ſeſtrem obſidione
exhaustam occupat ipſo die natiuitatis domi-
ni 1523.

Vaſtauit in hungaria dioceſim Baſilienſem et
Syrinienſem expugnauit varadinum Ludouicum
regem hungarie bohemie etc. maritum
Marie ſororis Caroli quinti Romano-
rum imperatoris &c. regis hispanorum
etc. archiducis aſtrie etc. ducis burgun-
die Lotharingie Brabantie etc. comitis
flandrie hanonie Hollandie etc. in oriente
prelio & incendit die 29 aſtutiſi qui modo
magnis triumphis potenter regnat.

Pfal. 78 apoph. 1 Mat. 7. c.

Deiſ venerant gentes in hereditatem tuam
polluerunt ^(Sic) polluerunt templum ſanctum
tuum poſuerunt Hieruſalem in ^(Sic) pomorum
cuſtodiam.

Poſuerunt morticina ſeruiſſimorum tuorum eſ-
cab

† vincit & occidit
1526 Budam. dicit
= mit, et

cas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorum
bestiarum terre

Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam a-
quam in circuitu Hierusalem et non erat
qui sepeliret

Hebr. 10. B. ibidem 23. qd. 5. c. f. na.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris
subfannatio et illusio his qui ⁱⁿ circuitu nostro
sunt

Usque quo Domine irasceris in finem accendetur
velut ignis zelus tuus

Effunde iram tuam in gentes quae te non
nouerunt et in regna quae nomen tuum
non inuocauerunt

quia comederunt Jacob et locum eius desolauerunt

Ep. 64. d.

Ne memineris iniquitatum nostrarum anti-
quarum cito anticipent nos qui misericordie tue
quia pauperes facti sumus nemes.

Adiuua ^{nos} deus salutaris noster et propter gloriam
nominis tui Domine libera nos et propi-
tius esto peccatis nostris propter nomen tuum

Constrictio seu introitus conuen-
tus fratrum minorum in
Gorinchem

Anno Domini M^o IIII^o LIII^o. constrictio
conuentus

conuētes fratrum minorum de obseruantijs
in oppido Gorinchemensi et intrauerunt fratres
minores Gorinchem ad permanendum ibidem
in profesto purificationis virginis Marie fe-
licet in festo sancti brigide cuius anni no-
tantur in hoc metro

Gorchem cordigeros brigide die esse locatos

Et postea anno Domini M^o III^o LXIII. circa fes-
tum sancti Laurentii martiris celebratum fuit
Gorinchem Capitulum provinciale eiusdem
ordinis ut patet in hoc metro

Gorchem Capitulo sedet in franc. Lau. generali

Parcialitas seu discordia inte-
stina inter primores oppidi Gor-
comensis

Eodem anno contentio et diffentio grandis exorta
fuit in oppido Gorinchem inter primicerios eius-
dem oppidi et hoc ea de causa Erat enim qui-
dam honestus vir dictus Wilhelmus de die
Vischer non quod fuit piscator sed homo bo-
nus qui hereditaria pactione possidebat
varia bona prepositi saluatoris traiectensis
iacentia in dominio de Arkel in villa Leder-
broeck qui depauperatus cogebatur illam heredita-
riam pactionem vendere Emerunt ergo il-
lam pactionem Ghijssberetius quēkel pro-
tunc castellanus castri de Gorinchem et Tho-
hannes Knobboit protunc scultetus de Go-
rinchem

Eodem

Eodem tempore presuit oppido Gorinchem et domini de Arkel ut droffatus quidam armiger de buscundicis dictus Henricus Backer qui loco domini pro se voluit habere pactionem prefatam Contra prefati Ghijbertus et Johannes dixerunt quod nullatenus haberet illam emptionem eo quod non esset vera et libera emptio et venditio sed pactio quedam quare Dominus terre non haberet suum interesse Quibus sic dissentientibus magna Invidia exoriebatur inter scabinos et consules Quidam enim utpote Brieno de Weijborgh Adrianus Waiteri vel burgimæ ^{gestor} Johannes de Ghelkum magister Gerardus vanden Oever Johannes Veer Johannes Henrici Tick, Wilhelmus Wilhelmi Koeckebacker Theodoricus Petri Johannes martini scabini fauebant parte droffati

Alii vero consules utpote Nicholaus Veer Johannes Johannis Rademaker cum pluribus alijs amicis et consanguineis fauebant parti emptorum et intantum crevit odium inter eos contigit Et quia Adrianus vel tanquam precipuus propugnator partis sue aliquos ^(sic) parte sue aduerse voluit iniadere nitens eos percitere confidens in droffatum prefatum tanquam In Rectorem Domini Et ipse persepe confusibiliter vulneratus fuit a naturali filio Johannis Knabbait sculteti et amicis eius non videns qualiter

qualiter se vindicaret propter potentiam, empto-
rum perrexit vulneratus consilio suorum ad
consulatum illustrissimi principis Philippi
duci Burgundie etc. comitis Hollandie
etc. In Haga comitis conquerendo illis
et burginagister Gorinchemensis violentiam
sibi inflictam propter Dominium a fautori-
bus partis sue aduerse. Sed nihil pro^{fecit} eo quod
noierunt ipsum bibulum et ebriosum virum
quare tristis Gorinchem redijt

Eodem tempore illustris Jacobus comes de haern
dominus de Althena audiens consules et scabinos
Gorinchemenses inter se discordes et dispares
videns aptum tempus. Licet per multa amorum
curricula parentes sui Domini de Althena
contulisset ^(sic) piscaturam in merweda illustri Do-
mino de Arkel ad profectum oppidi Gorin-
chemensis, et ipsi Gorinchemenses paci-
fice ultra centum et quinquaginta annos vel
circiter possederant illam piscaturam et etiam
existente illustrissimo principe Wilhelmo du-
ce bavarie primogenito gloriose Alberti ducis
bavarie comitis Hollandie etc. domino de
Althena expulsis veris Dominis de Althena
a patre suo iam defunctis illustribus dominis
de Arkel etc. voluit a Gorinchemensibus
eamdem piscaturam extorquere et suis sub-
ditis conferre

Et quia Gorinchemenses iniuste per phas vole-
bant

bant illam possidere et tenere sicut parentes
 eius libere possederant ultra memoriam
 hominum Comes Gorinchemenses citari
 procuravit coram consultiata Hollandie
 in Hagha comitis ubi cum Gorinchemen-
 =ses per contumaciam devicti fuerint
 statim ad requestum prefati comitis de
 Hoern missi fuerunt ex consultiata certi de-
 putati qui inhiherent Gorinchemensibus
 victis ammodo piscariis in prefata pesca-
 tura

Gorinchemenses vero pisces Hoc perci-
 pientes dolentes Inuisse ut affererent
 priuariq hereditario Jure piscandi Indig-
 nati sine deliberatione consultiatus obuian-
 tes nauigio prefatis deputatis taliter
 eos exterruerunt quod frustrati legatio-
 ne quia missi fuerant recesserunt in-
 fecto negotia in Waudrichem apud comitem
 de Hoern enarrantes ei que acta fuerant
 a Gorinchemensibus. Deinde porciemen-
 tes peruenientes in Hagha comitis omnia
 patefecerunt consultiati Hollandie Quod per-
 cipiens Adrianus Wel consilio suorum
 complicitum cum quibus pepigit pactum con-
 tra emptores festinanter descendit ad Hol-
 landiam non solum conquirens contra emp-
 tores prefatos sed gravans multis falsis
 modis totam communitatem cum tamen
 communitas nullatenus se intromisit de
 piscatura et discordia ipsorum

Breviter

Breviter nobilis Jacobus Domicellus de Gaes-
 beek possidens et Regens dominiū de No-
 kel et castrum cum oppido Gorinchemensi
 Johannes dominus de Lannoij locum tenens
 Hollandie Domicellus Ghysbertus de Bre-
 denroden prepositus traictensis qui precipue
 odio habuit Gorinchemenses eo quod waltra-
 mus pater suus succumbens In bello
 Gorinchemensi occisus fuit consilio cuius
 conclusum fuit a prefatis Dominis quatenus
 ex parte et nomine illustrissimi prin-
 cipis Philippi ducis burgundie opprime-
 rent Rebelles Gorinchemenses, Quare domi-
 cellus Ghysbertus de Bredenroden iam spe-
 rans vindicare mortem nobilis patris
 sui In Gorinchemenses supplicavit pro
 precipuis hocezenfis et fautoribus par-
 tis sue per totam Hollandiam apud se venire

Venerunt ergo ex hiesden Egidius de Wijck
 capitaneus castri de hiesden Arnoldus de
 Wijck scultetus de hiesden cum sagitta-
 rijis oppidi hiesden Johannes et Nijcho-
 laus de Merweda fratres et filii naturales
 Domini Theodoricus de Merwede militis
 strenui cum Gerardo Gerardi plerisque
 Sijmon Arnoldi baliuus de Sciedam
 etc. Domicellus de Gaesbeek demandavit
 aliquos venire armatos ex Dominio de pat
 Johannes Dominus de Lannoij Gerardus
 de Affendelff et Arnoldum de ^{Tweten} Tweten cum
 pluribus alijs secum habuit

Igitur.

Igitur cum hiesdenses armati nauigio occurrerent
 predictis dominis et se armatos ante Gorinchem
 ostendisset. In pretereundo statim Gorinche-
 = menses Inter se murmurare et tumultuare
 ceperunt supplicantes eos opprimi ab illis Pal-
 sauerunt ergo quidam campanam ciuitatis ad
 conuocandum ante pretorium totam communi-
 tatem Scabini vero omnes fugiendo occul-
 tauerunt se in abditis locis dempto Henric-
 co Becker droffato qui audacter veniens apud
 communitatem excusauit se validis Turamentis
 quod nunquam in contrarium oppidanorum ali-
 quod pactum pepigisset et quod illi pretereunte
 contra Gorinchemenses nullo modo quicquam
 et attemptarent ^{addens} prestitis multis horribilibus Tu-
 ramentis quod si aliqui extraneorum armigero-
 rum eos vellet Inuadere vel opprimere ipse
 faceret eis assistentiam et fidelitatem etiam con-
 tra quoscumque quoscumque. Acta fuerunt hec in pro-
 festo sancti Nicholai episcopi

Sed postquam Gorinchemenses veridica rela-
 tione in festo sancti Nicholai percipissent
 prefatos dominos cum Adriano Wel et cum
 multitudine armigerorum Gorinchem venire et
 appropinquare premisserunt in nocte eis obuiam
 spirituales personas ad mitigandum iram domino-
 rum prefatorum addentes quod communitas li-
 benter vellet se submittere discretioni ipsorum
 secundum facultatem et exigentiam excessuum
 ipsorum Sed hi parum vel nihil profecerunt

Igitur prefati Domini cum copia armigero-
 rum

1754
rum venerunt Gorinchem altera die sancti Nijcho-
laii scilicet in profesto conceptionis beate Ma-
rie virginis et intrantes castrum oppidi hora
fere septima de mane deliberauerunt qualiter oc-
cisus multis oppidanis spoliarent oppidum Sed
Domicellus de Gaesbeek regens Dominium
noluit quouis modo hoc admittere sed Henri-
cum de Sevenberghen cum Henrico Backer mil-
titibus alijs armigeris de suo dominio permittens in-
ciuitatem ^(sic) percepit ut boni gauderent sed Li-
baldi et propugnatores caperentur.

Hic enim Henricus Becker droffatus au-
diens prefatos dominos cum Adriano Wel
venisse statim omnium iuramentorum et pro-
missionum Innocentior conuolans armis Indu-
tus ad prefatos dominos in castro Tuit cum
Domicello Henrico de Sevenberghen de domo in
domum ad captiuiandam oppidanos Sed honesti
oppidani et ditiores aduenientibus armigeris ti-
more superuenientium armigerorum fugerunt
nocte precedente attamen ceperunt aliquos sim-
plices et Innocentes quos statim ut Patro-
nes et fures confusibiliter carceribus man-
ciparant

Insuper multi boni oppidani sperantes gaude-
re libertatibus ecclesie intrauerunt ecclesiam
et chorum quod percipientes prefati domini
et precipue Domicellus Ghysbertus de Bre-
denrode misit cum Henrico Backer droffato
et cum Simone Arnoldi et Egidio de Wijck
ac cum multis alijs de fantoria sua cum suo
sexillo

vexillo ad captivandum omnes quotquot essent
 In ecclesia Tgitur decantantibus canonicis Go-
 rinchemensibus solemniter vesperas in choro in
 profesto conceptionis virginis Marie venerunt
 prefati cum publico vexillo de Bredenrode ar-
 mati In ecclesia tempore quo cantabatur mag-
 nificat etc. et non solum ceperunt quot-
 quot Invenierunt in ecclesia sed infringentes
 chorum violenter ceperunt extra chorum et san-
 tuarium pios et multos probos viros quos sta-
 tum absque humana misericordia carceratos dire-
 punierunt et tormentaverunt Inhumaniter

Altera vero die cessantibus canonicis a divinis
 quia ecclesia violata fuit venit idem Ghijssber-
 tus de Bredenrode prepositus trajecten sis
 in ecclesia et inter cetera allegata fere coegit
 Capitulum celebrare divina

Eadem sequenti die ordinata lignea in foro ante
 pretorium magna machina ducebantur tres viri
 decollandi super eam quorum primus scilicet
 Michael filius Huberti Yrsac Im-
 mississimus fuit de predictis excessibus
 quia nichil se intromisit de aliquo licet tem-
 pore Invenitatis sue fuisset ^{Realis}

Dix^(sic) vero alii dicti Steijns filius Laurentii
 et Andreas filius mathei viri fuerunt pa-
 tifici et mansuetissimi quorum primus scilicet
 Steijns nunquam habuit Rixas nec aliquem
 unquam offendit sed fuit vir timens deum
 visitans

visitans deuote ecclesias In temporalibus
satis habundans

Alter scilicet Andreas filius mathei vir fuit
Illusterrimus nunquam vel raro comedit
panem quin sudore et labore lucratus fuit
illum nunquam offendit aliquem diebus vi-
te sue sed omnibus dilectus pacifice vixit in
timore dei Qui Andreas nullatenus decol-
lari potuit sed percussus decem et octo vicibus
gladio acuto a lictore siue spiculatore despe-
rarit ipsum decollare sed cultello magno
degutturans Ipsum seindebat caput a cor-
pore quibus decollatis proiecebantur cor-
pora illorum cum capitibus ab illa alta
machina super plateam ac si fuissent seti-
diffima cadauera et omnia opprobria exhi-
bebantur ipsis que nec patriciis vel filici-
dis siue latronibus exhiberentur

Post hoc duobus sequentibus diebus ducti fue-
runt duo boni oppidani licet pauperes ad ma-
chinam et supra machinam ut decollaren-
tur quibus fuerunt decanus et Capitulum
Gorinche menze vite presidium nam deca-
nus et canonici humiliter venientes ad locum
quo plecti deberent Instantium flexis genibus
complofis manibus et pijs ammonitionibus
et precibus apud prefatos Dominos
insteterunt, quod Referuati ad vitam exilio re-
legati fuerint instantia Dominorum de-
cani et Capituli prefati Qui prefati de
Domini

Domini magnam gazam extorquentes ap^(sic) oppi-
danis recesserunt multo insuper matrone
terror^{is} armatorum abortiebantur

Prefati vero Henricus Becker droffatus et
scabini adhuc non contenti de tam violenta
oppressione oppidi Gorinchemensis et effu-
sione sanguinis Christianorum et morte
Innocentium virorum quando et post re-
cessum prefatorum Dominorum magis val-
de opprimebant communitatem exactionando
divites et pauperes ultra facultatem ip-
sorum in promptis pecunijs ad solvendum
taxam promissam prefatis Dominis per
eos mediante Adriano Wel, ut dignaren-
tur venire Gorinchem et sibi iurare ut affe-
runt rebelles Gorinchemenses.

Preterea elati iam omnes scabini in superbia
omni die Dominica et alijs festis ^(sic) cogerunt
multos honestos oppidanos procedere puc-
blice cruce fere nudos solummodo In
camisia, nudo capite nudis pedibus dum
solemnis processio fieret per cimiterium
et in veditu stante droffato cum suis sca-
binis et consulis ante chorum et expectan-
te eos cogebantur sic fere nudi et infrigi-
dati quia hiems aspera fuit flexis genibus
et complofis, manibus super lapideum
pavimentum ecclesie eos adorare et veniam
de commissis ab eis precari dolentibus ca-
nonicis et non valentibus eis talia pro-
hibere

Sed

1159
Sed deus qui scrutatur corda et renes hominum qui et oppressos iniuste relevat et consolatur ac dixit Da michi vindictam et ego retribuam quique sedens super thronum glorie iudicat iustitiam statim requirens sanguinem iniuste decollatorum recordatus est non est oblitus clamorem pauperum Gorinchemensium, nam videns iniustissimam afflictionem oppidanorum Gorinchemensium dignatus est vindicare oppressionem illam ut esset ceteris tribunicie dignitatis viris Dominis terrarum droffatis scabinis et Rectoribus civitatum et communitatibus in exemplum et perpetuum memoriale nam infra annum vel paucis sequentibus annis fere omnes principales horribili et mala morte perierunt vel plagati diversimode permanserunt confusio et opprobrium non solum Gorinchemensibus sed et cunctis hominibus.

Nam Henricus Backer droffatus et Inceptor discordie et malitie habens non longe postea pugnam contra consanguineos et amicos Johannis Knobboit sculteti Gorinchemensis violans pacem datam non solum destitutus fuit a villicatione sua verum etiam omnia bona temporalia sua cum corpore suo ponendo iuramenta et firmas cautiones pro eis confiscata fuerunt ad usum serenissimi principis.

principis Philippi ducis burgundie etc.
 qui dolens se ita confusibiliter refutatum et
 destructum Recedens a Gorinchem moram
 cepit trahere. In buscoducis Incidens que
 statim in validam infirmitatem furibundus
 effectus cepit. deum blaffhemare et in ho-
 ro mortis horribilem emittens visum nihil^{que}
 omnino de Christo volens audire cepit clama-
 re sicuti clamavit tempore quo cepit in
 ecclesia Gorinchemensi ut prefactum est
 dicens, O vos o vos confodales custodite
 illas ianuas ne quis euadat capite capite
 omnes. Hec et huiusmodi clamans in punc-
 to expirationis miserabiliter obiit.

Brieno^(vici) de Weijborch postea infatuatus et
 omnibus odibilis in corporali miseria priuac-
 tus omnibus suis pecunijs fere degens in op-
 pido Gauda obiit

Adrianus Wel capitaneus et executor Reijse
 prefate vitatus fuit ab honestis personis
 tanquam excommunicatus traditorque Gorin-
 chemensium ibique appellatus terrore Go-
 rinchemensium fugiens in Italiam ibidem
 misere aliquanto tempore vixit Rediens ve-
 ro a Iohanne filio naturali domicelli
 Jacobi de Gaesbeeck et a Gherardo vander
 borch percussus fuit viliter in publica pla-
 tea de Gorinchem astantibus et videntibus
 oppidanis non tamen dire vulneratus eo
 quod

quod cum grossa parte cultellorum ut tradito-
rem percutebant eum clamantes et dicentes
o pessime traditor putas nos tradere
sicut tradidisti Gorinchemenses coepidas
nos tuos et sic ipsam voluntatem in loco loco
lito et fetidatum ^(sic) dimiserunt

Deinde confusus et abiectus et odio habi-
tus ab omnibus hominibus depauperaba-
tur ^{vep elactus} quotidie nec exaltatus fuit deinceps
in scabinum &c. sed misere aliquibus
annis supervivens raro Gorinchem ^{com-}
parebat propter confusionem sibi inflie-
tam quam pretermitto causa melioris

Johannes de Ghelkum habens in uxorem
matrem prefati Adriani Wel, cuius Johan-
nis supplicatione ^(sic) et supplicatione pater An-
dreas decollatus fuit statim horribilissima
oris sui plaga plagatus fuit Nam eodem
tempore post recessum prefatorum Domi-
norum statim ^(sic) cancreus ignis Intra sit os
suum quod in brevi non solum dentes eius
sed et carnes oris sui infecte ^(sic) feterunt Erat
enim omnibus hominibus horribilis ad In-
tendum propter Intollerabilem fetorem et
corrosionem labiorum suorum Ipse autem
nullatenus valens amplius hominibus conui-
sari quia ^{omnes} vitabant eum edebat solus super
grossum faccum ea que sibi apportabantur
et cum ederet mollia et digestibilia cibaria
edebat

edebat coactus simul infectam et liquefactam
 carnem oris sui In edendo Itaque effluiebant
 ex ore eius ~~ore eius~~ dentes eius cum stillicidio
 sanguinis eius super faciem Genera quoque
 denique unicuique ipsam edentem inspicientem
 nauſeam magnam Doluit namque videns
 manum Domini super ^{ipſam} de perpetratis in Go-
 rinchem et precipue de Innocente morte pii
 Andreæ et sic communicatus sacramentis Do-
 minicis miserabiliter obiit Infra annum

Magister Gherardus vander Oever vir magne
~~clericature~~ ^{clericature} eadem nocte quia ut dictum est Hæſ-
 dentes nauigio preteribant Gorinchem et oppidani
 Gorinchemenses in se tumultuare cepisse
 clamantes sese traditos ^{per} ipsorum consilium vo-
 lens se occultare in secreto loco ascendens mirum
 corruit ab alto offendensque pedem suum sta-
 tim post recessum dominorum Incidens in
 validam Infirmiſſimam In Tertio sequenti
 obiit

Johannes Veer qui nullam habuit patientiam
 cum decollandis decollandis pijs viris et oppress-
 oppressione suorum cooppidanorum sed tem-
 pore decollationis proborum oppidanorum et
 quando alii feminudi dolenter ^{pre}cessissent
 cruceſ in processionibus ipse cachinnans et
 ridens per plateas Incedebat dolentibus fe-
 re omnibus alijs etiam suis complicitibus
 de hoc ac Insultans eis derisui eos patenter
 habuit

Hic mox adueniente estate infectus regio morbo
 in

in hora mortis fuit tanta ^{intem}peries aeris fuit,
ac tanta tonitrua et fulgura coruscationum,
super oppidum Gorinchem erant et enicuerunt
quod nulla priscaetas maiorem meminerat
cum tamen nullibi in vicinio erat tanta tem-
pestat et horribilis aura sicuti super Gorin-
chem de quibus diversi diversimodi enarrabant
nam statim ipso mortuo cessavit ex toto
illa intemperies

Johannes Henrici Tiek vir valde elatus fuit
Sicut enim Pilatus manus suas lavit ^{ut} esset
innocens et mundus a sanguine et Innocentis
a passione Christi et Sic iste coram suis
amicis et cooppidanis se purgans et excu-
sans affirmavit quod nullatenus consensit in
pacto contra Gorinchemenses eo quod illo
tempore erat in ~~Wundinis~~ bergensibus nihil
omnino de oppressione Gorinchemensi sciens
Sed prochdolor quanto magis se verbis male-
dictionibus et Juramentis ^(sic) sese excusaverit
tanto magis erat confusior nam deus quem
nullum secretum latet et qui prohibuit stric-
te ne quis seipsum deum temptando maledictio-
nibus involveret, ipsum temporaliter et cor-
poraliter castigare ex sua nimia misericor-
dia dignatus est nam haud longe post op-
pressionem Gorinchemensem percussus va-
lida apoplexia vixit multis annis Infatuatus
ut mos ~~est~~ ^{est} patientibus talem infirmitatem
factusque fuit spectaculum omnibus homini-
bus et precipue ceteris suis complicibus Oppi-
dani

dani vero ipsum nullo modo excusatum et Im-
munitatem ab oppressione ipsorum tenuerunt prop-
ter certa Iudicia et gesta que postea postea
claruerunt

Wilhelmus filius Wilhelmi Koeckebae-
ker vir totus honestus et deuotus licet in do-
mo sua Inuitauit prefatos dominos cum
capitaneis ipsorum et cum consularibus Gorin-
chemensibus ad solemne prandium agens fes-
tum letitie et triumphis cum eis de predic-
ta oppressione. fuit enim ipse stipatus et
ditatus honestissima et discretissima uxore ex
qua habuit quatuor proles sed anno sequenti
in breui proles omnes cum uxore sua obie-
runt et ipse dolens de commissis licet deuotus
et iustus tamen In quadam fantasia quam
uiuens et sanus mente et corpore exercere oran-
do consueuerat obiit nullam corporis sui Relin-
quens heredem licet diues in temporalibus fuit
Erat enim optimus omnium suorum consociorum

Theodoricus Petri homo probus et pius dolens
valde de reijsa prefata licet iuuenis tamen
etiam estate sequenti obiit quorum duo filii ex
petitione ipsius religionem intrantes ut pro
ipso intercederent mundo Renunciauerunt deo
seruientes

Johannes martini Iuuenis et bonus et magnus
elemosinarius post recessum prefatorum Domi-
norum infans et amens effectus discurrebat
aliquando

aliquando feminidus non solum per vicus et plateas de Gorinchem verum etiam traiecit et In alijs locis vicinis Donec captus per amicos cathenatus reservabatur sub firma et certa custodia

L. in. tum

Hic Johannis deo permittente publicavit palam totum pactum ^(sic) Tuitium per ipsum et ceteros suos conscabinos consulesque contra ^{communitatem} Gorinchemensem, Et qualiter ordinauerunt quandam literam inter se sigillatam et munitam sigillis omnium ipsorum continentem qualiter manerent firmi et fideles Tuiticem sibi ipsis contra ^{communitatem} Et si quis Tuitiaretur verbis vel factis ceteri omnes non Tuitiati corrigerent illum Tuitiantem seire et stricte sub pena mortis Insuper quod nullatenus sub fide et Juramento Domino terre prestitis et cetera multa alia illi litere ~~in~~ inserta nunquam revelarent alicui Addiditque, ecce scio et bene scio quod ego ea de causa licet Tuitius consensu alienatus a sensibus meis Hanc amen- tiam patior et Inpenitentiam firmi a deo iusto Iudice hec et plura alia que non decent presenti cronographie inferere

Post aliquot vero annos Iste Johannes restitutus fore sensibus suis valde doluit manensque omnibus diebus vite sue domi tanquam solitarius semper fugiebat confortia hominum Hec vero sufficiunt de scabinis Gorinche

Gorinchemensis nunc vero de capitaneis illius
oppressionis stilum vertere curavi pauca de
multis dicam

Johannes de Merweda Bastardus Domini
Theodoricus de Merweda militis strenuus vir san-
guinum et homicida magnus in re ipsa ista ca-
pitaneis militum Ribaldorum de Ethen
de Dronghelen ac meumen portantium fecum
sacos multos eo quod sperabant totam oppi-
dum spoliare et funditus destruere mi-
serabiliter obiit absque confessione et eccl-
siasticis sacramentis quod estate sequenti ha-
bita prius ironica collatione de oppressione
Gorinchemensi cum Domnicello Ghijfesto
~~de~~ de Breckenrode In Vianen quibus val-
de detraxit volens emittere bombardam in
presentia multorum seipsum casualiter In-
ter fecit Hic principaliter etiam violavit ec-
clesiam Gorinchemensem.

Egidius de Wijck castellanus castri de hief-
den oppressor pauperum et emptor spirita-
lium beneficiorum siue venditor hic cantantibus
canonicis vesperas in profesto conceptionis
virginis Marie et precipue magnificat
~~primis~~ primis Iniecit manus violentas
malleo nitens Infringere cancellos cho-
ri ad violandum chorum cum Gherardo Ge-
rardi et quem armatus intrans non exhibens
corpori dominico sibi cum suis confocijs
obuiam venienti aliquam Reuerentiam et hono-
rem

rem sed manus violentas Trujicenses in aliquos
 oppidanos divina audientes violavit temerarie
 chorum et sacrarium eos capiendo et extrahen-
 do extra chorum et ecclesiam

Hic estate sequenti demoniacis et infensa-
 tis effectibus, seipsum precipitavit a val-
 le castri in aquam et submersus est In
 quo loco submersionis eius et in castro tanta
 horribilia visa et audita a multis sunt quod
 longo tempore castrenses pro terrore non
 audebant circa crepusculum vel noctem exire
 vel Intrare nisi cum aliqua familia

Arnoldus de Wijck scultetus de hiesden
 et nepos egidii prefati sedens cum Johan-
 ne de Wijck filio egidii predicti In quo-
 dam ^{occasus fuit in eodem prandio} prandio ab eodem nepote suo Johan-
 ne de Wijck In hiesden

Hic etiam Arnoldus temerarie violavit
 sanctuarium ecclesie Gorinchemensis ex
 angulis exploratos per suos captivando
 Et Johannes prefatus privatis pro par-
 te patrimonio suo depauperabatur co-
 tidie

Simon Arnoldi balivus Sciedam vir
 fortis et magnus homicidaque maxi-
 mus homo sine deo. hic primus Trujecit
 manus violentas in ecclesia Gorinchemensi,
 captivando

captivando oppidanos gaudebat enim ubique in malitijs et enutiebatur enutriebatur in discordijs Tste post multa mala perpetrata sedens in oppido Delft ad mensam cum multis fautoribus sue partis et orta fabula inter eos de Reijsa in Gorinchem predictus Simon post validam detractionem Interfectorem In Gorinchem volens cachin^{ridere}ando cadens retrosum expiravit

Gerardus filius Gerardi feruus predictorum de hueden homicida pessimus quatuor vel quinque homines dolose tamen propria manu Interfecit et quod nullus malitiosus audebat attemptare In malitia hoc ipse perfecit qui tempore oppressionis custodiit claves duarum portarum prefertim apud merwedam ne aliquis Gorinchemensis latenter fugeret ex eis Hic non verens deum nec hominem primus interrumpit clamando voces canonicorum vesperas virginis Marie cantentium, et in presentia sacramentis In medio choro primus cepit potenter pios oppidanos Tandem sedens eodem anno in villa de viern occisus fuit ab Ottone de viern

Theodoricus ~~poes~~ de Zweeten vir longe stativore secretarium locum tenentis Hollandie etc. violans ecclesiam et chorum cum alijs vocans decollandis ante pretorium de Gorinchem aliquibus annis postea supervixit sed tandem sine confessione et sacramentis miserabiliter Insensatus

Insenfatus obiit Et nemo ipso defuncto poterat eandem Domum longe post inhabitare in qua obiit propter horribiles clamores et strepitus visibiliter auditos etiam propter terribiles ^{variasque} visiones ibidem cum singultibus visas et apparentes et multa alia que causa honestatis pretermitto Insuper plures alii qui ecclesiam dei violaverunt submersi et occisi fuerunt que causa brevitatis ne fastidium legentibus generaret omitto conscribere Nunc vero de tribus principalioribus Dominicis aliqua, sed pauca, dicere decrevi

Nobilis enim Jacobus domicellus de Gaesbeeck homo pius et in se totus bonus percipiens veridica relatione Johannem dominum de Lannoij locum tinentem Hollandie post obitum eius libere habere et possidere castrum et dominium de Arkel sibi collata a Philippe duce burgundie etc. comite Hollandie circumventus fuit callide a prefato Dominorum de Lannoij sed quatenus in brevi Domicellus Jacobus Resignaret sibi castrum et Dominium certis conditionibus prehabitis quod et fecisset Sed decollatis in Garinchem predictis et oppidanis oppressis dominis de Lannoij convocata tota fere communitate ante pretorium faciens eis collationem In presentia Domicelli Jacobi tandem

dem intulit quod adhuc in brevi fortiretur nomen
 eorum Ita quod ^{pro} ^{et} exaltaretur Dominus de Ar-
 kel quare coactus et requisitus licet venisset ibidem
 ad exequendam Iusticiam tamen condolens eis
 velle eis ^{ammodo} parcere, eo quod corde dili-
 geret eos

Hec et huiusmodi cum audisset Domicellus Ja-
 cobus doluit perpendens quod totum malum ibi
 perpetratum Imputaretur ^{sibi}, et quod seductus fuit
 ab eo quare consilio cum suis habito noluit quomodo
 modo sibi resignare Dominium et castrum de
 Arkel ex qua causa sibi contrariebantur.

Tandem omne litis malum ad rediit pacis con-
 cordiam per certos mediatores et moderatores in
 hunc modum terminatum est quatenus Domicellus
 Jacobus libere possideret quamdiu superstes esset
 vite Dominium de Arkel cum castro et daret domi-
 no de Lannoij ^{xxviii} ^{scudata} moneta Wil-
 helmi ducis Bavariae comitisque Hollandie

Deinceps Domicellus Jacobus rediens ad cor
 valde doluit de illa Gorinchemensium suorum
 subditorum oppressione et Incidens In bus-
 coducis in validam infirmitatem lecto decumbens
 sacramentis dominicis communicatus desperaba-
 tur de vita, ipse ~~conialuit~~ conialuit tamen
 et erat Gorinchemensibus postea multum pius.
 Sed anno postea LIX^o obiit in brizella post
 se nullum sui corporis relinquens heredem sed
 hereditas eius versa est ad alienos et denodia
 ceteraque ⁽¹²⁾ ad extrantes quia a Triventute adu-
 ter semper fuit cum tamen pulchras et honestissi-
 mas

f. in- et exact.

mas duas habuit legitimas uxores. Et sic in ista ^(sic) ~~veijse~~ ^{met} exactionatus fuit In ~~XXVIII~~ ^{XXVIII} ~~scir-~~
datis ut dictum.

Johannes Dominus de Lannoij Locumtenens principis in Hollandia non solum postea priuatus fuit Dominio de Arkel sed destitutus a Receptorata Hollandie priuatus fuit omnibus dominijs suis Insuper eliminatus et bannitus ex omnibus principatibus Philippi ducis burgundie fugitque latenter degens in regno francorum

Ghijbertus de Bredenroede prepositus traiectensis et consiliarius ducis in Flagha illo tempore moram traxit, cuius consilio et auxilio ecclesia Gorinchemensis ^(sic) violenta fuit anno sequenti concorditer in episcopum traiectensem electus etiam consilio cantuberniorum traiectensem solemniter in curia ut episcopus introductus repudiatus fuit a sede Romana licet tempore electionis sue misit expensis suis venerabilem patrem Magistrum Tiodocum suffraganeum traiectensem in Gorinchem qui reconciliauit ecclesiam et cimiterium in Gorinchem

Tandem post multa mala ante Amerffordiam patrata cum traiectensibus captus fuit traiecti ante pretorium a venerabili David de burgundia episcopo traiectensi, et In Wijck mancipatus in quadam stricta camera cum firmissima custodia Breuiter sic omnes capitanei illius veijse in breui male perierunt vel honoribus

bis, vel dignitatibus privati fuerint hec de predictis
sufficiunt pro nunc.

Anno Domini millesimo III^c LII. viduata eccle-
sia monasteriensis per obitum venerabilis patris
Domini Henrici de Moirsa fratris Theodorici
de Moirsa archiepiscopi colonienfis electus fuit et
confirmatus Walramus de moirsa frater predic-
torum Sed eo defuncto in breui duo electi fue-
runt sub contentione utpote Erius de henjda
et Conrardus de diepholt episcopus osnabur-
gensis, quibus inter se diffidentibus totum epif-
copium rapinis et prelijs depopulatum fuit
potentia utrorumque nam venerabilis pater
Dominus Rodolphus de Diepholt episcopus
traiectensis parti nepotis sui Conrardi pre-
fati adherens cum copioso exercitu plebis et mi-
litie episcopatum monasteriensem Hostili-
ter intrans partem de Henjda aut fugavit
aut debellavit maximum Damnum eis infe-
rendo

Tandem Dominus apostolicus Calixtus secun-
dis his duobus amotis contulit episcopatum
prefatum illustri viro Johanni duci baivarie
protunc canonico ecclesie coloniensis qui
sua Industria totum episcopatum in breui
in abundantia pacis felicissime regens pristino
restituit eum honori Tandem toto episcopatu
monasteriensi restituito ~~deuotissime~~ deuotif-
sime vivens ut episcopus exemplum humili-
tatis pietatis et iusticie omnibus suis subditis
eterisque archiepiscopis episcopis abbatibus
et prelatibus in omnibus prebuit Vixit autem
ita

ita Irreprehensibiliter in omnibus
 ut discipuli Christi ceteri que sancti epis-
 copi in primitiua ecclesia vixerunt Surrexit
 nocturno tempore ad orationem In festis
 semper fuit ~~episcopus~~^{presens} in matutinis legendo
 nonam lectionem summam missam sepe
 celebravit sacros ordines sacerdotales suis
 ministravit ut episcopus et temporalem
 iusticiam militibus et ciuitatibus ac subditis
 suis sine simulatione fecit oppressores pauperum
 ac Inuafores terrarum mediante iusticia
 aut occidit aut eliminavit aut cum suis
 pacificavit cum pura misericordia Erat autem
 omnibus dilectus

Tandem ^(sic) vastato archiepiscopatu meybürgen.
~~archiepiscopatu~~ Dominus pius secundus papa Roma-
 nus ipsam inuicem transtulit de monaste-
 riensi episcopatu ad archiepiscopatum eccle-
 sie meybürgenfis in saxonia et factus est
 primus ^(sic) totius Germanie de quo nimirum ipse
 et tota patria diu ecclesia Coloniensis diu
 valde doluit

In ^(sic) prefato vero expeditione illustris Dominus
 Rodolphus de Diepholt episcopus traiectensis
 infirmatus aliquantulum languere cepit obiit vice-
 sima quarta die mensis martii postquam tra-
 iectensi episcopio presisset annis viginti
 tribus

Tandem anno domini millesimo III^o LV^o in
 profesto annunciationis virginis Marie
 communicatus dominicis sacramentis in magna
 contritione

contritione migravit in castro horst. Qui de hinc
balsorno conditas deiecit^(sic) et traiecitum et in au-
strali parte chori traiectensis ecclesie in nova
capella suam quam ipse a fundamentis exere-
rat sepultus est honorifice

Hic enim egregius episcopus Rodolphus licet
violenter per potentiam Johannis Domini de Rens
militis strenui contra deum et Justitiam et con-
tra martinum papam occupavit episcopatum
effugato Twedero de Lilenborch vero episcopo ex
traiecto Et propterea per eundem papam prefa-
tum idem Rodolphus excommunicatus graui-
tatis, reaggravatus Anathematizatus et per to-
tam Diocesim dominicis et celeberrimis festis cum
suis sanctioribus et complicibus denunciatus ac postea
tanquam putridum membrum ecclesie a sede apos-
tolica decisus pronuntiatus et declaratus fuit

Atque defuncto basilee Twedero vero episcopo et in
carthusiensi monasterio sepulto Walramo de
moirsa electo et confirmato loco Domini Twederi
episcopi per Dominum Eugenium papam Resis-
tendo potenter detinuit per nephos donec mediato-
ribus aliquibus mediantibus omne litis malum
ad bonum pacis finem sopitum fuit in hinc
modum quatenus Walramus electus et confirma-
tus cederet et resignaret sibi Titulum suum et inde
gauderet de aliquibus fructibus episcopatus ad fi-
nem vite sue

Quo facto idem Rodolphus per eundem Eugeni-
um confirmatus mansit verus et iudicatus
episcopus traiectensis et fere omnibus die-
bus vite sue vixit in abundantia pacis totum
episcopatum raptorem et predones episcopatus
persequendo

persequendo et eliminando equerectam ^(sic) Iusticiam
omnibus faciendo Atque omnia castra cunctis
necessarijs superhabunde referta dimisit
contra circumstantes hostes premuniuit

Domum episcopalem in trajecto a fundamentis
erigens sumptuosa structura ut liquet com-
pleuit Castrum horst renouavit, Castrum Wijck
cum oppido Dierstat cum Dominio et villis
eius cum castro Abcaide et villis adjacentibus
maximis pecunijs erga Jacobum Domicellum
de Gaesbeeck comparavit et episcopatus adie-
cit Divitas ecclesias restauravit calicibus orna-
mentis sacerdotalibus reparavit ~~spiritua-~~ spiritalia
les personas honoravit et cuncta melioravit ex-
tracta vero fuit super sepulchrum illius pulchra
archa fide tumba et in circumita tumbe arma no-
bilitatis et progeniei fuit

Epitaphium Rodolphi episcopi

Presulis hic geniti clara de stirpe Rodolphi
Diepholt ~~trajecti~~ frigida membra iacent
Qui virtute suos postquam devicerat hostes
In tandem vixit pace quiete bona
Alter edendo fuit arthurus et hector in armis
Restruxit studio castra caduca bono
Promotor patrie fuit egregius quoque castris
Sceptrum bis binis auxerat ipse suum
Wijck Abcaid Laghe Blanckborch quod et emeratante
Contra hostes sacre subdidit ecclesie
Iusticie cultor fuit et virtutis amator
Praiorum vindex asper et ultor atrox
Forma procerus verbo grauis ore ferens
Moribus entropolis visus hic esse fuit

L. florere

Si quem nobilitas virtus vel clara propago
 Possent a mortis nexibus eripere
 Nondum parca turrim rupisset opere stamen
 Nondum sidereo perfluerere polo
 Humanum longo nichil heu flore ^(Sec) quiescit eio
 Fleu seue morti nulla medela valet
 Mille quadringentis Domini labentibus annis
 Ver quintum lustris agglomerando decem
 Luce quater festa mortis sua debita soluit
 Nature et superi scandit ad astra poli
 Quisquis ex hac gradiens humiles dignare tonanti
 illius pro anima continiare preces

De ^{1. Ghysbert} Domino de Bredenrode pre-
 posito maioris et sancti salua-
 toris ecclesiarum quinquagesimo
 quarto electo episcopo Traiectensi

Sepulto illustri principe domino Rodolpho de
 Diepholt episcopo traiectensi ut dictum
 est statim Domicellus Ghysbertus de Bre-
 denrode prepositus traiectensis et sancti Sa-
 luatoris ut fiet capitularis et Interesset elec-
 tione subdijaconus consecratur Quo facto Do-
 mini canonici quinque ecclesiarum traiec-
 tensem conuenientes ad elegendum novum episc-
 opum et Dominum traiectensem Inuocato
 sancto Spiritu concorditer elegerunt prefa-
 tum generosum virum Dominum Ghys-
 bertum de Bredenrode demptis duobus vel tri-
 bus, scilicet Gherardo de Maffche et Do-
 mino Johanne de Wetenhorst. Accidit Ista
 electio anno LV. altera die pasche scilicet
 septima die aprilis qui elegerunt venerabilem pa-
 trem David de Burgundia episcopum mori-
 nensem siue teruanensem

Tgitur

Igitur Domicellus Ghijsbertus sic electus
 statim adiutorio fratris sui Reijneri do-
 mini de Bredenrode et Vijanen etc. ac Hen-
 rici Domini de Montfoerdt ceterorumque con-
 sanguineorum et amicorum suorum cepit or-
 dinare consulatam et regere civitatem tra-
 iectensem iuxta beneplacitum suum. Et quia
 diudum exilatus fuit a Traiecto per Rodol-
 phum episcopum Traiectensem et consulatam
 traiectensem odio habuit semper illos quando
 infirmato Rodolpho episcopo. Idem Domic-
 cellus moram pro tunc trahens in Hollan-
 dia in Hagha comitis consilii factus Phi-
 lippi ducis burgundie comitis Hollandie
 redijt traiectum et Intraivit civitatem eodem
 anno. In profesto sancti ponciani adiutorio
 canonicorum quinque ecclesiarum Inuito
 Rodolpho episcopo et consulatu traiectensi
 eo quod collegia ultra modum gravata erant
 in exactionibus ab episcopo Rodolpho et a
 consulatu traiectensis civitatis. ita quod
 multociens canonici cum suis armati obvi-
 auerunt consulatu ante pretorium civitatis
 nolentes gravari per eos effugientes a pre-
 torio cogentes eos dimittere ipsos in pace.

Et prefatus Domicellus postquam elec-
 tus fuit et consulatam suspectam habens
 non audebat eis firmam accommodare
 fidem dedignabatur ab eis conuersari sed
 convocans partem contrariam consulatu
 utpote illos de Rensse et Jacobum
 priijs, et fratrem eius Dominum Johan-
 nem

non prius decanum traiectensem ceterosque
 bannitos a Rodolpho episcopo et con-
 sulatu traiectensi in despectum consu-
 latus et ipsorum complicium veniens sepe
 super plateam ante pretorium de armata
 manu cum illis de Vianen et Montfoort
 ad terrendum consilium et ipsorum com-
 plices

Insuper in opprobrium consilium precepit
 Theodoricum de Hagenawen per consula-
 tum dyndicatum et rotatum deponi et solem-
 niter in loco sacro sepeliri Quod videntes
 primiores ^(sic) rectores civitatis fugam Inie-
 runt ~~versus~~ versus Amerffordiam eo quod
 Amerffordenses diem idem electus ideo ha-
 buit quia cum Rodolpho episcopo civitatem
 occupaverunt et suos amicos expulerunt Qui
 Amerffordie cum amicis et aliquibus mili-
 =tari
 quibus consilium super his habentes dolentes
 partem ipsorum per electum sic concultatum
 et fere expulsam consilio omnium accesserunt
 magnipotentem principem Philip-
 pium ducem burgundie etc. petentes Da-
 vid filium suum in episcopum traiectensem
 exaltari et a sede apostolica provideri eo quod
 ex ^(sic) electus traiecten-
 maieftati sue occupando polenter cum fratre
 suo civitatem Amsterdam contra ipsum et
 nunc maiora forte moliretur facere fultus
 potentia civitatis traiectensis et episcopa-
 tus quia vir partialis esset ubique suscitans sopi-
 tam percialitatem per Hollandiam.

Quo

Quo audito idem princeps misit episcopum atratensem ad Dominum Calistum papam Romanum ^{ut} amoto electo viro sanguinum et violatore ecclesiarum David episcopus morinensis provideretur in episcopatum traiectensem Et rex Aragonie similiter supplicavit pape pro David filio Philippi ducis ad instantiam eiusdem ducis quod et fortiebatur effectum nam idem apostolicus misit ad Instantiam Philippi ducis patris eius prefatum patrem David episcopum morinensem anno sequenti scilicet LVI. provisionem ad Investituram et possessionem episcopatus traiectensis

Interea Domicellus Ghysbertus ⁽¹²⁹¹⁾ selectus traiectensis estate eadem et anno quo electus fuerat favore et decreto aliquorum de consilatu et precipue conclusione decanorum sine superiorum contubern..... traiecten. solemniter introductus fuerat traiecti in Domum episcopalem ad faciendum in ea corporalem residentiam tanquam episcopus et Dominus traiectensis

Mittenque idem electus Romam debitam taxam pro confirmatione sine electionis obtinere non valuit propter causas superius allegatas atamen tenuit se pro vero Domino traiecte. g.

Anno vero Domini millesimo III^o LV. contigit grande miraculum prope florentiam In Italia quod ad laudem gloriose virginis Marie presentis Cronographie annotavi ego Theodoricus Pauli canonicus Gorinchemensis decrevi eo quod eundem Iudeum baptisatum In Gorinchem

chem vidi et aliquantulum conuersatus fui cuius
miraculi series in hac presenti litera conti-
natus

Jacobus cardinalis de XII. apostolis dei et apos-
tolice sedis gratia episcopus de base et unversis
et singulis ad quos praesentes literae per-
venerint salutem in Domino sempiternam cum
sancta mater ecclesia catholica Ineffabiliter thro-
num diuine maiestatis ut usque adhuc noiam
Christiane fidei prolem parturiat oraculis pro-
pheticis pulset et clamitet ubi sunt miseri-
cordie tue antequam domine In noua signa Im-
muta mirabilia congregat^u dispersos ~~Israeli~~
~~Israhael~~ Exandiuit altissimus de excelso celo-
rum habitaculo vocem spouise sue sancte ma-
tris ecclesie mirabili clementi que ab exordio se-
culi providentia disposuit ut delictum unius
districte puniens multorum ~~fulneret~~ ~~vana~~ ~~vant~~
vulnerat^a sanet Alteriusque infidelitatem ele-
menter illuminans multorum errores abstergat
Hinc est quod nostris temporibus His ad in-
star illius hominis euangelici ab Iheru-
salem In Terico descendens noster fidelis La-
tar praesentium, Mathias adhuc In Indaismo
constitutus anno Domini m^o III^o LV. a Floren-
tia bononiam pergeret non longe ab urbe digres-
sus Latrones incidit qui eum cunctis Lanceis
et sagittis transfodientes fere viginti quatuor vul-
neribus letalibus impositis spolijsque eius
ablati ipsum semivivum proprio volutantum
in criore bestijsque expositum In Campo
reliquerunt At samaritanis ille custos diuinis
non dormiens neq; dormitans qui custodit
Israel et neminem vult perire sed omnes homi-
nes

uit Aftansque quidam ^{Judeus} medicus ysaac no-
 mine a iuuenibus predictarum blasphemiam mi-
 sericordie dei speretque sancto gloriosaque
 dei genitrici filioque eius Ihesu Christo in-
 ferens diuina animaduersione correptus secus
 efficitur suaque in perfidia et ~~caecitate~~ caecitate cor-
 poris et anime usque in hodiernum diem per-
 seuerat Tam Tamque dictus mathias gratia dei
 et medicorum ope paucis scilicet .xj. diebus
 spatio sanitati integre restitutus est distributisque
 omnibus bonis suis ecclesijs monasterijs et pau-
 peribus abiectoque vetustatis errore sacro fonte
 baptismatis una cum suo Iacobo et uxore sua
 Anna duobusque filijs suis renatus est. etc.

Electione vero facta Idem Ghijbertus electus mi-
 sit legatos siue ambaciatores suos viros honestos
 de beneplacito ciuitatis traiectenses et totius
 dioecesis exceptis paucis oppidijs ad Dominum ca-
 listum papam pro confirmatione habenda Sed
 postquam illi ad praesentiam Domini pape se-
 pius fuissent pro confirmatione et ille semper
 animos eorum suspenderet tandem perceperunt
 ab aliquibus quod pro nichilo laborarent sed
 quod prouisio reseruata esset David de Burgundia
 episcopo morinensi Quapropter predicti legati
 iterum ad papam redeuntes cupiebant ab eo om-
 nino habere finalem responsionem, sed nec
 tunc dedit finem operi

Hoc autem ab ambaciatoribus Domini Ghijber-
 ti comperto verba habita cum papa et personis
 circumstantibus Verum etiam totam Rem gef-
 tam miserunt per Instrumentum predicto
 electo

electo traiectensi in subscripta forma

In nomine domini Amen Anno a natiuitate eiusdem M^o IIII^o LVI^o Indictione quarta die vero martis vicefima mensis aprilis que fuit et est dies coronationis Domini nostri pape infra scripti in Christo patris et Domini nostri, Domini calisti Diuina prouidentia pape tertii anno secundo coram ^{eodem} sanctissimo Domino nostro, et Reuerendissimis In Christo patribus et Dominis nistero de colimpna camerario patriarche aquileiensis, firmanno Rothornagiense sacro sancte ecclesie Romane Cardinalibus nec non In nostrorum natariorum publicorum testium que Infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personales et flexis genibus constituti venerabilibus et circumspectis viris Dominis et magistris Wilhelmo ^(sic) pedes Alfredo de Montfoerd Euerardo Loindenbalch Hermanno de Reno Theodorico Nytten weer et Ludolpho de Hoern ambasciatoribus et oratoribus Reuerendi patris et Domini Ghyjsberti de Brederoeden electi traiectensis prefatus magister Ludolphus suo quam oratorium suorum predicatorum nomine palam publice et alta atque Intelligibili voce exposuit dixit et proposuit de verbo ad verbum verba Infra scripta vel eis similia in effectum

Beatissime pater ^(sic) pater confisi de verbis consolatorijs vestrae sanctitatis, ^{quibus et} ~~non~~ prouidit ore eiusdem sanctitatis clare intelleximus, ~~et~~ quod sanctitas vestra non prouidit ~~et~~

Sed Domino episcopo morinensi de ecclesia traiectionensi nec intenderet eidem ecclesie traiectionensi nec cum pace et sine scandalo providere adiungendo quod nihil curaremus sed omnes simul hic maneremus Sanctitas vestra vellet nos omnes tunc per formam provisionis que Domino morinensi de ecclesia traiectionensi facta dicebatur ad recedendum dispositos breuiter remittere ad patriam consolatos permansimus usque modo contra commissionem nobis de recedendo factam permansimus et prochdolor sic didicimus tam ex scriptis quam ex testimonijs fide dignorum ac etiam fama publica totius curie Romane et sanctitatis vestrae cogimur dubitare et probabiliter temere, quod sanctitas vestra. Tam proiiderit Domino morinensi de dicta ecclesia traiectionensi, quod si verum sit sanctitas vestra dicat nobis palam nec amodo suspendat animos nostros.

Et cum Idem magister Ludolphus ulterius continuare vellet et continuaret orationem per eum inceptam Idem sanctissimus apostolicus noster Interrumpendo verba eiusdem publice constanter sincero vultu et ut apparuit deliberato animo oratoribus autedictis dixit et respondit in effectum

Ceteris Reuerendis Dominis cardinalibus ante dictis nec non archiepiscopis episcopis prothonotarijs Auditoribus palatii ac alijs prelatibus

latis in maxima multitudine Tui congregatis
 et presertim Domino Jerico de Clansaco am-
 baciatore magnifici Domini ducis burgun-
 die ibidem praesentibus audientibus et in-
 telligentibus ~~auditis et audiat~~ ^{et} fateor vo-
 bis hec verba dixisse nec verba mea faciam
 Trita miror de vobis quod ^{plus} creditis vul-
 go et verbis vulgū quam verbis meis Semper
 dixi vobis et adhuc dico quod nunquam eccle-
 sie illi traictensi nisi cum pace et sine scanda-
 lo providebo Et sicut dicitis quod ego dixerim
 vobis ita adhuc dico Remittam vos breuiter
 consolatos et vos debetis verbis meis adhibe-
 re fidem

Et cum dicti oratores de verbis huiusmodi
 vellent esse sufficienter consolati sed et res-
 ponsionem plus Determinatam affectarent
 et quando vellet eos expedire sincerius dicti
 magistri Ludolphi ^(sic) requirerent Respondit
 idem Dominus noster, expectetis modi-
 cum quibus sic actis magister Her-
 manus de Reno addendo verbis magistri
 Ludolphi auctedicti dixit in effectū Pater sanc-
 te mandatum habemus de recedendo si sanc-
 titas vestra providebit Domino mori-
 nensi nisi provisionem Huiusmodi reuo-
 caret

Ad que idem Dominus noster respondit
 non recedatis sed maneat omnes dico
 remittam vos consolatos et nisi cum pace
 et sine scandalo illi ecclesie providebo neque
 verba

verba mea faciam Tertia quibus sic peractis
 prefatus Magister Ludolphus de Hoern
 premissam Domini nostri pape Respon-
 sionem intelligens dixit;

Pater sancte ut ergo sanctitas vestra pos-
 sit liberiore animo absque tremore Domino pro-
 electo ante dicto providere cum nec alias nec
 sine pace nec sine scandalo illi ecclesie po-
 terit provideri videat sanctitas vestra in-
 tentionem civitatis et Ghildarum ^(sic) in oppido-
 rum atque patrie trajectensium per literas
 quas eadem civitas et oppida cum humilitate
 et devotione transmittunt sanctitati vestrae.

Et cum illas per literas per manus ma-
 gistri Hermannii antedicti eidem Domino no-
 stro pape exhibendo dixit Domine ^{nostris} papa
 ecce demum hos commissarios

Et iterum idem Dominus noster Interpel-
 latus Respondit de his commissariis ve-
 stris super quibus omnibus et singulis
 prefati Domini oratores tam coniunctum
 quam ~~divisum~~ divisum petierunt a nobis no-
 tariis publicis unum vel plura publicum
 seu publica fieri Instrumentum seu Instru-
 menta

Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico et
 in Camera parlamenti sanctissimi domini
 nostri pape antedicti De mane diei idem
 Dominus noster se exieret et se alijs
 vestibus pontificalibus pro solemnitate misse pa-
 palis

palis ad honorem et ob festum coronationis
 sanctitatis sue indueret Sub anno indictione
 die mense et pontificatu quibus supra presen-
 tibuscum ibidem reuerendissimis ac Reuerendis in
 Christo patribus et Dominis Cardinalibus au-
 tedictis ac Bartholomeo de Ravenella archiepiscopo
 Ravennacensi Theodoro de melda episcopo
 samerensi cancellariam apostolicam Regente
 Jacobo episcopo berchimonensi vice camerario Tho-
 ma episcopo gaswenensi Johanne de Palena episcopo
 Urbenetanensi Petro martini de castis
 rubicis et angelo de thisis apostolice sedis pro-
 thonotariis Ac Johanne Hinderbarch illustri-
 strissimi Domini Romanorum Imperatoris
 ambaciatore Aliisque quampluribus Reue-
 rendissimis ac Reuerendis patribus et nobilibus
 archiepiscopis et episcopis prothonotariis, au-
 ditoribus Subdiaconis et prelati ac ambacia-
 toribus illustrium principum et communitatum
 venetiarum florentinarum et mediolanensium
 ceteris que in numero copioso fide dignis testi-
 bus in premissis astantibus et ac alias congregatis

Igitur fama publica per totam Hollandiam de
 electione Domini Ghysberti de Brederoeden
 volante cogitauerunt omnes, qui erant de par-
 tialitatibus cabelligavis quatenus electio ante-
 scripta non haberet prosperum successum Et
 consilium Inuenientes aliquae ciuitates ex Hollan-
 dia destinauerunt nuncios suos in ciuitatem
 bruxellensem ad Philippum ducem Burgun-
 die qui patefacerent et Innotescerent ei consi-
 lium eorum his verbis vel similibus

Cum

Cum in multa pace agamus per te et multa disponantur per tuam providentiam semper et ubique per suscepimus optime dux cum omni gratiarum actione Oramus ergo breviter ut audias nos pro tua clementia scilicet Iustissime ac pie princeps domine dux si electio Ghysberti de Brederoden Habuerit prosperum successum sic quod ipse effectus fuerit episcopus et Dominus traiecentis timendum erit de perditione comitatus Hollandie

Nam Reynaldus Dominus de Brederoden frater Ghysberti electi iam dicti faciet instantias maximas pro comitatu Hollandie et allegabit Rationem quia de prioribus seu antiquioribus comitibus Hollandie originem trahit quod rationabiliter potest docere et ostenderet in clipeo suo quia eadem arma in colore et figura gerit quemadmodum soliti erant olim portare comites Hollandie qui traserunt originem ab illustri principe Theodorico primo comite Hollandie

Verum etiam ipse Dominus de Brederoden per totam Hollandiam a vulgari populo est multum dilectus et comparavit multos sibi amicos per totam patriam unde et de facili Hollandiam sibi vendicabit sine protestati sed et orientales frisones cum traiecentibus Tam etiam preparati sunt ad initium ipsius Quapropter benignissime dux ne fiant et strages et bella in Hollandia petimus humiliter quatenus electionem prefatam dignemini impedire et mittere ad curiam Romanam et prevenire legatos Ghysberti electi ut provisio detur domino David filio vestro naturali Et si ista dignemini obrogatum nostri perficere In omnibus et habebitis nos adiutores et auxiliatores

Quibus

Quibus sic peractis et dictis Philippus dux Burgundie adhibuit fidem ipsis sed minus Iuste quia idem Dominus Reynaldus de Brederodem fuit homo multum pacificus et forte nunquam ascenderunt ista in corde suo sed qui est iniquus semper cogitat iniquitatem

Quinto idem Dominus de Brederodem frater electi ecomersio fuit fidelissimus baro Philippo duci semper quod per optime patriuit in bello gaudanensi et in multis alijs actibus suis Sed et ipse dux amabat eum quia eidem Paulo pridem tradiderat torquem auream de vellere Jasonis de ordine militari ipsius etiam prouiderat eum in multis alijs beneficijs

Sed cum dux verba Horum susurratum audisset sine mora misit ambaciatores et legatos suos cum infinito precio ut prouisio daretur Bastardo suo filio Domino David antequam ambaciatores Domini Ghysberti uenirent ad Romanam curiam

Quapropter cum ambaciatores Ghysberti electi uenissent ad curiam Romanam non potuerunt obtinere prouisionem sicut patet in capitulo precedenti in copia instrumenti sibi transmissa Sed prouisio data est David bastardo ducis Burgundie

Eodem in anno videlicet M^o CCCC^o LV. Philippus dux Burgundie cum legitimo filio suo Karolo comite kadrensi ac alijs multis comitibus baronibus et nobilibus sue curie cum grandi strepitu cum curribus et equitibus ac turribus argentibus in vigilia omnium sanctorum venit ad Hollandiam in Hagha comitis ~~ca~~ tend

tens et cum virtute magna Introduceret filium suum David in episcopio trajectensi

His quippe temporibus dux prefatus in Flagha comitis existens maximam et preclarissimam magnatorum acclamare fecit principum curiam que nusquam alibi in longis temporibus visus est Specialiter vocavit autem vocavit omnes principes seu dominos qui erant in eius ordine gerentes circa collum torquem auream de vellere Tafonis. Hi ergo Domini In eodem ordine existentes fuerunt in numero ~~ex~~cepto Philippo duce viginti sex sic quod ipse dux vigesimus septimus et supremus seu decanus omnium

Erant enim in eodem ordine Rex Aragonum Carolus filius ducis Philippi Johannes dux cluensis filius fororis ducis Burgundie Dux Auverlianensis etiam filius fororis ducis Burgundie Dux de sale nengon franco comes oesteruandie olim maritus ducisse Jacobe Dominus de Croüwij supremus consiliarius ducis Burgundie Reynaldus Dominus de Bredoden Henricus Dominus de Vere Dominus de Lannoij Dominus de Bausraumont Dominus Johannes de Croüwij Dominus de Anthonigh Dominus de Jouvens Dominus de nacie Dominus de Humieres ~~de~~ Dominus de berghen Dominus de Wylerval Dominus de molenbais Dominus de crickije Dominus de mantigi Dominus de ~~neuffchastel~~ ^{neuffchastel} ~~neuffchastel~~ Dominus de fantus Dominus de &c.

Duces comites barones milites Domicelli ac nobiles absque numero et estimatione

Igitur

Igitur cum Philippus dux Burgundie prefatus In vestibus sericis fluetis et aureis Incederet et cum omnibus principibus et prelatibus ecclesie antedictae durante solemnitate curie. A curia usque ad maiorem ecclesiam processionaliter transfiret^{let} diuina ibidem celebrare audiret et de ciuitatibus et oppidis terrarum multi properarent ad dictam solemnitatem fiebat quotidie magnus concursus populorum Cotidie diem audiebatur sonitus tubarum et omnium generum musicorum Quinimo in ecclesia maiori a parietibus templi dependebant in magna copia vestimenta aurea In quibus vestimentis ex auro puro historia gedeonis mirabiliter magnificentis expensis erat extecta

Durante itaque solemnitate prefata milites egregii^{ac Domicepli} cotidie laborabant exercebant se mutuo in hastilibus et tyrocinijs

Cum autem traiectenses percepissent quod Philippus dux Burgundie hac de causa ad Hollandiam deuenisset ut filium suum David introduceret in episcopio traiectensi et quod Impetrasset provisionem a Domino apostolico pro David prefato, ipsum refutando allegauerunt dicentes habemus in priuilegijs quod nullus illegittimus potest habere minimum officium in ecclesia traiectensi quanto magis pastor seu episcopus illius ecclesie debet esse procreatus de Legittimo thoro

His auditis prefatus misit ad curiam Romanam

manam pro habilitatione ad talem episcopatum et principatum Tunc Dominus apostolicus habilitavit ipsum David et fecit eum Legittimum rationabili ex causa ac declaravit omnibus eum esse nobilem et ingenium

Nec hoc ad hinc suffecit traiectensibus sed econtra preparaverunt se ad bellum congregantes frumenta In singulis oppidis in preparationem pugne et conduxerunt armigeros stipendiarios infinitos ponentes ipsos cum Ghysberto electo et fratre suo Domino de Brederoden In civitate traiectensi ad custodiam civitatis iam dicte

Insuper etiam edificaerunt machinas et fortalicia ante urbem traiectensem ut ducem cum suis a civitate propellerent

His itaque gestis Johannis ^(sic) dux cliuensis multum laborabat pro pace componenda tractans sepius cum electo Ghysberto quod cederet electioni Et e converso cum duce Burquindie amunculo suo quod dimitteret Ghysbertum electum in pace

Verum etiam ut quidam asserunt ipse David cum illustri principe fratre suo Karolo petijt a patre suo ducem quod vellet propter deum dimittere Ghysbertum in qujeta pace et non molestare pro eo episcopatum traiectensem asserens se sufficienter habundare in bonis temporalibus Sed nec sic adhuc non potuit mitigari animus eius.

Insuper

Insuper Johannes de Heijnsborch episcopus
Leodiensis supremus consiliarius Ducis Bur-
gundie multum etiam laboravit pro pace ordi-
nanda

Hic etiam episcopus Leodiensis consan-
guineus Ghyssberti de Brederodem una vi-
ce promisit electo iam dicto quod si ipse non
valeret ordinare pacem et bellum exinde exor-
tum fuerit dimitteret Philippum ducem
et cum mille equitibus veniret in subsidium
Ghyssberti iam dicti electi Quod audiens pre-
dictus dux admiratione per maxima estans
iratus valde episcopum postea raro audire
vel videre dignabatur

Et sic quomodo David de Burgundia in-
tronisatus est episcopus in civitate traiecc-
tensi

Anno Domini millesimo cccc^o lvi^o quarta
decima die post festum pasche Johannes
dux clirensis Jam sexta vice perrexit a tra-
iecto de circumcūlum suum ducem Burgun-
die In Hagha comitis residentem ut
adhuc attemptaret componere et ordinare
pacem inter electum et civitatem traieccen-
sem et ducem Burgundie

Interea venerunt quidam ex oppidis A-
merffordie et Lienen ex episcopatu in
Hagha comitis ad David prefatum et
ducem ducem Burgundie patrem eius et
In tantum conspiraverunt cum ipsis ut idem
David

David de beneplacito et assensu patris eius mitteret
cum eis egregium et nobilem virum Adrianum Do-
micellum de Borſalia Dominum De Diuvelandia
etc. pro occupatione illorum duorum pre-
fatorum oppidorum in episcopatu traiectensi
Quod et idem Domicellus Adrianus egregie satis
et sapienter fecit cum armigerorum copijs ponens
ipſos ibidem ad custodiam oppidorum predicto-
rum

Quibus sic peractis castellanis de Horst qui
tam dictum castrum sibi Impignorauerat. pro
ſomma ſeptem milium florenorum reneſium
dixit ad prefatum Domicellum Adrianum de
Borſalia quod si sibi redderetur predicta ſom-
ma castrum de Horst ordinaret et redderet
David episcopo Quod et factum est

Igitur poſtquam anno Domini M^o IIII^o 2VI^o
Philippus dux Burgundie etc. in Hagha
comitis ſolemne curiam de vellere Tazonis
cum ſuis commilitonibus celebrasset et verſus
Flandriam nauigasset Egregius Dominus Da-
vid episcopus cum perpulchro ſtatu et multis
armigeris et ſatellitibus dicente et comitante
Ipſum Johanne Domino de Waſſenaer venit
in Gorinchem Tbi que honorifice receptus
introducitus fuit ſolemne cum proceſſione
a Decano et ^{Capitulo} ~~apostolice~~ Gorinchemenſi ſequenti-
bus oppidanis cum conſulatu in ecclesia Go-
rinchemenſi Tbi que poſt gratiarum actiones
extra eccleſiam cum multis cereis et Lumina-
ribus in ſuum deductus fuit Hoſpitiu
cum magno gaudio et ^{tri} ſpudico

Altero vero die cum curribus et equitibus equi-
tauit

tavit versus tyelam Deinde veniens in Rhenen re-
 ceptus fuit ibidem cum magno honore et homa-
 giatus ^{ut} episcopus et dominus traiectensis re-
 cepto ab eis fidelitatis et obedientie solemni in-
 vamento

Similiter Homagiatus fuit in Amerffordia
~~ante~~ manente electo in traiecto mansitque
 David episcopus traiectensis tam in Amerff-
 ordia quam in Rhenen per totum illum an-
 num Et dum traiectenses ipsum in epis-
 copum recipere recusarent nec viderent prop-
 ter presentiam electi misit ad electum Phi-
 lippus dux Burgundie &c. Johannem
 ducem cliuensem quatenus cederet David suo
 vero Domino et episcopo gratiose, sin autem
 expelleret eum potenter a traiecto Sed habita
 die inter eos collatione secreta In domo et ca-
 mera episcopali et in traiecto Dux Johan-
 nes salutato electo redijt ad arunculum suum
 ducem Burgundie sed quicquid inter se con-
 cluserint ignoratum ignotum fuit multis

igitur anno Domini millesimo cccc^o lxxii^o
 Philippus dux Burgundie nonas maii vo-
 lens vi dissonere extremo uniuersam expe-
 ditionem per suas provincias Indixit ad com-
 parendum in Hagha comitis quibus congre-
 gatis precepit in festo sancte Marie Mag-
 dalene castra tollere et mouere exercitum ad ciui-
 tatem Leydensem mansit etiam idem dux cum
 suo exercitu et filio et nobilibus suis in ciui-
 tate Leydensi plusquam per plenam hebdo-
 madam ibique vocauit sub firmis treugis de
 traiecto Dominum Reynaldum de Bredero-
 den quod secure veniret ad suam presentiam.

Qui

Qui obediens sic premisit ante se precursorem ad denūciandum suum aduentum videlicet Henricum Domicellum Montfordie cum viginti quinque equitibus

Tandem altera die venit ipse Dominus de Bredodent habens in comitata suo centum equites in armaturis fulgidis et gloriose et pompeose intravit civitatem Lejdensem quod cunctis suis Inimicis displicuit et non poterant equo animo tolerare letantibus cunctis Haec-
= sensibus

Demum Johannes dux clivensis Henricus Domicellus Montfordie Johannes de Rhenes Johannes procijs decanus In summo et Jacobus procijs frater eius venerunt cum prefato Domino de Bredodent ad presentiam Philippi ducis Burgundie ut attemptarent componere pacem cum eodem duce

Sed susurrones et viri pestilentes et Iniqui ipsum ducem in tantum informaverunt quod non potuerunt finaliter cum eo pacem ordinare quod cernens Dominus de Bredodent civitatis quo potuit ad fratrem suum in traic-
to properavit

Quibus sic peractis Idem magnanimus dux Burgundie cum infinito exercitu perrexit ad oppidum de Woerden De Woerden properavit in Ysselsteijn quo peracto venerunt ibidem Dominus Anthonius Bastardus Philippi ducis Comes de Stampes princeps militie sine dux belli cum exercitu copioso habentes secum Brabantinos flammingos pic-
kardos in maxima copia

Ita

Itaque anno Domini millesimo ¹¹¹¹ ²⁶¹ mag-
nificus princeps Philippus dux Burgundie
cum grandi exercitu principum baronum et
nobilium armigerorum in Ysselsteijn volens
circumvallare per girum civitatem traiectensem

Quod audientes traiectenses Inimicem ce-
perunt tumultuare alterutrum dicentes se tra-
ditos per electum Electus vero hec audiens
ascendit pretorium Ibi convocata communitate
fecit Juramentis et verbis horribilibus excur-
sationem suam quod non fecit pactum cum du-
ce allegans quod parentes sui non fuerunt tra-
ditores nec ^{ipse esset nec} fieret Et sic cessavit quassatio At-
tamen missi fuerunt ab ipso et a Capitulis
~~certi~~ certi secreti deputati in Ysselsteijn a-
pud ducem ad tractandum de concordia et pace
ordinanda inter prefatum ducem et electum et
civitatem traiectensem, Qui inter cetera con-
cordati fuerunt in ista ^{forma} quatenus electus ve-
signaret Domino David episcopo et Philip-
po duci Burgundie electionem suam et pro
huiusmodi resignatione conferret sibi dux
gratis preposituram sancti Donatiani in
brugis

Insuper haberet certam annuam pensio-
nem ab episcopo ex episcopatu utpote ut
dicebatur quadraginta duo centum florenorum
Ronenfium annuatim quoad vixerit Quo fac-
to egregius Dominus David episcopus ex
Anerffordia demandatus venit traiectum
cum pulchro statu comitante ipsum Wil-
helmo Domino de egmonda et Ysselsteijn etc

etc. cum multis alijs baronibus et militibus

Tandem per amicabiles Internuncios traicenses cum dūce Būrgondie pacificati sunt tali conditione ut ipsum dūcem et filium eius cum pace et sine stēpitu belli reciperent in civitatem Quod et factum est Quānam ipse dūx cum maxima honorificentia a sepe dictam Ghijssberto electo et Reijnaldo fratre eius ac civibus omnibus susceptus est in civitate prenomēnata.

De Hinc compositio pacis inter dūcem et in publicam promulgata est quatenus Ghijssbertus ^{electum} iam dictus maneret deinceps archidiaconus et prepositus in summo et prepositus ad sanctum saluatore[m] ut prius

Insuper constituitur etiam prepositus brūgensis apud sanctum Donatianum quę prepositura fuit maximis opibus et diuitijs ditata

Necnon et Idem Ghijssbertus effectus est consul totius Hollandie usque ad obitum suum et attributum est ei inde duplex stipendium pre alijs consilibus

Igitur super his omnibus determinatum est quod eidem pro suis expensis tribueretur somma quinquaginta milia leonum monete auree Philippi dūcis Verum etiam omni anno sibi reddetur ex redditibus episcopi pū somma quatuor milium et ducentorum florenarum

florenorum Renensium de qua fide iussor
extitit Johannes dux cliuensis

His itaque gestis et cliuensis conclusis
David Philippi ducis filius traiectensem
urbem decenter ingressus est ubi secun-
dum antiquum morem ~~quam~~ quinquage-
simus quartus episcopus gloriose ca-
thedratus est nec unquam fuit episco-
pus traiectensis. cum tot principibus et
illustribus Dominis Introductus sicut i-
te David episcopus.

De domino Davide de Bür-
gundia episcopo morinensi
quinquagesimo quarto confir-
mato et cathedrato episcopo
traiectensi in praesentia pre-
dicti Domini Ghijsberti de
B. vederode prepositi ecclesi-
ae maioris et sancti salua-
toris

Intrauit Interea traiectum clementissimus
princeps Philippus dux Burgundie etc.
cum exercitu suo et cum omnibus fere civi-
tatibus Hollandie Coram quibus pater Da-
vid episcopus receptus fuit cum magna
letitia et exultatione ab electo et ab ecclesia
et militia et civitate traiectensi, et ho-
magiatus ut moris est in verum episcopum
et Dominum episcopum

Deinde fuit decenter a pretorio in ecclesia
traiectensi habens a dextris sepe dictum
electum prepositum traiectensem et a si-
nistris Dominum Johannem prius deca-
num

nism ecclesie traiectensis et ibi solemniter Intronisatus fuit et inductus in stallo pontificali

De obsidione Dauentriensium Peractis igitur istis in iocunditate nimia Philippus Dux misit ad ciuitates transijelanas ut essent parati ad suscipiendum David filium suum pro episcopo et eorum vero Domino cumque rectores illarum ciuitatum consilium desuper determinarent concluserunt pariter ut susciperent David cum certis conditionibus et non alio modo

Igitur inter illas conditiones erat una gratior que fuit talis. volebant enim habere pro defensore et tutore terrarum suarum Adolphum filium Arnoldi ducis Gheldrie ad duodecim annos

Et ista conditione cum plerisque alijs admissa obtulerunt se paratos ad suscipiendum David in episcopum

Porro in ista colligatione erat ciuitas Dauentriensis principalior magisque feruens ut omnia prefata a Philippo duce et David episcopo admitterentur

Cernens igitur Philippus dux quod Dauentrienses erant principaliores huius conspirationis preparauit secum toto exercitu suo ad obsidionem Dauentriensium

Quod prescientes Dauentrienses preparauerunt se reconuerso ad bellum futurum claudentes

dentes portas ciuitatis et valuas eius Quod cum percepiſſet prefatus dux miſit Brabantinū Karolūm filium ſuum et cōdūnauit ſuum exercitū et dūxit ſecūm filium ſuum David episcopūm traiectenſem ac exercitū copioſūm habens ſecūm ſpecialiter Hollandenſes in grandi copia et cum cūribus et equitibus cum ſagittarijs ac veſillis micantibus ciuitatem Daientriēſem potenter obſedit ut expugnaret eam et introduceret filium ſuum David episcopūm

Diuiſitque exercitū ſuum in tres cūneos proprie vero gubernauit. unam turinam tentoria et papiliones erexit in loco dicto wilpa

Hollandenſes autem et Telandenſes fixerunt tentoria ſua ad plagam auſtralem in Inſula iſſele flūminis Venooſt appellata Sed et David pontifex traiectenſis capitaneus exiſtens tertie turme caſtra metatus eſt ad occidentem ciuitatem Daientriēſem.

(Vēwert etiam exinde
facere poteſ. vix in
lata ſcripta in (odica.)

Porro prope Daientriam erant prata et paſcua communia pro utilitate communitatibꝫ ubi erat quēdam domus lapidea ab antiquo conſtructa ad cūſtodiam pecūdūm communitatibꝫ In quā paſtores vigilias obſeruantes conſeruauerunt boues et armenta perūigili cūſtodia conſeruare

Hanc ergo Domūm Daientriēſes fortificantes

tificantes fecerunt per girum eius vallum
 aggeres et fossata et munierunt eam armi-
 geris et victualibus existentes namque in
 illa domo Impugnabant cotidie pro posse
 forensium exercitum ut propellerent eum
 a ciuitate iam dicta

Sed hec spes eorum est cassata, quia David episco-
 pus cum suis armigeris Impugnans domum
 illam misit bombardas et sagittas contra eam
 in tantum ut muri eius in multis passibus
 corruerunt unde et castrones non sustinentes
 Impugnationem succenderunt domum prefatam
 ne esset hostibus ad robur et relinquentes eam
 venerunt Daientriam

Philippus etiam dux cum Hollandensibus diu
 molestationibus Daiantriam Infestauit ut
 quam plures intus elideret missilibus fundibu-
 lis et petranis.

Demum Idem dux cernens quia nichil profi-
 ceret propter aeris intemperiem cepit melius
 agere Natura enim fuit pluuiosa quasi per in-
 tegras septem vel octo ebdomadas scilicet omni
 tempore quo Philippus dux obsedit Daian-
 triam

Tandem Johannes dux cluensis ordinauit pa-
 cem inter eos tali conditione, ut David
 episcopus traieceretur a Daian-
 triensibus et alijs oppidis transijcelanis secun-
 dum antiquam consuetudinem et obsidio disso-
 luita fuit Et dux Philippus secessit ad Br-
 bantiam circa festum sancti Michaelis et
 David introducitur solemniter et recipitur honeste
 ab omnibus oppidis

Cumque superior pars episcopatus scilicet transij-
 celani

celani Ipsum In episcopium recipere recu-
sarent circumvallavit et obsedit potenter Dau-
antriam per novem ebdomadas quassando oppi-
dium graviter

Corruit in ea prochdolor percussus cum bom-
bardo Dominus martinus de Diepholt fi-
lius naturalis illustris Domini Rodolphus de
Diepholt episcopi traiectensis cum paucis
alijs

Fuerunt autem demptis Hollandinis in exer-
citu ducis Philippi hi principes et Domini
utpote Illustrissimus Carolus unus
et legitimus filius ducis Burgundie pro-
tine comes Cadra tenens, id est ^(sic) zavrleis
Johannes dux Cluensis Ludovicus comes
de Stampes et nijuers Dominus Adolphus
de Cliris frater ducis cluensis Dominus de
croij Dominus de Lannoij locum tenens
Hollandie Dominus de criekeij etc. Henri-
cus burchgravius de Montfoerda et infiniti
alii barones et milites

Itaque postquam idem dux In una parte
obsidisset per novem ebdomadas daiantriam
super venit brucelle in B-rabantia Ludovicus
delphinus et primogenitus Karoli regis francie
profugus a facie regis patris eius demandans
ducem Philippum obsidionem solvere et veni-
re apud se

Quare dux iuxta petita ipsius dissolvens obsidio-
nem a Daiantria redijt traiectum saluo illo
quod prius Daiantrienfes et cetera civitates
transjcelanae fedus pacis cum Philippo duce
Burgundie fuerunt promittentes David
filium suum in ipsorum verum Dominium
et

et episcopum recipere quod et solemniter fecerunt Et sic dux cum exercitu suo recessit trajectum

Igitur cum ciuitatibus et militia omnibus in pace dispositis per totum episcopatum traiectensem cum Philippus Dux cum Karolo filio suo ceterisque principibus nauigio versus Leckam ad Hollandiam nauigaret esset que adhuc in traiecto in portum Venit David episcopus traiectensis cum parua naue apud nauem gloriosam

Philippi ducis Burgundie patris sui quem dux benigne recipientem post aliquantulum secretissimam collationem inter eos nauigando hactenus tandem venerabilis pater David episcopus humillime genuculando pie et deuote congratulabatur sibi et Domino Karolo fratri suo de beneficijs sibi Impensis Sicque salutatis principibus accepta que licentia ab eis redijt ad curiam suam

Dux vero versus Leckam ad Hollandiam veniens que bruxellam cum nobili comitatu suo cum maximo honore et gaudio recepit prefatum Delphinum dans ei pro ^{Ase} Asplenimine expensarum suarum annuatim xxxvi. m. aureorum Leonum.

Anno Domini millesimo ⁱⁱⁱⁱ lxxviii. die mensis maii locatus fuit primus fundamentalis lapis turris ecclesie Gorinchemensis per honorabilem virum Magistrum Henricum de Ethen decanum prefate ecclesie cuius anni notantur in hoc metro

Ecclesie turris hoc constat tempore nata

Anno

Anno vero Domini millesimo ^{III} LVIII. quia Dominus Ghyssbertus de Bredenroede prepositus traiectensis dudum electus ut dictum est et Reijnerus Dominus de Bredenroede et de Nianen frater eius cum ipsorum complicibus odio habebant Amerffordenses eo quod primitus repudiabant electum ipsum in episcopium ipsorum recipere

Audientes David episcopum ibidem residere indignabantur valde et quiesita ^{2a} frivola occasione contra eos perrexerunt cum traiectensibus Vijanensibus et Montfoerdensibus ante Amerffordiam castra que metati fuerunt prius supra montem ubi in despectum episcopi David conflagratis multis molendinis totam novam civitatem per girum incendio concremauerunt Quo facto redierunt ut victores traiectum

Sed anno sequenti Domino David episcopo adepto castro Duerstadt cum oppido Wijck episcopus cepit cepit quatuor honestos viros capitaneos traiectenses, quos statim ex gastulis ~~et~~ et carceribus mancipavit Quod cum minime latuisset fratres de Bredenroede et consilium traiectensem indignati valde recensuerunt undeque cum consilium traiectensis novos armigeros cum quibus et civitate traiectensi Hostiliter pergentes ante castrum et oppidum Wijck nitentur violenter eripere et liberare captos suos concives et amicos ordinantes et disponentes se per girum castris ac ^{2a} ^{Stey} sif voluissent ~~em~~ = vadere et debellare castrum ad destruere ad liberandum captivos

Quod

Quod episcopus videns valde mirabatur de presumptione et temeritate illorum statimque ut princeps Imperatoris demandavit eis ut celeriter redirent traiectum et nichil contra ipsam attentarent sub pena mortis Quod si contra castrum aliquid attentarent vel ausi essent emittere minimam sagittam ipse proculdubio emitteret per bombardas corpora illorum quatuor captorum in despectum ipsorum.

Insuper quotquot caperet ibi vel postmodum etiam civis cum qua dignitatis essent suspendere~~t~~ et occideret quia committerent crimen lese maiestatis.

Quod audientes traiectenses cum prefatis Dominis sapienti consilio habito inter se petierunt humillime quatenus episcopus Dominus ipsorum dignaretur sub firma fide accedere ad eos loquendo cum eis in pace.

Qui cum ut princeps imperatoris venisset extra castra apud eos statim ipsi cadentes in luto super genia supra aggerem praemissa humilificatione valida et de commissis petita veniam dum tam indulta allegaverunt geniculando Tunc et plebicitate ipsorum continentia quod episcopus traiectensis nullum civem traiectensem capere vel cippare deberet ^{etiam} propter quodcumque delictum quin redderet vel mitteret cum civitati vel consulatu traiectensi ad iudicandum talem iuxta decreta vel iura civitatis traiectensis collata ab imperatoribus et confirmata ab episcopis predecessoribus suis.

Episcopus vero furda aure illa dissimulans inter

ter multa colloquia hinc inde inter eos habita episcopus nullatenus voluit eis relaxare captos sed tenere captos iuxta beneplacitum suum

Precipiens quoque eis surgere extra Lutum cum indignatione castrum intrauit volens videre que contra ipsum vel castrum molirentur Traiectenses vero cum suis ceteris capitaneis non audentes contra episcopum ipsorum verum Dominum quicquam attemptare traiectum tristes redierunt cooperati pudore et confusione putauerant enim extorquere per vim illos captos ab episcopo sed non valuerunt

Deinde ceperunt episcopum David timere et sibi in omnibus obedire reputauerunt ipsum tanquam piuum et clementem et fere Infonstem virum eo quod modeste et simpliciter incesfit parum sibi intromittens de aliquo

De incendio in Dordraco

Anno Domini millesimo III^o LVII.
erat incendium magnum in Dordraco quod contigit in nocte in festo sanctorum apostolorum Petri et Pauli et durauit a semidecima hora noctis fere usque ad Duodecimam horam alterius diei in quo Infinitum Damnum contigit nam media pars ciuitatis illo incendio perijt cum summa ecclesia que ex toto comburebatur cadentibus campanis et ardentibus pre nimio ardore

In eodem incendio comburebantur ecclesia sancti Jacobi et solemne hospitale sacramenti cum halla ciuitatis

In

In quo Incendio contigit grande miraculum de ligno sancte crucis. Est enim in eadem collegiata ecclesia in honore magno magna portio veri ligni dominice crucis quod dudum scilicet anno Domini millesimo IIII^o XXV. per venerabilem patrem Dominum Luederum de Culenborch episcopum traiectensem in publica platea dordracensi in valido igne an esset verum lignum crucis Domini an non probatum fuit hoc modo.

Ordinatus vero fuit magnus ignis de ferentissimis carbonibus sine ^{igni} ~~carbonibus~~ fabricarum super publicam plateam ante pontem vicinorum. Ad quem idem episcopus prefatus pontificalibus Indumentis cum solemniprocessionem accedens gestans idem lignum sancte crucis proiecit omnibus videntibus et stupentibus idem sacro sanctum lignum dominice crucis in medio flammarum ignis. In quo igne Longo et diuturno tempore Intactum et Intestum permanfit etiam conflatis et consumptis ignibus. Quod episcopus ammirans videns flexis genibus devotissime ex cineribus extraxit et in altum levans omnibus geniculantibus Intestum non maculatum a fœdine palam ostendit et cum magno gaudio et Inestimabili spiritali letitia cantantibus sacerdotibus cum clero Te deum Laudamus, ceteraque cantica de sancta cruce sequentibus fere omnibus oppidanis utriusque sexus humillime ad prefatam collegiatam ecclesiam reportans Locavit in loco honesto ~~decurit~~ ut decuit atque omnibus

bis adorandum exposuit addens certas indulgentias omnibus peregre illud sanctum lignum crucis Domini visitantibus atque oblationem offerentibus.

Postea vero anno praetato conflagrata et cremata praefata collegiata ecclesia dum canonici et sacerdotes ac multi honesti oppidani valde dolerent de amissione Domnice crucis ligni arbitantes et minime diffidentes quin peccatis eorum exigentibus illud preciosum et sacro sanctum lignum sancte crucis pre nimio et longo ardore et ignis gradibus feruore quo ferramenta et fere lapides consumpti fuerunt totum absorptum et consumptum. At tamen quidam alii spem firmam in Domino habentes sperantes super misericordia dei quod nullus ignis etiam quantumcumque feruens sicuti prius expertum fuit noceret eidem.

Quare sequentibus diebus purgata et mundata praefata ecclesia cum festinatione ut tutus ingressus et egressus et adfuit ad sacro sanctum lignum crucis Domini parare pateret cunctis.

Accessit ergo deuote honorabilis vir magister Iohannes Alberti decanus eiusdem ecclesie cum canonicis et multis honestis ciuibus dordracensibus ad eundem publicum locum quo cunctis adorandum honeste repositum fuerat. Et appropinquans sacerdotalibus indutiis vestibulis locum repperit totum ~~feramentum~~ ^{fer} ~~feramentum~~ quo inclusum fuerat.

L. calcibus

fuerat pondere congeriei lapidum fere contrac-
tum et sub lapidibus et ^{calcibus} ~~calcibus~~ casum In
super afferes quibus locus interioris compe-
sulcitus fuerat combustos et in cineres pul-
vereos redactos

Præterea illud magnam et preciosum argen-
teum deauratum cyborium mirifice elab-
oratum ut aquam fixam defluxum hinc
inde in parvas pecias et partes reperit sub
quorum cineribus tandem vidit et perpendit
iacere idem preciosissimum lignum Dominice
crucis Insuper non minoratum non
maculatum non denigratum sed pure angelis-
ca custodia et amministrazione reseratum

Quod cum preletitia sonora voce astantibus
Innotuisset omnes flexis genibus deum col-
laudabant Et prefatis decanis devote manus
suis illud extrahens et tangens videbatur sibi tan-
gendo quod fuit aliquialiter in se molle et molli-
ficatum sed de momento In momentum In
priorem duriciem Inuit Quod cum solenni pro-
cessione sequentibus oppidanis devotissime por-
tatum fuit nude extra combustam ecclesiam
In capellam mercatorum vinorum transit que ibi-
dem donec et quousque ecclesia Restaurata
aliquialiter fuit ab illo die claruit usque Infi-
nitis miraculis

Statutum insuper fuit, quod omni anno dominica
post festum apostolorum Petri et Pauli In
memoriam illius miraculi et gratie, In gratia-
rum actione portaretur solemniter cum proces-
sione per totam civitatem Dordracensem

Anno

Anno Domini millesimo III^e LVIII. vene-
runt bruxelle solemnes ambasiatores ab orien-
te ad Philippum ducem Burgundie qui fue-
runt hi frater Ludovicus minor obseruante
patriarcha Anthochie electus ab omnibus na-
tionibus orientis Dominus Michael comes
alchier^(sic) palatinus archille orator Domini Da-
uid imperatoris tripo..... hi duo fuerunt
Chingrani. Nicholaus confil george alexan-
dri regis persarum et medarum medorum ma-
chometus thircus orator Nembecch regis Me-
sopotamie VStodam orator de gorgonia regis
gorgraue - marath orator bardbeez Dominus
de lola armenia

Quos egregius princeps regaliter recepit rega-
lius tractauit et regalissime ditatos remisit dem-
tis duobus primis omnes alie gentiles fidei
Chingri ignari fuerunt

Celebrauit autem prefatus patriarcha deuote et
solemniter missam more ecclesie orientalis in
praesentia Philippi ducis et fuit deuotus ho-
mo Attamen ignorauit gallicium et Latinum
sed loquebatur arabice et habraice et omnes
mirabantur stacion ducis Philippi et potentiam
ipsius

De domicello Jacobo Domino
de Gaesbeeck de Abcauda de pit
et de strien hereditario marf-
kalkio de hannonia per cuius
obitum sua Dominia ad extra-
neos et alienos deuoluta sunt

Anno Domini millesimo III^e LIX Sexta
die

die mensis februarii obiit bruxelle nobilis Do-
micellus Jacobus Dominus de Gaeffbeck de
Abcauda de put et de Strijen Hereditarius
marfcalcius Hannonie et conditus aromatibus
et balsamo sepeliebatur cum patribus suis In
monasterio carthusiensium prope traiectum
quod parentes sui fundaverunt et Dotaverunt

Cuius Dominia ad extraneos et alienos devoluta
sunt nam episcopus traiectensis David
recepit oppidum Wijck cum castro Duesstadt
et castrum de Abcauda cum dominijs eiusdem
Et licet Philippus dux Burgundie etc. co-
mes Hollandie contulerat oppidum et castrum
de Gorinchem cum Domino de Arkel Locumter-
nentijs Hollandie scilicet Johanni Domino
de Lannoy etc. tamen quia Hic idem cepit
detrahere et Inimicari Illustissimo Carolo
unigenito eiusdem ducis Philippi protine co-
mili kadralensi Domino de de belhunen et de
castrubelcijn adiutorio Domini de croij summi con-
siliarii Philippi ducis.

De donatione domini de Arkel
oppidi et castri de Gorinchem
per Philippum ducem Bur-
gundie filio suo domino Carolo
Burgundie comiti kadralensi
facta

Ideo idem Carolus Burgundie providens
multa futura mala emergi inde si posside-
ret illud castrum cum oppido contra eum
eo quod est clavis Hollandie idem oppidum
cum castro accessit secrete patrem suum Phi-
lippum ducem Burgundie petens ut sibi dig-
naretur conferre Dominia devoluta sibi per
obitum

obitum Jacobi Domicelli de Gaesbeeck etc.
 Et contulit sibi benigne Karolus igitur statim
 obtinens patentes sigillatas literas ab
 illis Dominis bene contentabatur

Post obitum denique prefati Domicelli idem
 Johannes Dominus de Lannoij Locutenens
 Hollandie occupavit statim idem castrum et
 oppidum de Gorinchem cum Dominio de Ar-
 kel ordinans in castro quendam capitaneum
 suum drassatum Theodoricum ^(sic) poeyd no-
 mine, qui possiderat et repperat eadem Domi-
 nia ex parte ipsius qui advertens quod dux
 contulerat eadem Dominia filio suo Iratus
 valde Informavit ducem cum Domino de
 crochi qualiter eadem Dominia dudum sibi
 contulerat et sigillo magno confirmaverat et
 iam vigore illius collationis recuperat et possede-
 rat castrum cum oppido

Philippus dux his oblitis excusavit se eo quod
 oblivioni tradiderat totam tumque a filio suo
 inclito extorquere benigne eadem Dominia ar-
 bitrabatur ecce Karolus illorum omnium pref-
 cius festinanter navigavit versus Gorinchem

Venit ergo Karolus de Burgundia heres om-
 nium Dominiorum ducis Philippi patris sui
 XIII. die mensis martii Gorinchem oppido
 Domini de Arkel Attamen fuit magna tem-
 pestas et Intemperies ventorum et pluviarum
 quod quasi periclitatus fuerat recedens ^{ab} Ant-
 werpia apud Steenberghe et navis in qua
 ipse erat quasi replebatur aquis.

Et XV. die eiusdem mensis fuit in eodem op-
 pido

oppido de Gorinchem solemniter homagiatus in
 presentia decani et Capituli eiusdem oppi-
 di ad hoc vocatorum tanquam verus Dominus
 de Arkel Et facta fuit in Gorinchem sibi et
 ipsi arkelensibus prima corporalis homagiatio
 totius Domini patris sui ducis

Fuit enim homagiatus et prestitit iuramentum
 finium publice super antemurale prelorii
 oppidi horam infra quartam et quintam post
 vesperras contulit enim predicto oppido multa
 privilegia

Aderant Insuper in Gorinchem quando Ho-
 magiatus David de Búrgúndia episcopus
 traiectensis Comes de bochem filius Do-
 mini de Veer qui comes habuit in uicem fi-
 liam Regis Scocie Dominus de Aurijs Do-
 minus de conteijn magister curie principis
 Karoli Dominus de Sevenberghen et frater
 eius Domicellus Henricus Dominus Hú-
 becoert Dominus de Grimberghen Grimber-
 ghen Dominus Johannes de Wassenaeer Adria-
 nus Domicellus borssalia, qui fuit Domi-
 nus de Brugdam de Dünelant et preposi-
 tus bergē In hannonia Philippus de
 Crevecoeur Dominus Johannes de Laiffa et
 Philippus frater eius Anthonius de Abeel
 et Thomas frater eius Petrus de Boffer-
 mond Oliverus de Marfe Johannes de
 Massij Karolus de Kaplau..... Johan-
 nes de Lingij cum pluribus alijs nobilibus
 militibus et Domicellis

Fuit enim hęc Illustrissimus Karolus de
 Búrgúndia Dominus de Arkel natus in
 festo sancti martini archiepiscopi Turonen-
 sis

sis in hyeme ex Isebel sua filia Regis
portugalie Et fuit quando homagiabatur
Gorinchem xxv annorum et tantum
plus quantum a festo sancti martini de-
fluxit usque ad predictum tempus

Obtulitque in profesto palmarum scilicet
in festo annunciationis virginis Marie
primo ante summam altare scudatum
monete Johannis ducis bavarie et oscu-
lando reliquias sanctorum post summam
missam tria scudata monete Philippe
ducis Burgundie patris sui

Item in festo palmarum iterum scuda-
tum Bavarie

Insuper in bona feria quinta publice et
humiliter lavit et abluvit xii. pauperis
bus pedes preterea cibavit eos abunde dand
unicuique illorum pauperum xiii albos
stiversos et reliquias ciborum

Item in bona pasche ante summam
altare a osculata cruce octo scudata ducis
Wilhelmi comitis Hollandie et
tria scudata ducis bavarie et unum Pe-
trum Lavaniensem Item que in festo
pasche obtulit unam scudatum Johan-
nis ducis bavarie Item altera die pasche
obtulit scudatum Philippi ducis Burgun-
die

De homagiatione Domini
Karoli de Burgundia comi-
tis Cardelesii Domini de Ar-
kel

= kel in Dominijs de püt de
Strien et oppido de Geeroliet

Item sabbato Infra octavas pasche recessit a
Gorinchem versus Gheeroliet in Teclandia
et ibi homagiatus fuit tanquam verus Do-
minus de püt et de Strijen quibus factis
perrexit versus bruxellam apud patrem suum
ducem Philippum et ab illo tempore cepit
ingruiere et pullulare invidia magna inter
ipsum et Dominum de Crohij et Domi-
num de Lannoij cum ipsorum complici-
bus eo quod inuidebant quod recepit Domi-
num de Arkel.

Et presertim quod prefati informaverunt Philip-
pum ducem patrem suum contra ipsum in con-
fessionem eius. Et quod licet libere dixit sibi con-
tulit oppidum Gorinchem cum castro tamen
ab ibidem eo ibidem homagiato susurratione
illorum de crohij^{et} Lannoij coegit ipsum per
certas literas sibi in profesto pasche in Go-
rinchem missas accipere oppidum et castrum
de Gorinchem cum Dominio de Arkel ab
ipso ut vasallus in feudum. Quod valde si-
bi displicuit et deinceps semper illos de cro-
hij etc. odio habuit.

Erant enim quando Gorinchem homagiabatur
adolescens pulcherrimus deum timens clerum
honorans & cunctis dilectus

Eodem anno in estate natus fuit in B-raban-
tia primogenitus Ludonici primogeniti
Karoli regis et Delphini francie natus
fuit

fuit eodem die tempore et Loco in quo sanctus
Karolus magnus Rex francorum et Im-
perator Romanorum natus fuit . . .

Et quia idem Delphinus francie Ludovicus
futurus Rex francie pro patronis
specialiter honore maximo venerabatur et
honorabat sanctum Ioaachim et sanctam
Annam parentes sancte et gloriose virginis
Marie Ideo vocari primogenitum suum
precepit Ioaachim quem Illusterrimus
Philippus dux Burgundie et Braban-
tie ex fonte Louanuit cum alijs nobilibus
Civibus ~~ann~~ anni notantur in hoc metro

O Ioaachim france Leo sic in fonte vo-
cattē. Sed breui idem puer postea obiit

De resignatione² episcopa-
tus Leodiensis Domini Jo-
hannis de Fleynsberch epif-
copi Leodiensis Domino Lu-
dovico de burbonia fororio
ducis Philippi Burgundie
facta

Eodem anno scilicet in festo XI.^{na} virgi-
num subito obiit Dominus Johannes de
Fleynsberch episcopus Leodiensis secreta se-
pultus in allodio paterne hereditatis

Hic est enim idem nobilissimus Dominus
Johannes episcopus qui Ludovicus de borbo-
nia voluntarie resignavit episcopatum
Leodiensem Civibus resignationis causa ista
fuit

Cum

227

Cum enim ipso senescente aliquando etiam infirmante licet peroptime rexisset episcopatum semper scripserunt burgimagistri et consilatus civitatis Leodiensis concludendo In fine literarum semper quod ipse statim perlecta litera absque aliqua dilatione vel excusatione veniret Leodium apud ipsos vel maneret omnibus diebus vite sue extra Leodium Cum sic semper scripserunt sibi ac si ipsi fuissent superiores et Domini sui, iratus doluit quod sic coartaretur per ipsos tandem promisit publice deo quod eis ordinaret talem pastorem qui in virga ferrea regeret eos cum coacte in omnibus obedirent nec sic scriberet

Resignavit ergo episcopatum ad Instantiam Philippi ducis Burgundie ad profectum Illustrissimi Ludovici de borbonia sororii prefati ducis anno Domini millesimo 1111^o LV. et sequenti anno a Calisto quarto papa confirmatus Qui cum anno Domini 1111^o LVI feria tertia in festo sancte margarete virginis et martiris Leodium venissent Inthronifatus fuit solenniter et receptus in episcopum Leodiensem a Capitulo sancti Lamberti clamantibus Leodiensibus pre letitia Tam deo Laus bene stabilius et ubique timebitur timebimur quia nunquam tam nobilem et regalem episcopum habuimus sicut iam habemus fuit enim pulcherrimus Juuenis et morganatus XIX. annorum quando introductus ut episcopus fuit cuius pater septimus fuit

f. profectum

fuit descendens a sancto Ludouico sancto
rege francie et ipse electus Ludouicus
de burbonia nuncupatus est. fuit enim
LXXXI. Episcopus

De coronatione regis franco-
rum Ludouici undecimi

Anno Domini millesimo III^o LXI. obiit Il-
lustrissimus Carolus Rex francorum sepul-
tus cum magna honorificentia penes progenito-
res suos apud sanctum Dionysium

Et eodem anno cum magna solennitate egregius
princeps Philippus dux Burgundie Intro-
duxit potenter prefatum Ludouicum delphinum
in franciam contra voluntatem fere omnium
procerum francie eo quod Rex Carolus pater
eius odians istum Delphinum propter suas
insolentias voluit quod Junior ~~filius~~ filius
suus Philippus Dux de barri coronaretur
isto espulso in regem francorum post obitum
eius

Veniens ergo Philippus dux in franciam cum
omni statu suo et multis armigeris procura-
uit ut iste Ludouicus Delphinus in pre-
senta ipsius ^{un}inactus remiss coronaretur in re-
gem francie In festo assumptionis virginis
Marie quem et parisijs duxit et in palatio
regali ut decuit honorauit ut regem
quo facto Philippus dux cum illustrissimo
Carolo filio suo comite cadralensi salutato
rege redijt cum magna lauda bruxellam

De homagiatione Domini
Karoli de Burgundia comitis
Cadralensis Domini de Astel
in Dominio et oppido de Appe-
ren pro medietate

Anno
/

1177

Anno Domini millesimo III^o LXI. Illustris
Karolus de Burgundia homagiabatur in perso-
na nobilis Adriani de Borffel Domini
de Brigidam etc. in oppido de Asperen
pro medietate illius Domini eo quod media
pars illius Domini devoluta erat ad presen-
tium Karolum tanquam ad Dominum de Ar-
kel, causa enim fuit ista

Oppidum enim de Asperen cum suo Dominio
pro una media parte pertinebat Domino Rut-
gero milite et Domino de Asperen et de Boet-
zelaer pro alia media parte pertinebat Domi-
cello Arnoldo Pieck de beesda et uterque ha-
buit presidium sive castrum in oppido de Af-
peren Dominus Rutgheris possidebat in borea-
li parte oppidi supremum castrum sed tenuit
ipsum in feodum a presato Domicello Ar-
noldo pieck Et idem Domicellus Arnoldus
Pieck habuit In australi parte oppidi sive
castrum sive presidium

Qui postquam Longo tempore in abundantia
pacis ambo recesserunt Dominium de asperen
tandem Dominus Rutgheris spernens Do-
micellum Arnoldum Pieck suum convec-
torum confiscavit sibi per nephas mediante
suo reddituario certissimos redditus de Aspe-
ren utpote de mulctura De decimis et
alijs certis Redditibus et multo plures quam
sibi de Ture pertinebant

Cum qua dolens Domicellus Arnoldus Pieck
sepe presato domino Rutghero Domino de Af-
peren hanc violentiam sibi per suum Reddi-
tarium inflictam conquestus fuisset petens
ut sibi preciperet dimittere ipsum in pace et
non

non u^o fūspare redditus suos et ipse et ip-
 sūm in ~~pace~~ fūda aūre diffimilasset conquest-
 tus fuit sepeditus Domicellus Arnoldus Peck
 hanc violentiam amicis et cognatis petens. ut
 ipsi dignarentur Informare Dominum Rūt-
 gherium ^{ut} desisteret a tali Trivista in fūspatio-
 ne fūorum Redditūam

Cūm que nec sic Dominus Rūtgherius vellet
 annuere, Wilhelmus de Viern quia Domicellus
 Arnoldus Peck et ipse filii fuerunt
 duarum nobilium sororum de Ackoij nata-
 rium, volens vindicare violentiam nepoti suo
 Inflictam veniens quodam mane cūm ali-
 quibus armigeris ante castellum de Assperen
 in quo residebat prefatus Dominus Rūt-
 gherius miles volens illud fraudulenter oc-
 cupare et in eo Dominum Rūtgherium
 aut capere aut occidere Intravit castrum
 venit que deflexo ponte ante ostium superioris
 castris Quod cūm Infringere nitebatur ut
 callide cūm suis intraret

Ecce superuenit Dominus Rūtgherius sine
 armis ad portam strennue Laborans. ne
 ingrederetur Cūm que Wilhelmus videret quod
 nullatenus pateret sibi cūm suis Ingres-
 sus iratus valde et emittens parvam
 bombardam dictus een knijeboes occidit eum

Quo facto cepit Idem Wilhelmus fugam cūm
 suis in presidium Domicelli Arnoldi Peck
 in alia parte de Assperen et licet idem Domicellus
 Arnoldus Peck Immunis fuit ab
 illo homicidio nec unquam consensit in
 mortem ipsius et valde doluit de interitu
 ipsius tamen quia idem quia idem Wilhel-
 mus fugit in presidium ipsius et potenter
 illud

illud devictum fuit Ideo Ture militari perdidit et amisit dignitatem Domini sui in Asperen

Homicidio vero illo publicato statim ad instantiam Domini de Bredenrode et fratris sui prepositi traiectensis venerunt ex traiecto ducenti sagittarii siue arcuarii cum procuratore Hollandie et obsederunt undique Idem presidium strictissime Et quia castrenses Inter se erant discordes Ideo Wilhelmus de Vueren ex magnanimitate animi sui quodam prandio aperiens portam presidii sperans fugere in monasterium cruciferorum in Asperen captus fuit a traiectensibus cum et per procuratorem Hollandie in Hagham ductus Ibidem postea decollatus fuit et in conspectu fratrum predicatorum sepultus. ceteri rotati

Postea vero mediante quodam matrimonio prefatus Arnoldus Pijck et filii Domini Rutgheri Domini de Boetjelaer et de Asperen pacificati fuerunt

De Domicello Henrico de Montfoerdt Dominum Johannem de Montfoerdt patrem suum capiente ut et dictum est.

Anno Domini millesimo 1111^c $LVIII$. obiit Domicellus Henricus Dominus de Montfoert traiecti in Lichtenberch qui Domicellus Henricus habens in uxorem filiam Domini de Crohij veniens callide in castro de Montfoert anno Domini millesimo 1111^c $XLVIII$. cepit violenta manu repugnando Dominum et patrem suum Dominum Johannem

nem nobilem Dominum de Montfoert
ponens eum strictissime in arcta custo-
dia in parua quadam camera et abiecta in
eodem castro sub certa custodia In qua
post annos paucos dolenter filium suum
maledicendo obiit

Hic enim Domicellus Henricus capto patre
suo effugavit totam familiam patris sui
extra castrum Insuper cepit nobilem ma-
trem suam que erat filia Illustris Domini
de Bronckhorst in Gbelria

Attamen ipsa sagaciter manus suas extra-
hens ex manibus filii sui cum appro-
pinguaret ecclesiam fugiebat In ecclesiam
ne ciperetur a proprio filio Deinde ipsa
adiutorio proborum virorum deum timentium
fugam cepit ad Gbelriam et ad pater-
nam hereditatem In Bronckhorst

Domicellus vero prefatus postquam genito-
rem suum contra phas nature et precepta
dei privasset sapientem verum Dominum
patrem suum Dominus et thesauris suis
coegit subditos patris sui Ipsum homa-
giare in verum Dominum de Montfoerdt
quod et factum est Dissipavit Insuper
fere Inutiliter magnam partem thesauri
et denodiorum Domini patris sui

Nobilis vero Johannes sapiens Dominus
de Montfoerdt cepit Langueve et dolere
quod sic sine demeritis a proprio filio tam
confusibiliter et abominabiliter captus ma-
le in captura tractaretur, in brevi postea
tempore obiit

Qui cum infirmaretur maledixit prefatum
filium

filiū suū coram deo nec sibi ignoscere dignabatur illud grande piaculum in eū commissū etiam quāntūmcūque sacerdotes et aliqui amicorū Testabant ut propter deū ignosceret sibi

Vixit autem Idem Henricus Domicellus in grandi superbia ut tyrannus non abhorrens quęque mala per se vel per suos perpetranda peragere Ipse etiam ut gratiam episcopi traiectensis impetraret cū ipse Rodolphus de Diepholt episcopus traiectensis civitatem traiectensem in nocte purificationis virginis Marie cū Amerffordensibus potenter et caute vicerat ipse vere cū suis precessit et civitatem Intrauit Cuiusque consilio de decollati fuerunt Jacobus de Ameronghen et Henricus Jacobi supremi rectores civitatis traiectensis.

Et eiūdem manens et in traiecto moram trahens postquam redierit ab obsidione Dauenbriensi habuit pugnam civilem contra Dominum Wilhelmum de Montfoerd patrum suū a quibus sanatus in brevi In magna furia et maledictione contra deū absque contritione formidolose obiit in domo Dicta In Lichtenberch

Et ut famabatur in hora exitus sui apparuit ignis validus supra domum et precipue super cameram In qua obiit Et omnes qui sibi presentes erant In hora exitus sui terrore magno concussi fugiebant Et per aliquot tempus pauci primo audebant intrare cameram propter horribiles cachinnationes et strepitus ibidem apparentes Sepeliebatur tamen in Montfoerd In sepulchrum patrum suorum

Preclarum

Redarum

Preclarum documentum histo-
rie

Hic est notandum quod Dei consilia sunt
abissus multa licet nullus mortalium homi-
num unquam consiliarius eius fuit nec
cognovit sensum eius precipue tamen quia
in veteri lege precepit Honora patrem et
matrem ut sis longeuus super terram quod
preceptum priuum fuit et principale scrip-
tum digito dei. In secunda tabula moyses.

Et ipse deus homo factus impleuit in suos
nam erat subditus illis ut Lucas attesta-
tur Ideo deus ex sua Immensa misericor-
dia volens temporaliter punire ne ^{Damnet}
eternaliter. In isto Domicello Henrico pre-
buit cunctis horridum exemplum ut sem-
per etiam in quocumque statu ^{est} Honore
semper habeat parentes ut sit Longe-
uus super terram et felix in terra viven-
tium et quam formidolosum est offendere
parentes voluntarie et inhonorando eos priu-
ando eos terrenis bonis transgreditur pre-
ceptum Dei

Nam iste Domicellus Henricus propter de-
lictum inflictum parentibus suis non
fuit longeuus super terram sed dimidiauit
dies suos nec ei attributi sunt anni quibus
abluere valuit piaculum suum nam in
florida Iuuentute sua ut pote qui non-
dum erat fere triginta duorum annorum
In furia raptus est sicut in furia proch-
dolor rapsit patrem suum virum sapien-
tem et modestum

De

De Homagiatione domini Caroli de Burgundia comitis cardinalensis et Domini de Arkel in Dominio de hokelem

Anno Domini M^o III^e LXII. in profesto decollationis baptiste Karolus de Burgundia comes kadralensis et Dominus de Arkel homagiabatur In sua nobili persona In Dominio de hokelem post meridiem In castro et aula eiusdem Domini Infra secundam et tertiam horam Et erat annus ille tantae ubertatis quod ubique ^(sic) maghalibus et Dominiis repletis Loca ortorum et vacua replebantur habundantia frumentorum

Causa vero quod Domini hereditarii de Hokelem amiserunt Dominium de Hokelem hec est Domicellus enim Johannes Dominus de hokelem et Louen ac de voghelsswerff de immediata et directa ac vera linea illustrium Dominorum de Arkel descendens et ipse festus dominus de hokelem eiusdem descendens ab illustri Johanne domino de Arkel qui in uerorem habuit nobilem Bertham filiam comitis de sechten Hic Johannes Domicellus male consultus licet potuit eundem parvam monetam sicut parentes sui potuerunt sub nomine et armis suis tamen percussit et ordinari falsam monetam sub nomine Philippi ducis de Burgundia. etc. de quibus cum sepe reprehenderetur et pie monitus fuisset, et a talibus desistere dedignabatur denictus fuit finaliter In Hagha comitis per consulatum Hollandie

Sed hoc parum nichil que sibi nocuisset eo quod postmodum sane consultus resertavit

uit monetam falsam veniens In Gorin-
chem apud Karolum de Burgundia comi-
tem kadralensem Dominium de Arkel et
bene acceptatus fuit ab ipso anno Domini
millesimo III^o LXIX.

De Domicello Ottone de Ho-
kelem Dominium Johannem
de Hokelem patrem suum
capiente

Sed postquam nobilis Domicellus Otto de ho-
kelem filius suus unigenitus venit arma-
ta manu in hokelem cum illis de Culenborch
in eo quod idem Domicellus Otto natus
fuit ex Legittima filia Domini de Culenborch
cepit que Improvise patrem suum dicens
ipsam dolenter captum In Culenborch occu-
pando oppidum cum regali castro de hoke-
lem ut verus Dominus Et ut publice
divulgabatur resignasset castrum et oppidum
cum Dominio de hokelem Domicello Ge-
rardo Domino de Culenborch avunculo suo
Reaccipiendo diversis in Locis parva Domi-
nia et cum aliquibus annalibus redditibus
Licet Dominium de Hokelem sit
feudale Hollandie respectu castri et feo-
dale Arkel ex parte oppidi de Hokelem

Sed potissime quia ille Domicellus de Ho-
kelem adiutorio avunculi sui Domini de
Culenborch Locavit in castro et oppido de
Hokelem certos armigeros qui multociens
depredabantur vicinam Hollandiam et
Arkel, et multa alia mala ex eis perpe-
trarunt ordinando castrum Hokelem spe-
lincam predonum et latronum

Et ideo precipue pro quia filius inhonestus
uit.

uit patrem suum Triviste et violenter capiendo
 ipsum ac privando eum Dominij suis absque
 consensu sui. superiorem Domini a quo tene-
 tur In feodum Et presertim quia ordinavit
 illud regale castrum speluncam predonium
 Ideo auctoritate prefati principis Caroli de
 Burgundia Domini de Arkel Droffatus
 de Arkel In cantu noctis diei ciner^{um} scilicet
 prima nocte Trivini cum Gorinchemen-
 sibus naviigio veniens ante oppidum de Ho-
 kelem potenter cepit illud Captivando in eo
 Domicellum Cuervinum de Culenborch et Swe-
 derum Bastardum de Culenborch ^{fratrem} Domicelli
 Gerardi Domini de Culenborch cum multis
 alijs quos captos captos fecum in Gorinchem
 duxit et sub fide in Hospitijs per aliquot
 tempus manere permisit

Tandem concordatum fuit quatenus Gherardus
 Domicellus de Culenborch et Otto Domicellus
 de Hokelem resignarent prefatum castrum
 de Hokelem ad usum Caroli de Burgun-
 dia Dominique de Arkel tanquam bona et
 Dominia pleno Jure devoluta ad principalem
 Dominum de Arkel a quo proficijs tempor^{alibus}
 emanando descenderunt et in feodum data fuerunt
 etc. Et sic filius cum patre privati fue-
 runt Dignitate et Dominio de Hokelem

Anno Domini millesimo III^o LXI^o In
 profesto sancti Lamberti martiris episcopi
 Leodiensis positus fuit primus lapis fun-
 damentalis turris magne super merwedam
 In castro de Gorinchem per discretum virum
 magistrum Johannem Merkant ma-
 gistrum operis illius castri

De discordia orta in curia ducis
 Philippi Burgundie propter
 decollationem Domini Johan-
 nis Costeijn

Eodem

Eodem anno scilicet anno Domini millesimo
 III^c LXII. orta est grande discordia In
 curia Philippi ducis Burgundie propter de-
 collationem Domini Johannis Costeijn
 militis cubicularii et secretii consiliarii pre-
 fati ducis et hoc ideo

Prefatus enim Johannes Costeijn pauper
 Tinnensis dudum fuit et fere inops quem
 tamen Dominus de Crohij ad hoc pro-
 movit ut scobaret et purgaret cameram
 Philippi ducis

Cum per aliquot annos sic presuisset camere
 principis ita honeste et humiliter ac pie
 se rexerit quod non solum a principe verum
 etiam ab omnibus proceribus et primatibus
 curie miro modo diligeretur Et dux in tan-
 tum ipsum dilexit quod ipsum ordinavit mi-
 litem et suum secretum consiliarium ita
 quod dux nihil vel parvum attemptavit sine
 ipsius et Domini de Crohij consensu

Tandem in maximam superbiam per^uentis
 sprexit comites barones et nobiles Ita
 quod pregrandi superbia sibi videbatur quod
 nullus sibi fuit similis Et quia Domi-
 nus de Crohij et sororius eius Dominus
 Johannes de Lannoij locum tenens Hol-
 landie Invidabat latenter Domino Karolo
 de Burgundia eo quod carite sibi in fur-
 passet Dominium de Arkel quod tamen pri-
 dem contulerat Philippus dux prefato Do-
 mino de Lannoij

Dux Philippus Burgundie
 comitatus suos de namurca
 et de bolonia Domino de
 crohij contulit

Et

Et de Domino de Crohij Dux gratis contulerat comitatus de namurco et de bolonia quos iam idem Dominus de Crohij pacifice possederat quod valde displicuit illustri Karolo de Burgundia nolens ea hereditarij ab illis Et quia noluit consentire in talem dotem

Ideo prefati us fertur in tantum suffragabant de eo coram Duce patre eius quod Dux nullatenus voluit videre vel audire filium suum verum et unicum heredem principatum suorum Karolus vero ista principatus percipiens patienter omnia sufferens nolens que patrem suum offendere et semper in omnibus sibi obedire fugit dolenter a presentia ducis patris sui pervenit Gorinchem mansit que ibi et in Hagha comitis per aliquod tempus sperans humilitate et benevolentia placare animum ducis patris sui

Quod percipientes primates Brabantie flandrie et Hollandie venerunt consolantes et custodientes ipsam contra quosque ministrantes ei quecumque necessaria sibi placencia quod percipientes prefati Domini doluerunt valde

Quesitus ergo fuit peior alius modus Interficiendi ipsam occulte prefatus namque Dominus Johannes Costeyn miles ut fertur volens placere Dominis de Crohij qui Intimus et specialissimus consiliarius ducis fuit qui et ipsam promovit ad tandem dignitatem, circumvenit blandis verbis et magnis muneribus quendam Burgundionem Tiunenem fortem et audacem, qui appellabatur Johannes de Vij quem misit ad sabandiam ad quendam phijtinnissam cum denodis magnis propinandis eidem mulieri diabolice que sibi ordinaret quendam

quendam ceruū puerū baptizandū per sal-
sūm sacerdotem nomine Caroli principis
quē per diabolicam incantationem ita demen-
tando ordinaret quod totiens quotiens ille bap-
tizatus ceruus puer cūtello pūgeretur vel
Impeteretur vel flagellis percuteretur pūgere-
tur vel flagellatus prefatus Carolus prin-
ceps ac si corporaliter Impeteretur vel fla-
gellaretur et sic ~~in~~ nimio dolore et cruciatu
fatigatus tandem deficeret et moreretur

Preterea hic Idem Dominus Johannes de
Cofteyn si predicta ab illa maledica mū-
liere Impetrare nequiuerat Impetravit
per eūdem Johannem de Vy certū et
forte venenū et famabatur ad introican-
dū prefatū principem Carolū Et
ut iste fideliter et latenter ista procuraret
dedit sibi primo centū libras grossorū
in promptū Et postea pro suis anxietati-
bus et laboribus postquam redisset cū
predictis nephandis rebus propinaret
sibi centū aureos Leones et promoueret
ipsum ad magnam dignitatem

Mira res. iste detestabilis Johannes de Vy
allectus muneribus et promissionibus accep-
tauit prefatū dolorosū onus et perfecit
nam ~~dominica~~ domoniaca vetula cupiditate
munerū excecata totū ad votū Domini
Johannis Cofteijn perfecit arte diabolica

Cū ergo Johannes de Vy ex Zabandia
bruxellam cū predictis nephandis rebus
redisset obtulisset que Domino Johanni Cof-
teijn secreta receptus fuit letanter et gratiose
ab

ab eo detinuit que cum fecum per aliquot dies
 Et ne quis suspicaretur aliquod malum contra
 eum de serenissimo Karolo suggessit publice
 Duci bona pro filio suo unico quod in pace
 et in amicitiam pristinam reciperet eum eo
 quod bonus Iuuenis esset et delectus omnibus
 et sic mitigando iram ducis reuocauit Karolum
 ad curiam et ad presentiam patris sui qui et
 redijt apud patrem bene receptus et tractatus
 ab eo Et ista ea de causa Dominus Jo-
 hannes Costeyn fecit ut eo certius et melius
 introdicaretur

Igitur postquam Johannes de Vy per ali-
 quot dies bruxelle fuisset et promissas sibi pec-
 unias in promptu recipere non potuit
 Tratus quodam die Johannes de Vy cepit ver-
 bis Iniuriosis litigare contra Dominum Jo-
 hannem Costeyn In secreto loco et sibi Im-
 properare de maleficio et veneficio facto et
 machinato contra Karolum principem et
 nisi redderet sibi promissas pecunias pu-
 blicaret totum et Intimaret Domino Ka-
 rolo Quo audito Dominus Johannes Cos-
 teyn iratus minatus est eum percutere et
 cum indignatione expulit eum

Totam istam obiurgationem illorum diorum
 audivit et deus voluit quidam nobilis armi-
 ger dictus hagheback qui stupens et ammi-
 rans de huiusmodi crudelibus machina-
 tionibus contra Karolum perpetrandis post
 aliqualem deliberationem stupidus secrete ac-
 cessit ad prefatum principem Karolum de
 Burgundia Intimans sibi fideliter ea que
 vidit et audiuit

Karolus

Karolus vero ista audiens et fidem verbis suis accommodans fere in extasi factus valde In-
genuit Ad se ergo reuersus nocte oportu-
no tempore accessit cum eodem hackeback ad
Philippum ducem patrem suum Intimans
sibi omnia predicta ~~flebo~~ flebilibus oculis

Inclitus vero Philippus dux Ista audiens
tra quam dici potest ammirans consolaba-
tur filium suum Itaque ~~consensu et consensione~~ ad-
missione Philippi ducis patris eius Karolus
precepit eos capi et per Dominum de Auzij
militem In repelmonda castro stricte custodiri
Quia cum totam seriem rei publice confessi fuiss-
sent in eodem castro decollati fuerunt Et deinceps
Karolus presatus semper habuit Dominum
de Crohij et nepotem suum Dominum de Lan-
noij cum ipsorum complicibus suspectos con-
tra ipsum

Et sic Deus sanguinem
innoxium reservavit.

Ipsi vero e contra die nocte ^{que} excusantes seip-
sos de malignitate concepta ^{per} Dominum Johan-
nem Costeijn mediantibus ipsorum Turamen-
tis contra Karolum filium suum coram Phi-
lippo duce in tantum diffamauerunt dilectum
principem Karolum contra ducem patrem eius
quod dux laborauit per suos ministros capere
ipsum et certe clausure mancipare Quod Ka-
rolus veridica relatione audiens ^(sic) dedit locum
ire et perrexit versus Garinchem in Hol-
landia volens tanto principi patri suo cedere et
sibi obedire

Igitur ex hoc commotus Philippus dux rece-
pit omnia Domina et omnia feudalia
et non feudalia et que sue persone propria es-
sunt

sent et omnia ea ad mensam suam ne haberet
 unde sustentaretur secundum exigentiam status sui
 Tam enim quasi nichil possidebat tum quia pater
 eius tulit omnia bona collata tum quia Li-
 douicus Rex francie etiam ante paucos dies reac-
 ceperat possessiones in francorum regno sibi tra-
 ditas tempore sine sue coronationis Quapropter
 multi nobiles et oppida Hollandie sustentave-
 runt eum et precipue magnas gas cantulit si-
 bi inclitus Dominus franco de Borfalia comes
 oesterlandie Tandem dux pater eius ista perci-
 piens Inhibuit et precepit omnibus nobilibus
 apud filium suum existentibus quod ipsum
 desererent et permitterent eum solum absque
 solatio sub pena amissionis vite et omnium
 temporalium bonorum Tunc barones mili-
 tes nobiles relinquentes eum recesserunt eo ex-
 cepto Adriano de Borfalia Domino de Bre-
 dam strenuo et diuite barone

Hic enim Dominus Adrianus de Borfel na-
 tione Ielandinus habebat in uxorem Annam
 filiam Baslardam Philippi ducis sororem co-
 mitis Karoli et ideo fortiter adhaesit sibi sciens
 quod tempore reconciliationis inter patrem
 et filium leuiter veniam acquireret

Dominus Theodoricus comes
 de muerS archiepiscopus Co-
 loniensis moritur cui succe-
 dit Dominus Robertus Dux
 avarie palatinus Rhenio

Anno Domini millesimo CCC^o LXXIII in
 profesto sancti valentini martiris obiit in
 Soens oppido dioc^o colomangis reuerendus
 pater et Dominus Dominus Theodoricus
 de Moirs archiepiscopus coloniensis aposto-
 lica

lice fedis Legatus cancellarius Italie Dux
Westphalie et ungarie comes de Aernsberch
etc. postquam egregie rexisset ecclesiam
coloniensem XLIX annis sepultus in orientali
parte chori ecclesie coloniensis ante corpora
sanctorum regum

Cui successit per canonicam electionem illustrissi-
mus Robertus Dux Bavarie palatinus Rhe-
ni protunc canonicus coloniensis

Rex Ludovicus XI. in memor
beneficiorum ducis Philippi

Anno Domini millesimo III^c LXII^o Ludo-
vicus rex francorum susurratione quorundam
francorum oblitus omnium beneficiorum
sibi a illustrissimo Philippo duce Burgun-
die Impensorum fere mutavit amicitiam
quam erga ducem Philippum habuit In
Inimicitiam quam idem dux patienter tulit

Eodem anno Leodienses Invidentes prosperi-
tati et fidelitati et fidelitati cleri

De malicia Leodiensium
Leodienses populus ~~se~~ freneticus et in bellis
strenuus deo et clero et suo episcopo rebellis
et infestus propter quorum proteritiam ma-
litiā venerabilis pater Dominus Johannes
de Heijnsberch episcopus ipsorum resigna-
vit episcopatum ad usum Domini Ludo-
vici de borbonia ut dictum est

Qui postquam quinque annis episcopatum
in abundantia pacis rexisset Ipse invidentes
felicitati

felicitati et prosperitati clericorum et sacerdotum
 et precipue iurisperitorum ceterorumque regentium
~~confistorum~~ confistorium curie Romane quia
 Jura in eo vigeant et ecclesiastica floruit dig-
 nitas et libertas quod Leodienses multum
 invidabant

Unde primiores Leodiensium cum consilata eius-
 dem ^{nacto} oportuno tempore vocabant quodam die
 presatum patrem Ludovicum Leodii existentem
 in pretorium civitatis ad consilium ipsorum
 quem inter cetera Informabant contra confis-
 toriales et ceteras spirituales personas allegan-
 tes inter cetera mala quod essent exactionatores
 communitatis totius sue dioecesis et alia plu-
 ra Iniqua coniecta eis Imponebant adden-
 tes quod si admitteret tales per consilium
 civitatis corrigere ipse bene et Triste haberet
 extorquendo ab eis gratiam magnam

Lodovicus vero episcopus solus inter ipsos et
 talia a tantis viris audiens sine deliberatione
 sicut Truensis hoc sub certis pactis admisit
 et consensit

Dominus Raso de ^{heer} ~~heer~~ miles ca-
 pitaneus Leodiensium

quo facto statim Dominus Raso de heer miles
 factus capitaneus et executor huius negotii et
 facti ubique grassabatur ut crudelis leo in
 ministris confistorii nec etati vel sexui parcens
 uxores et ancillas honestas aliquorum vio-
 lando violenter domos ipsorum confringendo
 spoliando vulnerando et mutilando probos
 et honestos lectifernia scindendo et omnia
 abominanda in multis locis perpetrando que
 olim

olim farraceni In Christianos tempore per-
secutionis perpetraverunt illo dempto quod pau-
cos occiderunt

Quorum temeritatem episcopus videns et co-
tidie Infirmas querimonias audiens nec
aliquas pecunias correctorum percipiens vi-
dens se defuſ deliſum et ſeductum Dolens ni-
tebatur omni conamine ſedare et ſuppeditare
illam violentiam ſed quod fieret equirecta Juſ-
ticia uni cuiq³ ſecundum quantitatem delictorum
Cum hoc benigne Impetrare nequiverat I-
rato animo receſſit a Leodio tendens verſus
Traiectum civitatem ſuam manſit que in ea
per aliquot tempus

Ipſe vero adhuc ſperans pietate et benignitate
eos mollificare non ſolum ut deſiſterent
a violentia predicta verumetiam ad ab abuſio-
nibus deteſtabilibus moribus Improbis et
abhominandis conſuetudinibus ipſorum Et
accedens Leodium convocatis rectoribus pri-
mo ſecundo et tertio benigne humiliter ſup-
plicando ammoniuit eos ut a talibus abu-
ſiis malis deſiſterent et reformarent eos
ſervantes Iura et plebicia honeſta et bona
ac proficia et laudabiles conſuetudines Qui
cum ſurda aure verba ipſius ſimulando nul-
latenus ſe reformare dignarentur etiam
quantumcumq³ pie inſtetit precepit eis ſtrictè
rigore Iuramenti et fidelitatis ac obedientie
ſibi preſtare, ut maturius ſe Iuridi-
cem deliberarent et facerent vel ipſe Iuridi-
ce eos cogeret ad faciendum Trati illi
talia audientes receſſerunt indignanter ab eo

Attamen

Attamen convocato toto consularatu cum con-
 tubernijs civitatis Leodiensis Intimaerunt
 eis mentem et intentum episcopi qui inui-
 cem deliberato animo concluderunt quod vellent
 permanere In antiquis iuribus et consuetudi-
 nibus sicuti hactenus ipsi et parentes ipso-
 rum fuerunt et quod nullatenus ab ipso dig-
 narentur vel vellent reformari petentes quod
 nullo modo se Intromitteret de reformatione
 scabinorum vel consilium civitatis ne periculo-
 sa mala sibi inde evenirent et suis Ista
 pre nimia superbia Intimaerunt sibi per
 quendam preconem civitatis

Episcopus vero his auditis dolens de pertinacia
 ipsorum fecit eos citare coram consistorio co-
 loniensi ubi dum Tiridice Leodienses succu-
 buissent appellaerunt ad curiam Romanam
Apostolicis vero

auditis hinc inde causis partium ordinavit
 eis consensu suorum cardinalium et docto-
 rum in scriptis modum quendam quo om-
 nia possent moderari in pace per sapientes
 patrie et una cum episcopis ipsorum firmi-
 liter pacifice viverent percipiens ambaffiatori-
 bus Leodiensibus Leodiam ^{per} redirent et scrip-
 ta apostolica ostenderent

Quod si infra quatuor menses concordari non
 possent redirent Romam ipse absque ul-
 tiori dilatione daret eis sententiam definitivi-
 am

Interim Leodienses qui dudum in laudem Lu-
 dovici episcopi clamabant dicentes Tam bene
 stabimus et timebimur undique, quia tam no-
 bilem

bilem regalem episcopum nunquam habuimus nunc vero tanquam furibundi homines clamauerunt Expellamus Istum stolidum insufficientem episcopum et eligamus unum probum episcopum aut mamburum patrie qui scit sine nouitatibus regere episcopatum Et non valentes quiescere donec et quousque ipsorum ambassiatores a Rhoma Leodium redissent

Caute miserunt duos doctores naturaliter mendaces ad Karolum marchionem de ^BBaden fingentes quod Leodienses elegerunt marcum filium suum In tutorem et mamburum episcopatus Leodiensis et ipsum futurum episcopum Leodiensem facerent Ludouico de borbonia ab episcopo expulso consensu Ludouici regis francie qui rex omni mense mitteret sibi tria milia coronarum francie et sibi prestaret auxilium et subsidium dummodo ipse diffidaret cum toto territorio Leodiensi Philippum ducem Burgundie etc. quem rex odio habet

Inter cetera prefatus marchio fidem verbis ipsorum accommodans promisit eis mittere marcum filium suum in breui ad regendum episcopatum prefatum

Quibus redeuntibus statim consensu consoluitis Leodiensis et precipue Domini rasonis militis prefati Doctores mendaces perrexerunt ad sepe dictum Ludouicum regem francie Intimantes ei qualiter in despectum ducis Burgundie elegerint
Leodii

Leodii unam potentem et nobilem virum in tu-
torem episcopatus contra Ludovicum ipso-
rum episcopum qui pessima informatione
Philippi ducis reget in grandi discordia
totam patriam Quod si dignaretur eis facere
assistentiam et subvenire in certis pecunijs
ipsi diffidarent ducem et complices suos

Gaius Rex hec audiens promisit eis firmam
facere assistentiam mittens cum eis tria mi-
lia ut petierant coronarum francie in sig-
num veritatis Cumque omnia ista per ordi-
nem prefato marco Intimata fuerant venit
postea Leodii et acceptavit onus totius patrie
Leodensis et homagiabatur Leodii non
simpliciter ^{ut} consuetum fuit sed singillatim ab
omnibus qui arma ferre possent

Sed antequam ista confasibiliter contra Trisun-
randum perpetrassent redeuntes prefati am-
bassiatores a Roma Coloniam audierunt quia
liter Leodienses multa mala in ducatu Lim-
burgensi perpetrassent non audebant Leo-
dii ire propter indiseretam furiam ipso-
rum sed mittentes scripta apostolica ad
consulatum Leodiensem petierunt respon-
sionem ab eis in scriptis ad satisfaciendum,
apostolico pio

Illi vero parvipendentes scripta apostolica
dedignabantur respondere sed per potentiam
et malitiam volebant proce^{re}re sprete mo-
deratione Domini Pape

Episcopus vero Ludovicus excommunicavit eos
et ubique precepit eos excommunicatos publice de-
nunciari

Apostolicis

Apostolicus vero pius audita hac insania
 furibundorum hominum misit ad ipsos
 quendam Cardinalem quem Legatum creavit
 datus, et conferens ei plenitudinem sue
 potestatis in Leodienses ad mitigandam vesa-
 niam ipsorum et ad obedientiam ecclesie redu-
 cendum. At licet idem Legatus pie eos ammonuit
 scriptis et blandis verbis desisterent ab inso-
 lentia~~##~~ ipsorum Ipse absolueret eos auctoritate
 sedis apostolice de omnibus preceptis delictis
 dummodo obedirent ecclesie et episcopo ipsorum

Ipsi vero tanquam obstinati viri in malitia no-
 lebant advertere nec intendere verbis eius sed
 fere minatorie repulerunt eum extra Leodium
 Legatus vero ammiratus de crudelitate ipsorum
 volens statim Romam redire spe pacis man-
 sit aquisgranis~~##~~ veri fere per annum sed nichil
 profecit

Sed Leodienses insani prope sperita excommunicatione
 episcopi in presentia legati per totam patri-
 am leodiensem mala malis confirmando adiu-
 torio domini rationis militis peiora veluti farraci-
 ceni perpetraverunt in vilipendium episcopi

Hec sanctissimus papa Pius hujus nominis
 secundus in veritate audiens posuit per totum
 episcopatum interdictum

Interea veniens marcus de baden ut spes
 spondederat Leodium honorabatur ut
 dictum est ab omnibus singillatim et gausi-
 sunt Leodienses valde cum quo multa
 mala cum Leodiensibus In ducatu Limbur-
 gensi perpetraverunt spoliando concernando
 multas

multas villas etmunitiones eiusdem ducatus neque sanctis locis pepererunt atque ecclesiarum ministris

Tandem dominus marcius manibürmus. patrie videns indiscretos et abominandos actus leodjensium postquam conflagravit Dominium de Valckenborch et in finibus Brabantie et namurci consultis sagaciter et carite Instigatione Johannis de Baden archiepiscopi treuerensis et Georgii de Baden episcopi methensis fratrum suorum Infecto negotio recipiens pecunias sibi commissas et per Ludovicum regem francie In subsidium missas recessit cum omnibus suis secreta versus coloniam Nichilominus Leodenses grauiati et reaggrauiati per apostolicum Pium secundum permanserunt pertinaces et rebelles deo et ecclesie et tanquam furibundus populus mala multa ubique grassando per fecerunt Que omnia Philippus dux Burgundie patienter tulit

Profugus Dominus Carolus de Burgundia a facie ducis Philippi Burgundie patris sui.

Anno Domini millesimo III^e LXIII. Carolus princeps de Burgundia comes kadralensis Dominus de Bethunia de Castrebelijn et de Arkel profugus a facie Philippi ducis Burgundie patris sui habitauit hinc inde cum sua familia diuersis in locis quem sequebatur cum sua nobili comitiua illustrissima ijsbeel felix conthoralis sua filia ducis borbonie ~~ex forore~~ genita ex sorore Philippi ducis Burgundie

Que felix ijsbeel venit anno predicto in profesto natiuitatis

natiuitatis virginis Marie in oppido de Gorinchem
et habitauit ibidem usque ad festum omnium
sanctorum Deinde pergens ad Hagham comitis
in Hollandia moram traxit ibidem per aliquot
tempus

Deinde anno sequenti scilicet anno Domini mil-
lesimo ~~iiii~~ ^{lxxiiii} rediens Gorinchem in festo sanc-
ti ambrosii quod fuit illo anno feria quarta
infra festa paschalia et habitauit continue ibi-
dem per illum Integram annum et per an-
num sequentem usque ad festum sancti rufi
diocis et martiris et tunc recessit valde Infir-
ma volens tendere versus Gaadaniū ad viden-
dum Mariam de Būrgūndia dilectam filiam
suam ut patet in his metris

Och MCCCC quater sexagesimo quoque quinto
Ufbeck de borbonia Chairlois comitissa
In Ruffi festo recessit corpore mesto
De Gorkem propriam gaadani visere natam
Quam deus incolūmen reducat p̄loque Gorkem

Interca Illūstrissimus princeps Carolus de
Būrgūndia profugus a facie patris non potuit
hūmilitate nec benignitate nec et p̄ijs scrip-
tis placare patrem suum nec instantijs
comitum baronum et nobilium ac aliquarum
ciuitatum suarum eo quod susurratione prefa-
torum Dominorum In tantum offensus fuit
sibi quod dedignabatur videre vel recipere. lit-
teras sibi a filio suo uni genito causa pa-
cis missas nec audire nomen eius nomi-
nari ab aliquo sed tetendit diuersis in locis
plūrimas infidias ad capiendum eum

Quod cum implere non potuit quia non la-
tuit

tuit hoc Karolo qui semper cum multis
armigeris incesfit ne caperetur et custodiretur
a primatibus civitatum

Ideo decrevit capere et occidere suos confiliarios
cepitque per suos arcuarios magistrum An-
thonium Michaelis virum faverana et confi-
liarium filii sui precipiens ut adduceretur
bruxellam ut ibidem decollaretur

Sed arcuarii ducis cum cepissent prefatum ma-
gistrum Anthonium condolentes Karolo Domino
ipsorum nullatenus festinantes ipsum captum
ducere bruxellam miserunt secretissime ad Ka-
rolum intimantes ei ecelerime qualiter coacti ce-
perunt suum confiliarium ad ducendum bruxel-
lam decollandum

Karolus his agnitis festinanter misit suos
arcuarios et multo plures qui ipsum eriperent ab
illis quod et factum est cumque arcuarii
ducis vacui redissent bruxellam iratus dux valde
ubique posuit insidias ut Karolum filium
suum potenter caperet eo quod commisit ^{propter} et crimen
lese maiestatis sed non valuit defensibus et pro-
tectibus a deo et gloriosa virgine Maria

Quum ergo per biennium durasset ista Implacabilis Ira patris contra filium et nullo modo
filius per Instancias quorumcumque magna-
tium pacem habere cum duce patre suo potuit con-
filiis suorum primatum et regentium gaudanum
et bruxellam ~~ivit~~ andacter et intrauit potenter
bruxellam in despectum suffratorum et suorum
complicium tanquam filius et verus heres prin-
cipatum ducis patris sui habens secum ex
gandaio

gaidano VI^e armigeros et ex brüssella ducentos
 qui die noctuque custodirent demptis adien-
 ticijs cum quibus cotidie Incessit per plateas
 tanquam princeps misitque ad patrem
 suum statim quando brüssellam intrauit cer-
 tas notabiles personas humiliter petentes ut
 dignaretur audire unicum filium suum
 eo quod rationabiliter coram omnibus vellet
 se excusare de omnibus obijciendis quia num-
 quam cogitavit offendere ipsum et si contra
 ipsum offensus esset libenter ferret causam
 eius quia si esset culpandus vellet se humili-
 are et coram omnibus petere veniam.

Dux vero nullatenus illos audire dignatus
 respulit eos precipiens ut filius suus sta-
 tim sine aliqua dilatione brüssellam exiret
 alioquin ipsum effigaret.

Dolens vero filius auditis libenter exisset
 tanquam bonus filius obediens in omnibus
 parentibus suis nisi gaidanienses cum con-
 sulata suo obstitissent mansitque brüsselle
 stipatus robustis armigeris multis, et nemo
 sussurratorum audebat exire palatium prin-
 cipis timentes a fautoribus filii trucidari.

At tamen ita offensum reddiderunt dicem
 filio suo quod armatus exiit palatium
 suum stipatus multis armigeris ad occi-
 dendum vel captivandum filium sed per
 honestas nobiles matronas placatus rediit
 ad palatium in Raidentberch.

De pace et amicitia ducis Phi-
 lippi Burgundie et Domi-
 ni Caroli de Burgundia
 eius filii

Novissime

Novissime vero anno Domini millesimo^{mo} ^{lxxxv}.
 In bona parasceue Domini facta fuit breved
 le rediūna pax et amicitia per suum con-
 fessorem et per humiliationem multorum pro-
 cerum inter ducem patrem et principem filium

Demum oppida Hollandie plerique nobiles
 perpendentes ^{quod} Incūrabilis plaga posset pro-
 uincijs oriri de supra fata discordia scrip-
 serunt Instantissime ad Philippum ducem
 pro reconciliatione filii sui Quapropter dux
 Philippus ut sapiens princeps attendens
 in animo suo gratiosius agere Inclinatō-
 nem terrarum ad filium suum

Verum etiam precogitans pericula que posset
 inde uenire cepit cum Carolo filio suo gra-
 tiosius agere

Interea etiam Anthonius frater filius eius
 Bastardus negotio infecto redijt de itinere
 contra infideles turcas Qui intelligens statim ^(sic)
 curie fratris sui apud patrem institit pro
 fratre suo Carolo

Et tandem reuocatus est Carolus ad statum
 suum pristinum et omnia bona sua restituta
 sunt ei Attamen ad praesentiam patris non
 potuit peruenire

Anthonius igitur accessit Carolum fra-
 trem suum et diligenter persequutus est dis-
 cordie causas Insuper retulit Carolo patri suo
 omnes traditiones quas in itinere a rege fran-
 cie et rectoribus aule patris eorum perpeffus fue-
 rat et quia nisi deus protector eius fuisset vi-
 tam in itinere amisisset

Cognoscentes

Cognoscentes ergo pariter dolium regis francie et regentis aule Philippi ducis Anthoniis tempore ad hoc vacante clam ad patrem suum Tuit dixit Anthoniis ad patrem loquatur serius tuus ad Dominum patrem meum verbum Et ait loquere dixitq³ Anthoniis

Quare audis verba fursurorum et et pestiferorum hominum loquatum Carolus filius tuus querit malum contra te, ^(sic) vere Domine mi pater non est ita neque enim est Iniquitas in manibus eius

His et His similibus verbis laboriose cum alijs multis religiosis in bona parafecue per infinitas preces tandem obtinuit a patre ut Carolus veniret ad presentiam patris et de omnibus rationem redderet Et si nequiret se purgare de predictis digne puniretur Et ait dux Ecce placatus facio iuxta verbum tuum vade ergo et reuocetur filius meus faciem que meam videat Cadenfque Anthoniis in terram pronus adorauit et benedixit patri suo duci

Surrexit ergo Anthoniis de terra Et reductus est Carolus ad curiam Philippi patris sui Intrauit que Carolus ad ducem patrem suum et adorauit similiter faciem ~~coram eo~~ terre coram eo Et osculatus est pater filium ibi omnia consilia regis francie et aliquorum principum apud Philippum ducem existentiam denudata sunt Et Philippus dux stupens factus nimis furore repletus est contra traditores illos

Interea

Interea cum prefati tres pater Dux cum filiis consilium pertractarent et diu pariter perseverarent comes de stampes et Dominus de croivvii cum suis complicibus timentes quod destructio eis preparata foret clam antequam consilium prefatum iniretur, fuge presidium sumpsērunt

Cumque Philippus dux cum filiis suis foras venisset et fugam istorum audisset magis adhibuit fidem verbis filiorum suorum Predicti vero fuerunt ad Ludovicum regem francie a quo satis benigne sunt recepti Tgitur una dierum Carolus comes cadralesii venit in Flandriam ubi aliquos potentes et rectores terre propter eorum demerita decollando necidavit

f. fugerunt

Accidit etiam alio tempore cum Carolus Hollandiam peragrasset et ab Haerlem per Lejden pergeret ad Hagharn comes Johannes Dominus de Lannoij preses Hollandie nequaquam expectavit aduentum suum fugit que a facie eius quia presciebat sibi malum machinatum ab eodem Carolo et secessit festinanter ad franciam Rex autem et hunc etiam suscepit satis et alios quos prediximus

Porro idem Rex nequaquam ratione sed sinistre cepit agere adversus fratrem suum ducem bytūricensem et erga Philippum ducem Burgundie et quamplures alios principes francie

Philippus Itaque dux prescripsit et exilavit omnes profugos prearratos de terra sua

Ordinavit que Dominum Ludovicum de Griytenhusen presidem Hollandie et Carolum comitem filium suum principem militie sue et super

super bella peragenda Carolus autem hac po-
testate felix factus est famosissimus bella-
tor Impugnans et expugnans Leonum mo-
re acriter provinciarum hostes sicut postea
patebit

Quae pax nunciata fuit Illustrissime princi-
pisse Ysabeel in festo pasche sequenti in
ecclesia Gorinchemensi sub summa missa
per quendam dictum qui
eques equitans a bruzella die nocte que venit festi-
nanter in choro et ecclesia de Gorinchem nunci-
avit ei causa letitiae eandem pacem reforma-
tam inter patrem et filium de qua ipsa deum
deivote laudans fecit finita missa summa so-
lemniter in organo et choro a canonicis et
scolaribus cantari in gratiarum actiones Te
deum laudamus

Quia pax facta eliminata fuerunt predicti susur-
ratores extra omnes principatus Philippi duci-
cis Burgundie qui se festinanter transtule-
runt dolerose ad regnum francorum. Et quia
totum pondus Imminentis belli de cetera Phi-
lippus Dux commisit Carolo filio suo li-
cet aliquibus postea vice annis. Ideo de ce-
tero scribere proposui militares actus ip-
sius Caroli et bellica gesta

De obsidione Leodienfium cas-
tri de rei prope nusiam.

Anno Domini millesimo III^o 2^o VIII. Leodien-
ses cum grandi exercitu obsederunt stricte
castrum de Reij in dioecesi coloniensi prope
nusiam quod erat spelunca latronum et Do-
mus predonum quod et potenter vicerunt et
funditus destruxerunt cuius anni notantur in
hoc metra

Legit rei vicit castrum bellante cohorte

Eodem

Eodem anno multe ciuitatis igne concremata fere fuerunt utpote *Vienna* In austria *Tholosa* In delphinatu *Tijela* In Ghelria pro maiori parte *Asperen* in *Hollandia* pro maiori parte *Müden* in *Hollandia* *Amerffordia* pro maiori parte *Steenberghen* fere ex toto Et büscündicis in *Brabantia* pro maiori parte ut patet in hoc metro

Büscüm flete rogo quia concidit illa rogo

Eodem anno fauillatenis cambista fuit tota ciuitas dicta *Lierree* super *Renim* in festo sancti appollinaris archiepiscopi *Rauen*²⁰ quod derisui habebant festum ipsius Incola illius ciuitatis ut patet in his metris

Appollinaris in terris vite bearis Namque tua festa *Lierree* molesta fuisse

Et deinceps ordinatum fuit concorditer ab omnibus incolis illius ciuitatis perpetuis temporibus festum sancti appollinaris auctoritate episcopi constantien. solemniter celebrari

Eodem anno in aprili tanta nix cecidit in Germania quod nulla retro actas tantam inuenerit cecidisset Cuius anni notantur in hoc metro

Semen ne perdas christe. nunc percutias precor april
Etiam notantur in hoc metro

Ecce nives densas rogo nunc sed respice finem

Postquam Philippus dux filio suo prodesse uellet cape inquit. preceptum meum et tuum regnum iuxta illud dirige preterea restitue omnia que scis esse mala locata Sit Dominus tecum nunquam ipse te deseret mox *Larolius* comes flexis genibus osculatus est patrem suum Deinde dixit patri pater mi obsecro ut michi be-
nedicas

nedicas ut Dominus mecum sit perficiens
quoque totum ~~firmum~~ tuum velle circa regem et
Regnum Et si quod deficit necesse fuerit pugna-
re Inuictus maneam et cum Laude victor
reuertar

Attamen si foret possibile optarem manere
non tamen mea sed divina voluntas et tua
fiat deprecor chare pater ut tu michi nunc
benedicas Tunc Philippus dixit filio suo Be-
nedictio tua sit semper in virtute patris et
et filii et spiritus sancti parca subiectis et su-
perbos debellare In omnibus bellis semper ti-
bi sit victoria et ante faciem tuam Deus
conterat omnes hastas Vade ad predam ge-
re prelia more Leonis filii, ne timeas fili-
mi pelle timorem Indue corde virum et fig-
na gedeonis capesce Si rec fuerit ingratus et
immemor preteritorum bonorum sit tamen
honor Burgundius in te Impugnans et ex-
pugnans fortiter hastas Deus omnipotens
et sanctus Andreas apostolus patronus
meus feruent te sanum Sit Dominus tecum
cum nunc sicut fuit cum gedearone quando ma-
dianitas victor superavit

Anno Domini millesimo III^o LXV^o Il-
lustrissimus princeps Carolus de Burgun-
dia vocatus per proceres francie venire in fran-
ciam contra regem Ludouicum venit Gorinchem
et consultata ^(p. 14) et ^{et Salata} nobilissima conthorali sua ysebel
de borbonia intrauit franciam in maio tan-
quam princeps Imperterritus cum quadru-
plici exercitu

Quorum primo prefuit tanquam capitaneus
Ludouicus de Luttreburch comes sancti Pau-
li cum tribus filiis suis comitibus scilicet
comite de briemelo Comite de ~~rossi~~ breennes
comite de rossi.

Secundo

Secundo presuit Illustris Adolphus de civis
Dominus de Lanesteijn

Tertio presuit Anthonius Bastardus Burgun-
die vir totus acer et Impavidus et toto corde
fidelis semper promptus exponere corpus suum
pro patris et fratris ope

Sed quarto corporaliter presuit ipse idem Caro-
lus Burgundie manente tamen mariscalco
burgundie cum grandi exercitu in Burgundia
ad prestandum prefatis principibus subsidium
Cum quibus animose franciam intrans castra
metatus fuit ultra parisiis expectans ibidem
aduentum ceterorum principum francie in villa
et prope eandem mondleheri nuncupatam

Ducem byturicensem fratrem regis Johannem
ducem calabrie ^{ducem} britanniamque et ducem borbonie
principes regni francie

Hi etiam quatuor duces forebant patrem Ka-
roli comitis quia propter eos ipse venerat
intendens manuale Trinamem ipsis prestare
contra regem Ludovicum

Mansit ergo in predicto loco eos expectans
Et ecce dum sic eos expectat et singula prof-
pera credit et Regem procul esse putat adest
Improvvisus Idem rex cum tota sua potens-
tia estimans Karolum cum suis opprimere
sui pellere a suo regno regno

Sed deus in se confidentibus Dat spem ex alto
celorum habitaculo

Mane ergo die martis sexta decima die men-
sis Julii anni prenotati apparuit illic Rex
et vasalli Karoli comitis statuerunt illa
sua castra

Porro

Porro Ludouicus comes sancti Pauli in primis francos cognoscens et ~~quomodo~~ quomodo ~~fiunt~~ sunt superandi pluribus expertus collocavit tum apte acies suas ac confortauit suos pugniles ut fiant animosi et robusti nam pars aduersa populorum parte chorufcat semper adhuc accrescens et victoria attribueri Ludouico regi nam illa pars habebat tres viros ubi hec vis unum tenet tenet

Adueniunt quoque ~~quoque~~ auidi multi inagni fortes in capitibus plumis ornati nec non et equos phaleratos splendentes auro scilicet in argento pluret et in modum silve gestant hastas numerosas

Nobilis ergo Carolus princeps cernens insignia regis gaudens stat Imperterritus et Intrepidus sperans absque dubio posse a dea acquirere triumphum

Ecce contra vero regia maiestas confidit non superari moxque demidata sunt vexilla atque montes resit astra lucefcunt. et armorum fulgore Et ex telorum grandine tenebrefcit solis lumen et multi hinc inde ceciderunt non est scribendus sanguis qui funditur illic nam prostratorum munerum vis nonerat ul hinc Tendit ad occasum sol. pallidus et quasi tristis tunc Ludouicus

Ludouicus vero Rex francie istis omnibus prefecit habens maximum exercitum robustorum armigerorum caute et hostiliter cum suis ibidem occurrit Et castrametatus Rex in eadem villa supra magnam et latum montem atque planum situm In sinistra parte prefate ville et castri eiusdem ville

Ita

Ita quod difficulter patuit accessus ad eam
nisi cum magno discrimine partis aduersae
Statimque Rex acies suas terribiliter ordinavit
ad debellandum Karolum Burgundie

Contra Karolus perpendens quod inchoato bello
ex eadem villa posset a tergo decipi et circumue-
re et ~~circumue~~ circumueing. consilio belligena-
rum misit expeditos vernaculos et fortes ac au-
daces armigeros cum diuersis bellorum appparati-
bus ad conflagrandum penitus eandem villam
et ad occupandum viam ville qua a tergo posset
debellari

Interea inchoato bello et utraq; parte horribili-
ter et formidolose sagittatum est in Inuicem
per tres horas antequam unus alterum inua-
debat bombardis serpentinis ceterisque belli-
chis ^(i.e.) machinis Ita quod multi ex utra-
parte corruerunt

Tandem Karolus committens se deo et eius ge-
netrici audacter et animosa regem primitus
aggressus est bellans In quo bello ex utra-
parte acriter pugnatum est per longum tem-
pus In quo bello experiri magnanimitas
Karoli et probitas virilis ^{aj} dacie ac stre-
mitas mentis sue potuit Et vere patenter
patuit quia de paucis principibus tanta mi-
litaria acta eleganter et inobiler peracta non inue-
niuntur nam corporaliter non cum paucis
fidiffimis armigeris sepe perequitarunt acies
regis dissipans et segregans exercitum inimi-
corum Ita quod multociens verberatus ab aduersa-
rijs expeditus fuit et tentus ut se redde-
ret captum quod tamen viriliter pugnan-
do et se adiutorio dei defendo ^{endo} respisit et profu-
gavit Ita tamen quod in tali anxia congres-
sione

fione recepit vulnus in collo suo et licet non
fuit magnū tamen valde formidolosū
quā prope guttur suū fuit

Quē omnia Carolus parūpendens prof-
stravit et fugavit ex eadem villa et circa pre-
fatū castrū aduersarios suos Et nisi duo
milites capitanei exercitus principis B. vir-
gundie fugam maturassent quī ceteris bella-
toribus formidinem et timorem ipsorum
fuga et clamore Incussissent procul dū-
bio regem cū suis cepisset. Clamauerunt
enim hi duo Domini milites cū suis
Pocū focū fugiamus et liberemus nos
Carolus enim princeps noster captus et
defunctus est fugiamus fugiamus

Cūque fere XV^c equites sic fugissent Ca-
rolus hoc animadvertens, tanquam leo Im-
perterritus dispersos et segregatos reuocauit
ac ipsos praesentia sua et dulcibus verbis reuocauit

Quod videns Rex fugam cepit cū suis
proceribus supra dictū castrū mondle-
herii

Tandem post occasum et Ruinam multorum
deo Iusto iudice permittente Carolus re-
gem fugavit et Campū victoriose cū
multa laude obtinendo et victor tenuit

Corruerunt autem ex parte Ludouici regis
francie multi potentes et nobiles et ex par-
te Karoli B. virgundie corruerunt Domi-
nus de Ramoff Dominus Philippus de Sal-
laign Johannes de Massi Philippus
dougis

donqys Jacobus de Chattelaer Jacotijn die page
 et inopret cum pluribus alijs quorum anime res
 quiescant in pace

Accidit autem hoc bellum ~~contra~~ altera die divi-
 sionis apostolorum Quo finito Carolus disere-
 dens regi semper acies suas paratas ordinavit cum
 quibus semper regem debellare proposuit

Quod Rex attendens perplexus Ignorans quomodo
 evadere cum honore posset descendens de castro revo-
 catis militibus acies suas de novo contra Carolum
 ordinavit Et sic sagittando serpentinis et Bom-
 bardis In Invicem usque in crepusculum
 multos ex utraque parte Lacerando corruerunt
 de alijs cum plerisque alijs

(In fratre vacuo relicto)

Tandem Rex nactus opportunum tempus celeriter
 fugam Inijt cum omnibus suis equitans versus
 parisijs dimissis Ibidem omnibus suis belli
 apparatibus et machinis quia illa secum pari-
 sijs deferre non valuit propter Imminens
 belli periculum

Et sic Rex recedens Carolus victor Campium
 et triumphum obtinuit

Putans Itaque Carolus quod Rex parisijs se
 transtulisset ad recensendum novos tirones et
 armigeros recentis permanfit in mandleherii
 in loco certaminis per tres continuos dies
 die nocteque erectis et denudatis vexillis acies suas
 paratas habens ~~et ad hostes~~ resistendum regi scilicet a feria secunda de mane que fuit festum
 divisionis apostolorum usque ad feriam quin-
 tam sequentem per totam diem

Fecit que sumptibus suis honeste sepelire corpo-
 ra

ra occisorum in bello tam amicorum quam
adversariorum

Insuper matrona quaedam honesta pariens pre-
lem in eadem villa illa die petijt per marit-
tum suum prolem baptifandam per inclitum
principem Carolum Burgundie ex sacro font-
te baptisterii elevari in perpetuam illius belli
et victorie memoriam Quod libens et gaudens
fecit ditando eandem prolem cum parentibus
Itaque feria quinta post solis occasum ^{fac-}
cessit per duo miliaria ab illo loco donec perve-
niebat cum omni exercitu suo in illa dicta cha-
tes in qua recepit nova de ^(sic) adientium prin-
cipum venientium apud ipsum et sibi occur-
rentium cum magno exercitu scilicet quod ce-
lester cum magno apparatu militari adveni-
rent quamvis adhuc essent per tres dietas ab
ipso

f. villa

Deinde feria sexta secedens ab chates venit circa
noctem in estampes ibidem castrametatus be-
nigne receptus fuit ab incolis illius oppidi
Ita quod recepit Dominica sequenti claves
tam castri quam oppidi In quo castro reposita
fuit magna aurea navis regis etiam multa
alia argentea preciosa clenodia et vascula ex
quibus illo die Carolo ministrabantur requi-
sita

Feria secunda sequenti In profesto sancte Ma-
rie Magdalene venerunt illic magnifici prin-
cipes scilicet Dux Britannie dux de barri
frater regis Comes de bunoijs et multi alii
principes francie cum persulchro et gran-
di armatorum exercitu elegantor exornato
qui omnes castrametati fuerunt per girum
oppidi de estampes Demptis principibus et o-
mnibus qui hospitabantur in eodem oppido

Qui

2631

Qui in Trivicem convenientes omnes honorem
maximū exhibuerunt Carolo Burgundie con-
dolentes sibi quod Triviste debellatus fuerat a
rege

Permanferunt omnes ibidem in letitia magna
usque ad ultimum diem mensis Julii quod valde
profuit vulneratis exercitiis Caroli

Quo die omnes principes cum suis exercitiis re-
cedentes per viam dictam Beauisse et transfrétaie
venerunt illic per Jecanam circa locum dictum morith
In gathinocis et est oppidum situm super flumen
^(sic) gotie ubi occurrebant ipsis Dux calabrie et
mariscalcus Burgundie etiam cum grandie copia
armatorum

Causa enim quod principes conveniebant erat ad
compellendum Regem ad satisfaciendum fratri
suo duci de barri ceterisque principibus ad que
Rex obligabatur

Rex vero Ludovicus percipiens adventum prin-
cipum misit circa quadringentas lanceas ad re-
sistendum ipsis ne ulteriorem progressum
ad Trivadendum ipsum haberent et illos mi-
lites misit ex adverso illius rivus ne transua-
tarent quia pontes ubique fracti et disiecti fue-
runt quos milites principum crudelissime pro-
sugaverunt occisis multis illorum

Quo facto venerunt circa parisiis quam civita-
tem obsidentes per undecim hebdomadas per-
mansit Carolus Ita prope civitatem quod co-
tidie bombardis et ceteris machinis quassabant
civitatem mansit que Carolus in castro Philip-
pi ducis patris sui dicto conflans sito super ri-
pam

pam fecane Quia obfidione ftante Dux de barru
frater regis Dux Britannie miferunt fatelli-
tes fuos ante oppidum Pontoiſſe quod quadam
compoſitione ſibi ſubiugauerunt

T Inſuper dux borbonie corporaliter cum omnibus
ſuis armigeris ſeceſſit et obtinuit cum quadam
compoſitione mediante relicta droſſati norman-
nie qui occiſus fuit in bello de mondleheri caſ-
trum et ciuitatem Rothomagenſem Quod per-
cipiens Rex doluit valde timens priuari regno
ſuo

Quod videns ſe Rex victum et ſuis ciuitatibus
priuatum ducesque ſuos cum fratre ſuo contra
ipſum conſpiſſaſſe et irasce ſibi multum
Quod rex cognosceus languidus fit animus
cius et moderate iram depoſit pacem petit
habere ac mittit legatos ad eos de pace loquen-
tes Promittit facere Rex omnia que rationi
conſona ſunt et que leges dictant facienda

Conſilium ergo peractum geritur inter princi-
pes predictos utrum congruat poſt ^{tot} ~~tot~~ ^{damna}
~~tot~~ Turgia mota ſic in pacis federe regi iungi

Iuſticia pugnat dicens quia rex meretur mor-
te plecti viſſis damnis et ſanguine fuſo Ac
pietas pugnat et querit regem defendere Tan-
dem pietas vicit Iuſticiam tali condicione
videlicet Rex maneat et regis honore fruatur
ſi bona fraudata et patrata damna red-
det ſi regnum et ſeipſum plene committat
eiſdem magnatibus Rex autem in cunctis
ſe plene ſubdidit iſtis ac omnia ſtudiit mi-
nare ſuo regali ſigillo

Pax ergo per Regem per principesque fir-
matur firam quam confirmauerunt preſa-
ti duces cum Karolo. etc.

Tandem

Tandem per Interlocutia magnatorum rediitua pace
ordinata fuit inter regem et prefatos principes
Ita quod rex commisit Karolo Burgundie totum
pondus disponendi negotia regalia et diuidendi
unicuique partem regni francie iusta beneplaci-
tum suum Et sic Carolus habita stipulatione
solenni a rege in presentia principum quod
seruaret preferenda ab eo, edixit quod dux de barri fra-
ter regis acciperet in feudum a Ludouico rege
fratre suo Ducatum normannie

*ef. Henry
R 96*
Insuper Rex libere contulit Karolo Bur-
gundie omnia Dominia cum terra empti
per ipsum mediante Domino de Crohii a Phi-
lippo duce Burgundie patre suo Henrico
preposituram ultra flumem die Rines
dictum vander somme quam Philippus dux
Pater suus nunquam possederat Adiditque
rex ad predicta ciuitates has scilicet Piro-
nam Roije siue regensem ciuitatem et man-
didier cum omnibus suis attinentijs perpetuis
temporibus ab eo et suis heredibus possiden-
das Similiter comitatum Bolaniensem et
comitatum de Ghissen Et cepit rex ab illo
comitatu de Ghissen Dominium de Crohii
qui fuisset comes illius comitatus eo quod
rex sibi pridem contulerat Obtinuitque
idem Carolus Burgundie a rege francie
quod rex prefatum Dominium de Crohii
et filios eius et Dominium de Sijmaij cum
filijs suis et Dominium de Lannoij et compli-
ces eorum eliminaret extra regnum suum Et
quod idem Carolus posset et eos per totum
regnum francie persequi capere vel occidere et
bona eorum rapere tam in francie quam ali-
bi absque contradictione regis quod et fecit.

Tuit

Fuit enim iste Dominus de Crohii summus confiliarius Philippi ducis Burgundie etc. et omnia ad nutum ejus disponebantur fuit procul dubio Idem Dominus de Crohii in principatibus ducis Burgundie sicut Joseph sub Pharaone in Egipto qui licet per optime In abundantia pacis omnes principatus ducis regi consulebat et multa aduersa causa pacis simulabat et sua industria ducatus Brabantie Limburgie et Lutselburgie cum Hollandia etc. et comitatum namurcensem acquisisset tamen ut dicebatur magnam discordiam susurrando feminavit inter ducem Burgundie et Carolum filium eius quare ut dictum est exules facti fuerunt extra omnes principatus ducis Atamen dux valde doluit propter absentiam ejus quia tenerrime diligebat eum

Habuit enim ex prima uxore sua Dominus de Crohii filiam quam in uxorem duxit Domicellus Henricus de Montfoerd Dominus de Montfoerd futurus

Postea illa defuncta duxit in uxorem filiam comitis Sancti Pauli ex qua genuit duas filias quarum unam duxit in uxorem Ludovicus dux Bavarie Aliam duxit Wilhelmus de Tilia comes de Blanckenheim fuit enim sapiens et prudens baro et dives valde

Fuerunt enim hii principes congregati cum Karolo contra regem dux de barri frater regis Dux de humayne amicum regis qui

qui semper neutraliter se habuit in omnibus et
 continue ad pacem laborabat Dux Calabriae filius
 Reyneri regis Cecelie Dux de borbonia Dux
 de Britannia princeps de nemours Comes de
 diuoijs Comes de Labrecht Comes de arminag
 Comes de Loijach Comes de biel Comes de saiege-
 nij Comes sancti Pauli Comes de dammar-
 tijn qui omnes ceperunt fallarium et certa Do-
 minia a rege per expressionem Caroli prin-
 cipis Burgundie quibus omnibus regaliter
 et bene dispositis cum Carolus decreuisset
 repatriare postquam rex et ceteri principes cum
 Karolo pransi fuissent venit Rex mane valde
 audire missam ad sanctum Anthonium ad
 quem accedens Carolus voluit ante recep-
 sum suum adhuc salutare et licentiam demum
 accipere Quod rex fecum benigne per totam
 missam detinuit Quia finita rex ascenso equo
 suo comitabatur Carolum per totam diem
 donec veniret circa noctem ad villam de bel
 Ibi que peranserunt in magna letitia fere
 quatuor diebus pariter Ita quod nullus
 poterat perpendere quin ultra modum sese
 mutuo diligebant et semper Rex protulit
 quod in neminem alium in tantum confidebat
 sicut in Karolum Burgundie Et ibidem
 cum magna pace et honestate recefferunt
 ab inuicem

Cuius pacis anni scilicet millesimo cccc^o LXV^o
 habentur in his metris

Post rixas quando pax venit vir probus ergo
 Carolus ut voluit regem dare crassa coegit vel
 in isto metro

Rex fortem nescit sic pacis federa gliscit
 vel in isto

Rex tepet et cedit comiti litescere nescit

Karolus

Karolus ergo bruxellam cum victorialis laude re-
means quanta ibi gaudia fuerint patris et pro-
uinciarum nullus dicere sufficit

De prescripto itaque bello et de reditu Karoli prin-
cipis poeta quidam sic scribit

Est deus adiutor Karoli nostri quoque tutor
En seruarii enim per quem sunt omnia facta
Nos exaudiunt deuote letaniantes

Dei otis huius merito laudabimus ipsum
Omnes assidui grates referamus eidem

Illuc qui duxit raphael perduxit et istuc
Exultent cuncti puerique virique senesque
Cum mare letetur coniuncta et tota sequela
Gaudeat et nauis mercator rusticus Tude
Occurrant pueri iam non sunt hostica bella
Quisquis corde pio venienti dicat aueto

Amans in portis semper vivit leo fortis
Qui victor remeat magna cum laude triumphi
Et huius pro multis mecum dicat modo quibus
Laus Domino vivis pax sit requiesque sepulchris

De infirmitate ^(sic) obitu Domini
ne Thabele comitisse Cadralesii
uxoris Domini de Arkel et etc.

Eodem vero anno scilicet millesimo III^o LXV^o
postquam Karolus debellauerat Ludovicum re-
gem francie et per totam fere estatem in fran-
cia permanferat, ac fama ad aures eius perue-
nerat qualiter coactus regem debellauerat et ip-
se in eodem bello formidolose vulneratus fuerat
licet triumphauit et significatum literatorie
sibi fuerat qualiter Dominus de
Aleyn. In eodem bello occisus fuerat et quod
Domicelle de Aleyn nepti sue non pande-
retur illud. Et qualiter Tam circumvallavit
parisiis cepit valde tristari eo quod Rex
concludendo

ita spatium quoddam
vacuum in MS. erat
relictum.

concludendo et muniendo vias quibus Carolus franciam Intrauerat ne quis aggressum ad ipsum per illas vias haberet ita quod in duodecim hebdomadibus nichil noui ab eo nec verbis nec scriptis in veritate ^{ex} principere poterit quia omnes nuntii et precones vel alii etiam cuiuscumque dignitates fuerant capiebantur vel arrestabantur ex parte regis.

Ipsa vero suspiciens ipsum defunctum quia nullus sibi Intimaret redeundo qualiter se haberet et quod nullus audiret sibi Intimare ipsam defunctum misit enim ultra **XVI.** nuntios parisiis ad explorandum qualiter valeret et nullus illorum redijt quia omnes arrestabantur ~~us~~ diuersis in locis ex parte regis de quibus valde dolebat.

Tandem misit unum secretarium suorum qui sibi condolens propondit per ignotas vias parisiis tendere et non quiescere donec ipsum viuum videret et loqueretur vel in veritate sciret ipsum captum vel defunctum que omnia sibi sub fide significare nec factum palliare etiam si redire oporteret ipsum per Burgundiam et per Rhenum quod et factum est.

Interim ipsa cepit languere et secreta lugere et mente consternata tristari Ita quod tandem incidit in validam Infirmitatem Et conuocatis ex diuersis locis medicis et probatis Doctoribus qui omni sagacitate eam mederi satagebant licet non valebant Tandem consultum fuit pergere et secedere a Gorinchem versus gardanum et apud dulcem pusiolam Mariam Dominicellam de Burgundia filiam suam ut eam videndo consolaretur et recrearetur.

Sed prochdolor veniens Antwerpiam in tantum Infirmabatur quod deportata in monasterio sancti.

ti Michaelis xxxi. die postquam a Gorinchem
recesserat munita sacramentis ecclesie in magna
contritione obdormiens in Christo migravit et a
seculo nequam in profesto sanctorum Cosma
et Damiani anno prescripto cuius anima nulli
dubio dubium quin regnat cum Christo,
perfruens sternaliter felicitatis perpetue glo-
ria nam non mala mors sequitur quam
precessit bona vita Sepultaque parvas In choro
eiusdem abbatis In tumba valde sumptuose

De cuius virtutibus et actibus et ad honorem
ei dei sueque gloriose genitrici et vergini Ma-
rie et ad confirmationem bonorum et bona-
rum matronarum ac ad confessionem et correc-
tionem maxime superbarum mulierum que
ego Theodoricus Pauli canonicus Gorinche
mensis conscribens vidi et aliqua in veritate au-
ditum a magistro Nicholas suo elemosi-
nario et confessore

Hec enim dira matrona isabeel siue Ely-
sabeth regalis alumna ducis borbonie sicut cre-
uit a Iuuentute viribus Ita et virtutibus et
si ex infirmitate ^(sic) prature vel temptatione spiri-
tus maligni in aliquot peccatum Incidisset
etiam quantumcumque paruum statim evocato
confessore penitentia salutari abluere De-
um timens scienter nullatenus transgressa
est mandata eius ac precepta ecclesie

Tandem nupta et Iuncta thoro maritali pro-
festo principi Carolo Burgundie In omni
timore pudicissima mulier Deum caste ho-
norabat virtuosis cunctis actibus clara,
humilitate fuit precipua nam in absentia
principis Caroli mariti sui visitavit fere
publice fetida tuguria et Domicilia pauperum
et miserorum ac infirmorum non hor-
rend

vens amore Christi proprijs manibus ipsis porrigere et ministrare necessaria que et ipsis caritative in abundantia hilariter ministravit

Insuper stravit lectisterna egenarum et infirmorum consolando eos et exhortando ne in infirmitatibus et doloribus dolerent nec tristerentur quia deus adest talibus multimoda gratia in presentia vita et coronat post hanc vitam

Promptuarie vero pauperum aperiens perlustravit ~~effectus~~ defectus ipsorum quibus per maxime relevamen et solatium fuit mittendo eis cotidie secundum exigentiam ipsorum cuncta necessaria Ita quod promptuarie eorum eructabant ex hoc in illud Et licet per suum elemosinarium et alios procuratores per diversa loca misit pauperibus propter deum larga munera secundum magnificentiam status sui tamen ipsa ut maius premium consequeretur per seipsam dignata est nobilissima mulier ut dictum est visitare pauperes proprijs manibus veluti humilis ancilla

Christi eos attrahere ascendenda solariota per scalas ad perlustrandum si aliqua combustilia deficerent Et breviter ut multa concludam verbis paucissimis omnia charitatis opera supereroganter ~~et~~ ⁱⁿ pauperes adimplerit osculando cum magna devotione genas pedes et manus infirmorum amore Christi etiam aliquorum Immundorum

Insuper multas virgines proborum virorum etiam pauperum deo in virginitate servare desiderantes sua sollicitia et providentia in monasterijs ad preces parentum Tunc Tunc secundum

secundum suam liberalitatem per maxima denodia et munera mittendo

Preterea eodem anno quo obiit videns tegmen arche sub qua solemniter portabatur ~~Sanctus~~ corpus Christi in Gorchem esse vetustum et fere nullius valeris ob nimiam devotionem frangens suam deauratam vestem in qua misit principi Tarolo ordinavit ^{ea} quae preciosum tegmen cum Tonis et fimbrijs sericis magnis literis deauratis decoratum et circum ornatum quod obtulit in profesto sacramenti quod tunc fuit festum sancti Odolphi confessoris scilicet decima tertia die mensis Junii post vesperas in summo choro ut cum ea cooperiretur archa sub qua portabatur solemniter sacramentum Christi Obtulitque Capitulo et ecclesie Gorvinchemensi propter Deum illud tegmen.

De eius humilitate ad plenum scribere non possum cum humiliorem feminam siue nobilem siue ignobilem vivere In mundo non puto Incessit vero demptis summius festis ad horas diuinas tanquam humilis Christi ancilla premitens statum nobilium dominarum et virginum in decenti statu et ipsa segregata et sequestrata ab eo subsecuta et sub pallio simplici tecta ne agnosceretur humilium mater non est dedignata Et ut in veritate a confessore suo cuius ornamentum principatus et status sui corporis erat ei cruciamentum mentis sue cum tamen eam Ita incedere oportuit et decuit Prona erat ad genia seua ad surgendum deuotissima in orationibus affabilis licet gallica siue francigena fuit bonis et precipue honestis et approbatis spiritalibus personis

Erat

Erat enim facie p̄udica et venerabilis ita ut
 eam Insipientes roborantur virtutibus me-
 liorabantur mente et excitabantur ad virtuosa
 opera Breuiter sicuti de aliquorum sanctorum
 sanguine naturaliter propagata descendit sic
 eorum virtutes operibus implere imitabatur
 Sic enim in virtutibus proficiebat ut in omni
 sanctitate nobile suum corpus non sacrificium
 sed holocaustum Domino fecit In absentia
 denique principis mariti sui tempore qua-
 dragesimali calicium pro camisia super-
 dum corpus eius induit in secreta sua camera
 gement et largiter flens Diutissime in ora-
 tionibus perungis erat Minima etiam voluit
 esse et reputari in curia sua inter omnes con-
 sodales et matronas pedisequias suas si status
 mundanis curie admisset

Et quid iam de curia et curialibus suis dicam
 hoc vero dico quod curia sua erat veluti stric-
 tum monasterium in obseruantis regularium
 sanctorum patrum quia a mane usque ad pran-
 dium coram eis diuina celebrantur expensis ip-
 sorum et fere nunquam vel raro absentauerat
 se a diuinis etiam feriatis diebus In
 quibus omnes genibus prostrati In ora-
 tionibus deuotissime permanferunt orantes
 Curiales vero siue ministeriales veluti man-
 suctissimi agni et Domestici Incedebant
 humiles sobrii p̄udici et miro modo pacifici
 non videbantur in curia sua nisi sancta
 nec audiebantur nisi honesta et quicquid
 salutis erat ibidem pertractabatur ~~et~~ licet
 multi inter eos erant viri potentes nobiles
 et locupletati tamen minimè inter nostros
 reputari gaudebant et volebant discordias tan-
 quam pestem fugiebant pacem amantes vir-
 tutes

lites imitantes bonos et modestos honora-
bant ipsorum conversationibus adherentes

Prochdolor! cum rumor obitus sui Go-
rinchem pervenisset veridicis omnes tam
divites quam pauperes animo prostrati
meste et dolorose Incedebant ubique per
totum oppidum gemitus ubique suspiria et
tam amaro corde corde pre tristitia omnes
ad ecclesiam concurrebant pro salute anime
ipsius misericordiam dei implorantes ac
si unusquisque parentes defuncti fuissent
In cuius celeberrimis exequiis non solum
viri et mulieres divites et pauperes cum Lu-
minaribus pro remedio anime sue devote
orantes ad altare processerunt verumetiam In-
nocentes iuvenes et pueri

De rebellionem Leodiensium
contra eorum pontificem
et ducem Philippum Bür-
gundie

Interea dum anno prefato scilicet anno Do-
mini M^o cccc^o lxx^o Carolus de Būrgundia
per totam eflatem cum grandi exercitu de-
bellaverat regem et parisiis cum prefat-
tis principibus obsedisset Et Dominus
apostolicus Pius secundus causa pacis et
concordie fiende quendam misisset legatum
anno precedenti Leodium qui eos pie infor-
mando ammoneret desistere ab ~~ab~~ info-
rentijs et malis eorum et obedire ipso-
rum vero episcopo quem Leodienses spes-
= pientes nolebant quocummodo ipsam
audere allegantes quod magis faueret par-
ti episcopi et principum quam dei et
ecclesie

ecclesie Leodiensi addentes sibi minus varias
 si non recederet ab illis partibus Que om-
 nia ut dictum est idem legatus Romam ve-
 diens apostolico et cardinalibus enarrando
 patefecit Et quia nullatenus curauerunt
 de interdicto apostolico Anathematizavit
 eos

Paulus secundus papa Romanus Pro succedens
 quod etiam ipsi pariter dependentes nichil
 omnino inde curauerunt sed expellentes
 et persequentes verum ipsorum episcopum
 cum magna indignatione et omnes ami-
 cos episcopi committentes Infinita ho-
 micidia In Inuicem Inuigilatione et
 Informatione Domini rasonis Domini de Heer
 Domini Baer siue Herberti Domini de Sorleth ac
 Domini Johannis Wilde militum et capitaneo-
 rum Leodiensium

Nouissime dum nullatenus vellent desistere Paulus
 diuina providentia papa secundus Inuocando bra-
 chium seculare scripsit ad Philippum ducem
 Burgundiae et ad Carolum filium eius precipien-
 do eis auctoritate sedis apostolice quatenus ipsi
 tanquam precipui principes et filii obedientie ec-
 clesie Romane compeferent eos gladio temporali de
 ipsorum prophanes transgressionibus rebellionibus
 & Inobedientiam et potenter reducerent ad subiec-
 tionem et obedientiam ecclesie

Interim cum ista fierent Leodienses tanquam
 rebelles insani homines inuigilatione diabolica
 miserunt publicam literam diffidationis ad Phi-
 lippum ducem Burgundiae et Brabantie In
 qua diffidauerunt serenissimum Carolum filium
 eius in francia existentem scientes Philippum ducem
 cem

cem senem et ineptum arma portare Quia debite
perlecta dixit dux Ista litera non spectat ad
me sed ad Carolum filium meum querant ex-
go illum In franciam remisitque nuncios
vaciros Leodiūm Leodienses vero attendentes
quod dux non intramitteret se de diffidatione
filii sui diffidauerunt ipsum

Dux vero propinavit portitori litteras dif-
fidationis sexaginta aureos leonas

Statim que Leodienses ut populus furibundus
cum grandi copia armatorum intrauerunt du-
catum Lijmburgie et Brabantie et comitatum
namurcensem comburentes pagos et villas necan-
tes et depredantes sine ulla misericordia crude-
liter valde Quinimo mulieres in puerperijs
laborantes lachrimabiliter trucidarunt Ita
quod in breui tempore ex utraque parte quasi
viginti octo ville ut fertur sunt exuste sunt
Sed adhuc per predicta non potuit fatiari
fatiari animis eorum quia ciuitas dijonanten-
sis suspendit statuam Caroli comitis ca-
dracensis extra portas eiusdem ciuitatis in
publico Inter duos viuos canes quasi vellent
intimare per illud factum si haberemus eum
Ita plecteretur a nobis Et sic accumulau-
erunt delictum delictum ut cum magis per-
turbarent et ad Tracundiam prouocarent

Insuper minierunt ecclesiam In Montena-
ken ad modum castri facientes eam spelun-
cam latronum multa mala ex ea undique
peragentes Habentes denique refugium ad eam
tanquam ad castrum

Philippus vero dux ista audiens primo spe-
melioris aliquantulum firmulavit illa mala
per aliquot tempus Sed cum igne et ferro

In-

In vicinio cuncta depopulati fuissent et iam senio
 fessius ~~Gerumetiam~~ totaliter lassas propter In-
 firmitatem que in eo precefferat non valuit
 in persona propria expugnare Leodienses ne-
 cessitate compulsi ordinavit potentes capiti-
 taneos qui eis resistere deberent protegendo ter-
 minos principatum suorum utpote Johan-
 nem ducem Cleensem Johannem comitem
 de Nassawen Droffatum Brabantie Do-
 minum Ludovicum de Griijthuijfen regentem
 Hollandie fuerunt cum Ludovico Domino de
 Griijthuijfen nobiles Hollandie et Zelandie
 utpote Dominus de Crinigen Dominum
 Henricum de Naeldwijck Dominum Philip-
 pium de Waffonaer milites Johannem Do-
 minum de Waffenaer Dominum de Gaef-
 beeck comitem marchionem ferrarie ex Lon-
 goberdia comitem de mander Scheijt Dominum
 de Kamaet qui econtra per comitatum lob-
 sensem ubique villas depredando conflagraverunt

Attamen nobilissimus princeps Philippus
 dux requisitus a sede apostolica ut dictum est
 nichil contra eos prius attemptavit sed post-
 quam ~~attempavit~~ acceptavit omnis statim scrip-
 sit benigne ad civitatem Leodiensem admanens
 eos quatenus desisterent a vesania et rebellionibus
 et inobedientia ipsorum permittentes Ludovicum
 cui^m fororium ipsius verum ipsorum episcopum
 quiete possidere episcopatum suum ut decet et
 quod obedirent pape et preceptis eius vel ipse
 ipse requisitus a sede apostolica ~~apponeret~~ ap-
 poneret manum potentem coartando ipsos
 ad obedientiam ecclesie

Sed prochdolor quicquid prefatus princeps be-
 nigne scripsit et pie exhortando monuit
 in vanum laboravit nam omnia quasi ludi-
 cra

era contempserunt derisum habentes ammonitiones ipsius confidentes in fortitudine et multitudine potestatis civitatis et territorii Leodiensis multi tamen devoti et discreti viri deum timentes quia milibus celebrabantur divina exierunt territorium habitantes in trajecto vel in vicinis extra episcopatum

Cum ergo Leodienses ut populus obstinatus et induratus in malo cum grandi fatellicio multa Damna ferro et igne secissent ipse Senio fessus non commode valens armis incespere contra eos et Carolus filius suus esset in Francia ordinavit prefatos Dominos in ~~capet~~ capitaneos contra eos

Itaque statim Dominus Johannes dux clivensis intrando episcopatum vicit potenter Loebosch altera die sancti Lamberti cuius anni notantur in hoc metro Lamberti prius die Cleef Loebosch vespere vicit

Contra Leodienses viriliter eis resistere putantes obviaverunt in manu forti sabbato ante festum sancti Lamberti ipsis in villa dicta geetbeets et facto congressu occiderunt ex parte Leodiensium centum et viginti viros quod ceteri videntes fugam inierunt

Deinde in profesto Michaelis in eodem loco bello iterum inchoato ceciderunt ex parte Leodiensium duodecim armigeri Post hoc sabbato ante festum sancti victoris corruerunt ante portas oppidi sancti Tridonis centum et ~~duo~~ duo oppidani eiusdem oppidi

Quibus sic gestis prefati capitanei ducis
Philippi

Philippi mauerunt exercitum in profesto sanctarum undecim millium virginum ad villam montenaken cum quatuor milibus equitum comburentes eandem villam et fere omnes circumiacentes villas Sed in reditu cum post prandium recedere decreuissent deliberauerunt prius comburere molendinum eiusdem ville de montenaken Quod attendens capitaneus Leodiensium caute posuit infidias cum tribus milibus armatorum ad debellandum prefatos principes

Contra prefatos magnates hoc percipientes ordinatis aciebus et conflagrato molendina eos inuaserunt et fere penitus omnes trucidauerunt demptis equitibus qui fugam capientes versus Leodium celeriter fugerunt Ceciderunt autem ibi ex parte Leodiensium mille et octingenti viri Tunc apparuerunt Philippus de Wassenae et Henricus de Naeltwijck milites predicti sicut leones nam eorum fortitudine et industria liberatus fuit Ludouicus vice comes Hollandie a periculo mortis quem Leodienses circumdederant ad occidendum Altera vero die prefati nobiles incliti redeuntes ad montenaken in unitam ecclesiam in eadem villa exportato corpore Christi cum reliquijs sanctorum conflagraverunt eandem cum omnibus Leodiensibus in ea existentibus atque funditus destruxerunt

De pace inter eiusdem episcopum et Leodienses per Karolum comitem Cadralesii facta

Postremo Carolus comes Cadralesii filius Philippi ducis victor de francia cum suo exercitu statim misit Anthonium fratrem suum cum parte exercitus namurcium contra dinantenses comitatum

comitatum illum iniadentes Quod idem Antho-
ninus fatid artavit ne ulteriorem progressum
passent facere in predicto comitatu

Ipse vero Carolus cum reliqua parte exercitus
nec non et cum ante dictis principibus ante
ciuitatem Leodiensem potenter apparuit et ad
eam obsideret disponere cepit

Cui confestim occurrerunt Leodienses cum
grandi turba populorum ad debellandum
ipsum Stantesque per acies suas in quadam
planicie cum explicatis vexillis ^{at} patiffimi ad bel-
lum

Eccc Carolus animosis principibus ^{x exemplo} precepit
ab exercitu suo sagaciter ipsos ^{undique} circun-
cludi ne flum fugam inchoato prelio accepta-
rent

Cum ergo ex omni parte circumclusi essent
et vexillum Caroli in altum elevatum con-
spesissent humiliauerunt se et petierunt
destras ab eodem Carolo comite promitten-
tes de omnibus emendari iuxta dictamen
et arbitrium discretorum nobilium virorum
ad beneplacitum Caroli principis

Quod audiens Carolus princeps innotus
misit festinanter ad ceteros belli duces et
capitaneos ne Leodienses a tergo iniaderent
pro eo quod se tradidissent in gratiam
ipsius Tunc tunc pax ordinata fuit inter
Dominum Ludouicum eorum episcopum

Carolium

Karolumq^{ue} comitem et ipsos Leodienses quam pacem iurauerunt et promiserunt seruire literis sigillo ciuitatis munitis in hunc modum

Quatenus nunquam de cetero se opponerent Ludouico ipsorum vero episcopo

Insuper quod mitterent statim Romam ad sanctissimum papam Paulum pro impetratione absolutionis et ad tollendum patris interdictum preterea darent pro illato damno ad quatuor annos Philippo duci ac filio suo Karolo summam sexcentorum milium florenorum reuerentem verumetiam quod idem dux cum filio suo maneret manubium totius episcopatus Leodiensis quibus actis Karolus comes sine belli strepitu redijt gloriose bruxellam ad patrem suum Et Leodienses cum gaudio reuersi sunt ad ciuitatem propriam Acta fuerunt Rec in mense Ianuario Anno Domini M^o cccc^o lxxvi^o

De crematione Yselsteijn a Ghelrensisibus

Anno Domini millesimo cccc^o lxxvi^o Dum Adolphus Geldrensis patrem suum Arnoldum ducem Ghelrie quasi per annum in captiuitate tenuisset cepit viro modo discordare cum Johanne duce Chirrensi aunculo suo et Wilhelmo Domino de Egmonda patre suo confiscari enim omnia bona eiusdem Domini de Egmondo in terra Ghelrensis existentia et locari ea ad mensam suam

Insuper et extorquere voluit a duce cluie Dominia

Dominia et oppida pridem a patre suo Arnoldo Impignorata videlicet oppidum et castrum Wachtendotick terram de diffel et rixwalt verum etiam allegavit quod pater suus Arnoldus non erat adhuc plenarie solutus de promissis in sponsalibus Katherine Ducisse matris sue petens omnia ista res habere.

Unde Johannes dux clivensis correns ^{am molestiam} Adulphi predicti percussit fedus inseparabilis amicitie cum Wilhelmo Domino de Egmonda et filijs eius Gerardo Domicello ^{et domi-} no de Culenburch et ~~Domino de Culenburch~~ et cum Domino de Bockhouen adversus Adulphum Ghelrensem predictum diffidaverunt ergo isti principes iam dictum Adulphum proponentes eum cogere ad liberationem patris sui multotiens ergo invicem infestantes perpetraverunt magna damna cum igne et ferro et rerum spoliationem in Ghelria clivica et alijs dominijs

Igitur Fredericus Dominus de Yselsteijn secundogenitus Domini Egmondensis etiam captus fuerat cum Arnoldo duce Ghelrie patre suo ab Adulpho iam dicto sed callide eodem anno evasit a captivitate illa

Hic ergo Domicellus Fredericus et Dominus de Yselsteijn cum patre suo et ceteris fratribus suis satis audacter se opposuit filio ducis Ghelrie nepotis sui

Quamobrem idem Adulphus misit Ottonem

nem de Vieren et multos armigeros cum eo in comitatum Hollandie ad inflammandum Yselsteijn in contumeliam et opprobrium Frederici iam dicti Quod et idem armigeri factis crudeliter perpetrati sunt insuper spoliaverunt quasi totum oppidum

¶ Sed postquam idem predones decrevissent fugere et reverti ad terram Gelrensem quia draginta quinque ex ipsis pervenerunt ad oppidum Gorrichem estimantes se ibidem fore ~~totos~~ tutos Quibus ingressis quia Carolus comes cadralesii extitit Dominus illius oppidi Ideo omnes antedicti predones in eodem oppido celeriter captivantur quarum decem et novem postmodum fractis corporibus cucurrerunt ad ecclesiam fratrum minorum infra oppidum prefatum ceteris manentibus in ecclesia sine domo fracti spiritus sperantes gaudere de libertatibus ecclesiarum

Quos tamen procurator Hollandie stipatus multis armigeris violenter de presentia venerabilis sacramenti extraxit et ad Flagham comitis captivos perduxit ut ibidem decolarentur uxores ergo eorum sorores et matres ex terra Ghelrensi venerint deprecantes pro ipsis promittentes maximas gazas pro solutione et liberatione eorum flebilibus oculis presertim cum non nulli ex ipsis essent nobiles et divites et specialiter ex Novis magis erant quam plures potentes

Quapropter consules Hollandie misericordia commoti interfectionem eorum ad tempus distulerunt

runt quoque Philippus dux flagitia eorum iniqua perpetrasset videlicet quod terram Hollandie absque diffidatione cum rapinis et incendijs invasissent Ipse dux immobilis sententiam edidit quod scilicet non solum essent decollandi ut latrones ^{quoniam} etiam in rotis et stipitibus exaltandi

Sic ergo altera die Sancti Johannis ante portam Latinam predicti anni fuerunt in rotis positi viginti ex eis et in feria quinta post petecostes ceteri viginti quinque sunt modo predicto occisi exceptis quatuor quorum corpora pro gaudis maximis sepeliebantur in cineris

De 2^a rebellionem Leodiensium
et destructione oppidi dinantensis

Anno Domini millesimo cccc^o lxxvi^o Rodolfo comite Kadralesii in Arthesia pro quibusdam causis expediendis permanente et Philippo patre suo duce Burgundie aliquantulum infirmante Leodienses iterum fracta pace grassantur in ducatu Brabantie et Limburgie precipue vero dinantenses animati potentia civitatis Leodiensis ceterorum que oppidorum receperunt multos armigeros et satellites in ipsorum oppido cum quibus depredabantur Hanoniam Brabantiam et namurcum spolijs et incendijs ac rapinis et precipue contra oppidum bovinis dictum

Insuper multa ignominiosa et scurrilia falsa et intollerabilia diserunt et carmina inhonesta publice per plateas decantaverunt confidentes

dividentes et iactando Dicentes quod Carolus non
videret amodo comparere in territorio ipsorum
cum exercitu suo eo quod deberent ipsum potentes
debellare

Erat autem ipsa prefata civitas Dijnantensis
ditissima ac potentissima atque valde longa
et maxima omnium civitatum Leodiensium episco-
patus pre Leodio quia miris excelsis ac for-
tissimis et fossatis profundissimis cum turri-
bus altis Erat fortiter valde munita et cir-
cumcincta Etiam propugnacula et antemuralia
fortitudinis erat ante portas fabricata cum seris
et vectibus

Erant etiam in eadem urbe sicut a pluribus
veridicis dicebatur septem ecclesie parochiales
quarum una fuit super omnem modum nimis
speciosa et magna et In qua etiam erat ac-
conabile collegium ante multos annos funda-
tum

Quinimo monasteria plurima et abbacia fue-
runt in civitate predicta de quibus aliqua in
civitate aliqua foris in civitatem erant construc-
ta In una etiam parte Civitatis extitit mons
lapideus magnus, et illa pars montis
et illa pars montis erat murus civitatis ex illa
parte Et in altera parte civitatis in qua mu-
ri cum turribus erant constructe preter flue-
bat flumen mosi Sic quod in illa parte etiam
non multum timebant de Philippo duce Bur-
gundie

igitur post festum sancti Laurentii preciosi mar-
tiris Philippus dux Burgundie quamquam
senio fessus et quasi in decrepita etate existe-
ret

See spatio quodam
vacuo relicto.

ret arma in dunt et cum Tarolo filio suo pro-
peravit ad oppidum namurcense cum curri-
bus et equitibus ac sagittarijs ut abinde
procederet ad obsidionem oppidi Dijnantensis

Cum ergo Tarolus totum prefatum exercitum
suis potestate sua gubernaret et princeps belli
existeret manente Philippo duce patre suo
in castro et oppido Namurcense precepit exem-
plo castra tollere et cum turris tremulis et vexil-
lis fulgurantibus properare ~~et obsidionem~~ ad
obsidionem oppidi Dijnantensis, ut ipsam
humidius a fundamento usque ad summum euer-
teret.

Sic ergo Tarolus perrexit cum virtute magna
in multitudine gravi habens secum exerci-
tum infinite multitudinis ad expugnationem
prefate civitatis quibus sic perfectis Ta-
rolus sicut princeps imperterritus cum toto
exercitu suo civitatem Dijnantensem archipo-
tenter vallavit obsidione gravissima quam
cum ingenijs et horribilibus instrumentis
ad hoc aptatis die noctuque sine intermissio-
ne incessanter insultatione creberrima ac
cum bombardis incessanter sagittabant in
urbem sic quod lapides bombardorum ad
instar grandinum in aere volaverunt et
pulvis de calce murorum civitatis et Do-
morum per bombardos tactos volabat in
aere supra civitatem sicut fumus in modum
nebulae et sine intermissione in die noctuque
mixtim confagittabant cum telis ignitis tam
dense sicut quidam tradunt quod a longe
civitas videretur in medio flammarum inex-
tinguibiliter ardere quod etiam quasi verum fuit
quia ille ignis erat incognitus in et non poterat
aqua extinguiri

Cum

Quinque per totam eflatem ultra pacem ista fecerunt, tandem in augusto ~~prediens~~ Karolus et ex arthesia ista nephanda audiens mirabatur infidelitatem et crudelitatem ipsorum.

Et cum decreuisset diynantium potenter per girum obsidere ut eos corrigeret et compefceret illos. Diynantenses illa audiens derisui Karolum habebant dicentes quod sicut Philippus pater suus vicerat Kalisiam Gandauum et alias multas obfessas ciuitates sic Karolus vinceret Diynantium. Et in signum temeritatis et illusionis ipsi statuerunt mulierem fuscam de metallo supra murum ciuitatis cum solo et fusa habentem rotulum ante se continentem hec verba Quando digiti istius mulieris erit colando sunt attenuati et perforati tunc Diynantium erit victum. Erat enim oppidum forte et fere secundum estimationem hominum inuincibile.

Itaque Karolus cum Immenfis bellatoribus infra octauas assumptionis virginis Marie eodem prescripto anno scilicet anno Domini M^o III^o LXVI. intrans territorium Leodiense potenter cum quatuor magnis exercitibus feria secunda Infra prefatas octauas obsedit Diynantium. Quod et feria secunda sequenti scilicet altera die post festum sancti Bartholomei apostoli cum paruo discrimine suorum oppugnando vicit et expugnatum ac spoliatum funditus destruxit et in planam terram redegit occisis submersis incolis eius et captis aliquibus ditioribus. ^{erant} ~~erant~~ autem mercatores eius ditissimi et ubique famosissimi tempore vero obsidionis quo Karolus Diynantium obsedit fuit Philippus dux Burgundie etc. in castro namurcensi cum grandi militia ad obuiaandum Leodiensibus

Leodiensibus si opus esset si Leodienfes ferro-
ces voluissent venisse cum magna cohorte
ad adiuvandam Dignantenses Sed non com-
paruerunt aliquo tempore

Atamen ceperunt iterum rebellare sed cum
vidissent et audissent subuersionem prefate
ciuitatis timuerunt valde et ne ipsis continge-
ret quod iam occidit ciuitati prefate rursus
occurrerunt etc. Dignanto vero ferro et ig-
ne funditus cum ecclesijs monasterijs turri-
bus miris et ~~munitionibus~~ ^(sic)munitionibus
destructo ita quod facta est inhabitabilis ho-
minibus quia nichil penitus dimissum est
stare hoc destructo

Philippus dux commisit deinceps totum
pondus belli dilecto filio suo Carolo comiti
Kadvalens etc. et ipse senio pressus vaca-
bat contemplationi orationibus et quieti

Ipse vero Carolus destructo Dignanto cum
ad interiora episcopatus ante Leodium decre-
uisset cum suis exercitibus venire et ciuitatem
expugnare occurrerunt Leodienfes sibi cum ceteris
oppidis etiam alie ciuitates que prefate
sunt que cum ciuitate Dignantensi conrebel-
lauerunt citius quo potuerunt simul occur-
rerunt pacem petentes et condignam emen-
dam petentes pie humiliter propter pas-
sionem Domini nostri Iesu Christi
gratiam de transgressione pacis et de com-
missis quia penituit eis valde quod ipsum
offendissent Irantes quod de cetero num-
quam rebellarent nec offendendo ipsum sibi
nocerent et offerentes magnam argentam
de

de taxa promissa Turaverunt fidelissimi sui
subditi omnes Dolo secliso perpetuis tempo-
ribus permanere

Cum quae cum plerisque alijs conditionibus
servandis seipfos sic profunde ac humiliassent
et sibi subiecissent prius et clemens princeps
precepit eos in gratiam illo salvo quod certis
pactis Turæ Turandi et scripturis valide
roboratis cognoscerent se devictos vita et bo-
nis temporalibus si inquam resisterent ab
obedientia et fidelitate principum et epis-
copi ipsorum

Et sic pace cavens in posterum ne tertiam
rebellionem inchoarent iussit quinquaginta
viros de nobilioribus seu melioribus totius
episcopatus Leodiensis transfere obsides in
oppido Louaniensi in Brabantia qui ibi-
dem perseverantes residerent Donec patri-
suo et sibi super excessibus plenarie satisfac-
tum esset et omne malum et litis et pacis
reconfiliatum foret Quod cum ita factum
esset idem Carolus egregius princeps ha-
bita cautione predicta rediit cum suis bruel-
lam nil diffidens ab infidelitate et trans-
gressione et rebellionem Leodiensium

Quibus anni destructionis Dijnanti notantur
in hoc metro

Tam iacet ecce Dijnant Caroli vi victa potente
Dijnantium locuples nunc te plorare - ne-
cesse est

Vel sic; Dijnantium locuples nunc est plo-
rare necesse

Vel in his metris

Quantus dux Brabant concludens
ut leo dignant

Augusto mense vi vicit subdidit ense.

Etiā in his metris

Fulgens dux Brabant cum prole sua
studiose

Vincendo dignant destruxit victorioso

Etiā in hoc metro

Claros turba colant speculum ponat
rogo Dignant

Vel in his metris

Vincens bellator Brabantis dux et Dominator

Quando destruxit Dignant tunc legia luxit

Etiā in is metris

Is Brabantinus dignus Dux natus et eius

vi quia vicere dignant flet legia grande

Altera post sancti reuera bartholomei

Vel in isto metro

Dignantium Charoli bellatoris cecidit vi.

Hoc peracto timor et tremor percussit corda
omnium principum circumquaque regionum
quia ceperunt hunc Carolum strenuissi-
mum comitem timere nam propter destruc-
tionem prefate civitatis ubique in longior-
ibus regionibus divulgata est fama ipsius
et nomen eius celebre factum est nimis In
universis regnis

De Burgundia Comitis Cadralafii, Domini

De residentia curie Domini
Karoli de Arkel in suo oppido
de Gorchem facta

Eodem anno destructa civitate Dijnantensi ut
dictum est salutata duce patre suo in bruxel-
la Carolus migravit ad Hollandiam ibi que
dispositis omnibus in pace venit eodem anno
scilicet M^o IIII^o LXVI prima die Decembris cir-
ca

ca crepusculum in Dominio de Arkel in oppido
de Gorinchem

Qui venienti tota fere communitas gaudens
occurrat equester et pedester cum vexillis contaben-
niorum Gorinchemensium et Luminaribus
multis usque in villam de hardichuelt et intro-
duxit eum solenniter per oppidum in palatium
suum

Mansitque in eodem oppido continue a pri-
ma die mensis usque in quintam diem post oc-
tavas epiphaniae et tunc illo die scilicet sabbato
infra octavas epiphaniae recessit pergens demum
versus Hollandiam Quo tempore occurrerant
sibi in Gorinchem nobilis et venerabilis pa-
ter Dominus Johannes de Baden archiepiscopus
treuerensis Dominus Georgius frater eius
episcopus methensis Dominus David de B^{urg} in
gundia episcopus trajectensis.

Dominus Tudecus episcopus neapolitanus
doctor sacre theologie et suffraganeus traiec-
tensis Qui et in pontificalibus celebravit
in ecclesia collegiata in Gorinchem solenniter
in presentia principum in profesto natalis
Domini primas vesperat et completorium
in nocte natalis ^{domini} matutinas et primam et
summam missas In die secunda vesperat
cum completorio

Affuerunt insuper in Gorinchem eodem tem-
pore nobilis princeps Dominus # unfridus
dux de excester etc. comes de # undin-
gen ex anglia qui fuit consanguineus prin-
cipis Karoli de Burgundia Dominus Jo-
hannes Doure abbas regalis sancti mathie
apostoli

apostoli treueren. Comes de morto &c.
 senior filius comitis sancti Pauli Comes de
 briennes et comes de rouffii *fratres* et
 filii Ludovici comitis sancti Pauli Wil-
 helmus de Tilia comes de Blanckenhem
 Jacobus comes de Hoern et Dominus de
 Althema etc. qui eodem anno intrauerat
 ordinem *fratrum* minorum de obseruan-
 tijs Intrauit in conuentum fratrum mine-
 rum in oppido de hülft in flandria comes
 de Manderfcheijt Comes de Zirek prepositus
 treueren Comes Engelbertus de Nassau-
 wen etc. filius principis de Arania Domi-
 cellus Fredericus de Egmundo Dominus
 de Ysselsteijn qui fuit filius patris ducis
 Tiliacensis et Ghelrensis Reynaldus ^{comitis} de
 Bredenoede et de Vianen etc. Dominus
 Ghyssbertus de Bredenoede frater eius
 quondam electus traiectensis sed tunc pre-
 positus traiectensis et sancti Donationis
 in brigis, Dominus de Veer Dominus
 Johannes de Waffenaer, Dominus de Ber-
 ghen, Dominus de Grimberghen, Domi-
 nus de Gruijthuijsen locum tenens Hol-
 landie, Dominus Adrianus de Borffalia,
 Dominus de Brügdam et de Diuelan-
 dia cum multis alijs baronibus militi-
 bus et Domicellis

Venerunt insuper Gorinchem magni Do-
 mini et ambaffiatores ducis Britannia quos
 cum magno gaudio grandeque honore balista-
 rii Gorinchemenses a workem introduxerunt
 Gorinchem in profesto natiuitatis Christi

De

De intronisatione et receptione
 Domini Karoli de Búrgúndia
 comitis leodralensis Domini de
 Arkel etc. in Dominio Leer-
 dammensi et Schoenwoerdenfi.

Eodem anno scilicet millesimo III^c LXVI^o. in
 profesto sancti sibilæstri Leerdammensés et Schoen-
 rewoerdenses receperunt pacifice in ipsorum ve-
 rum Dominum egregium Karolum princi-
 pum Dominum de Arkel prestantes ei fidelita-
 tis homagium in palatio de Gorinchem Quia
 III^{is} eodem anno in profesto sanctorum mar-
 tiriū marci et marcelliani castrum et ope-
 pidium de Leerdam per Gorinchemenses conqui-
 fuerat.

Et eadem hora de mane comburebantur in
 Hokelem decem et octo domus.

De visitatione et conuersatione
 principis Frederici comitis pa-
 latini Rheni et ducis Bavarie
 ad fratrem consanguineum ducem
 Philippum Búrgúndie.

Anno Domini millesimo III^c LXVII^o circa
 carnisprivium venit bruxelles illustris princeps
 Fredericus palatinus Rheni Dux Bavarie
 cum suo cancellario episcopo spirensi et cum
 perpulocho comitatu baronum et militum ad
 visitandum fratrem consanguineum Philippum du-
 cem Búrgúndie qui insimul congregati orabant
 ut principes magnanimi Deinde secessit ver-
 sus gardanum ad visitandam nobilem sororem
 suam que in gardano cenobiticam vitam ducens
 nunquam carnibus suis lincis ad mundum corpus
 eius fruent sancte viuendo Christo seruit.

Deinde

Deinde comitante semper ipsam Carolo comite
kadralesi visitavit brigis et fere flandriam
et in omnibus locis ad honorem ducis Phi-
lippi et Caroli filii sui magnus honor et
decus sibi exhibitus fuit.

Deinde salutatis prefatis principibus redijt
per Antwerpiam ubi maximus honor sibi
exhibitus fuit et sic migravit versus Bava-
riam principatum suum

De conventionione principum
celebrata a duce Philippo Bür-
gundie Suis

Anno Domini millesimo III^c LXVII^o in
mense maii Philippus dux convocavit flū-
sis in comitate Flandrie congregationem pro-
vincialium principum Ad quam conveniunt
Carolus comes filius eius et Adolphus filius
et Arnoldus ducis Ghelrie et Johannes dux
clivie nepotes eius Insuper cum plebis mag-
natibus ad fuit et ibidem Anthonius strenuus
miles Bastardus Philippi ducis

In quo igitur consilio plura commoda provin-
ciarum ordinata sunt Specialiter tamen inter-
loquium tractatum est de pacis unitate com-
ponenda inter predictos duos principes videli-
cet Adolphum Ghelrie et Johannem du-
cem clivensem de bellis et guerris inter eos-
dem magnates habitis

Nam inter prefatos principes bellum iam
ingruerat ultra annum nam postquam
idem Adolphus patrem suum Arnoldum
Ducem Ghelrie in captivitate posuerat mo-
lestationes maximas perpeffus a duobus
arunculis suis scilicet a prefato Johanne
duce

dūce clivie et Domino Wilhelmo de Egmonda
qui fuit frater Arnoldi ducis Ghelrie supra
scripti

Adolphus filius ducis Ghelrie
patrem in vinculis detinet

Ipse autem Adolphus Truicenis per obstinatum
implacitiam usque ad ~~professum~~^{prospens} detinebat patrem
suum in vinculis Ob hanc ergo pessimam
discordiam sedandam Idem Philippus po-
tentissimus Dux hos duos nepotes suos ad
predictam conuocationem vocauerat Sed labor
eius diabolo instigante ad nichilum penitus
directus est eo quod idem adolescens de honestan-
do genitum suum cum quibusdam Truicenis Ghel-
rie primatibus conspiratione firmissima decreue-
rat patrem suum in vinculis detinere usque ad
diem obitus sui seu usque ad resignationem to-
tius Ghelrie principatus

Cum ergo Adolphus prefatus consilium finem
explorasset et didicisset quod sententia prolatio
sibi in prosperitatem nequaquam procederet et
succederet sed quod magis propter facti enormi-
tatem corripendus esset ait pueris suis Sternite
michi caballos qui cum statu essent strati
essent ipse ascendens occulite equum suum et
clam cum suis eiens de ciuitate fugam Truict
perueniens que usque Ghelriam cum maxima con-
fusione ad propria est reuersus

De legatione Domini Antho-
nii Bastardi Philippi ducis
Burgundie ad regem Edwardum
anglie pro matrimonio Domine
Margarete sororis eiusdem regis
et Domini Caroli de Burgun-
dia comitis Cadralesii et Do-
mini de Arkel facta

His

His etiam diebus regnauit in anglia quidam Rex strenuissimus Edwardus ^{no-}mine, qui iam dictum regnum grauissimis prelijs et iure belli sub imperio suo sibi subiugauerat. Hinc autem magnipotentis regi erat soror ^{nomine} Margareta que mirabili ^{motum} honestate et pulchritudine pollebat. Ita quod eius fama ubique in orbe volebat.

Philippus autem gloriosus Dux cum nimis prepotens esset et multas nationes suo imperio subiectas haberet audita huius virginis fama totum et fecurum se per omnia fatebatur si predicta speciosissima virgo filio suo Carolo matrimonii iure iungeretur. Carolus etiam ad hoc quamplurimum estuabat.

Quum ergo querebantur legati solennes et strenui praeconi parasymplici ad negotium illud speciale peragendum non est Inuentus fidelis ~~quis~~ in quibus in tota curia Philippi ducis egrediens et regrediens et pergens ad imperium suum sicut Anthonius Bassardus filius eius. Erat enim hic miles vir egregius et in cunctis negotijs reipublice prospere agens.

Adiocans ergo eum Philippus dux cum adhuc esset Illis dixit ei: Anthoni oportet te fili mi ire ad Angliam, et accipere sororem regis eiusdem regni fratri suo ^(re) Carolo in uxorem. Qui promissus in terram adorandus respondit patri suo duci dicens Ad omnia que desiderat auina tua negotia peragenda paratus sum.

Quum ergo idem Anthonius se preparasset ad

ad nauigandam cum classe et potentia magna uersus
 suis anglie Insulam recessit de exercitu pa-
 tris sui quadringentos facios pugilum for-
 tissimum fortissimos quos de bene placito ducis
 patris sui secum pro solatio ducere decreuit

Hi uero quadringenti fortes - ut quidam attus-
 mant periti erant supra modum valde in
 torneamentis tirocinij et hastiludij et unuf-
 quisque eorum erat specialis magister in ar-
 mis et potentia sua singulari.

Assumpsit ergo Anthonius hos predictos vi-
 ros et abiit ad naues ex omnibus bonis pa-
 tris sui Philippi portans secum munera
 et enchemia maxime que raro nouit esse
 in terra illa ad quam pergebat

Manibus igitur ex Philippi ducis imperio
 preparatis et omni genere ferris et armis
 bellicis oneratis auro argento plurimo dita-
 tis Anthonius salutato patre equoreum
 iter aggressus est. flante uero uento prospero
 ad portum anglie cum tubis perforantibus
 gloriose applicuit. Pedibus autem in sicco
 positus et relictis ibidem nauibus usque ad
 regis presentiam peruenit.

Rex autem Edwardus uadens in occursum
 eius suscepit eum cum summo honore
 Cum que Anthonius causam sui Itineris
 regi insinuasset ipse Rex nimio repletus
 gaudio ait ad eum Optime adimplebo ergo
 ego desiderium anime eius et patris
 tui preceptis in omnibus obtemperabo

Determinit autem idem Rex eundem Anthonium
 secum

secum in curia sua per aliquot dies ut exploraret militaris exercitii causa virtutem suae militiae in Castellanijs Tiocinijs et aliorum suorum generibus Congregavit etiam Rex robustos et fortes sui regni et opposuit eos Anthonio cum suis quadringentis fortibus ut unus alium in virtute et ludo superaret

Juxta conductum ergo regis modo belli praeludia inchoavit modo cursus modo discursus Interdum bella plerique fugam simulant omnique ludorum genere exercitati nichil quod animo occurrebat intactum relinquerebant

Vident ergo rex potentiam eiusdem Anthonii et nobilitatem ac virtutem maximam militiae suae militiae promisit se obtemperaturum Determinato tempore negotio sibi prius intumato In conspectu etiam eius ducta est Margareta soror eiusdem regis quae accipiens munera sibi oblata preciosa valde praebuit in omnibus assensum

De egrotatione et obitu ducis Philippi Burgundiae

Eodem anno praefato scilicet anno Domini M^o CCC^o LXVII^o Philippus rex dux Burgundiae existens in brugis in flandria cepit repente egrotari Carololo filio suo existente in gaudaio

Barones vero qui secum brugis erant sperantes auxilio medicorum ipsum convalescere non statim intumaverunt Carolo filio suo propter meliorem infirmitatem patris

Sed

Sed **xv.** die mensis Junii quae erat tertia dies infirmitatis suae cepit in tantum premi et gravari quod medicis de vita eius desperare ceperunt

Ottomani omnes statim festinanter miserunt ad Carolum filium suum in gardano existentem annunciantes Doktorae sibi si vellet principem patrum suum vivum videre quod omni dilatione postposita celerrime Brugis veniret

Interim ipsum Dominicus ^(sic) sacramentum inimentum in unguis fecerunt quibus completis statim agonizare cepit Carolus vero his perceptis tam festinanter a gardano Brugis equitavit quod omnes suos fere militares pre nimia festinatione pre-equitavit et antecessit habens et requirens in via preter primum suum equum duos fortes alios equos

Veniensque Brugis agonizantem ipsum invenit qui largissime flens complofis manibus ipsum animavit quantum potuit in passione Christi Quo eodem die defuncto et expirato statim Carolus irruens super venerandum ^(sic) regalem faciem eius cepit osculari et osculare quod omnes presentes ad fletum provocavit

Inventa vero fuit sub pulvinari quedam cedula et ut fertur propria manu ipsius conscripta quae per modum testamenti filio suo porrigi petijt cedula vero continebat ista subsequens metra

Imperium Carole fili tibi grande relinquo
Pacatum prorsus opulentum plebs refertum

Per

Per multos annos vivens gessi prelia multa
 Victor et insignem habens super hoste triumphum
 Illustres cleros sincero vulgus amore
 Semper dilexi nunc me requirator olimphi
 Evocat hinc animum reddo michi quam dedit olim
 Patria fili nemo tibi bella creabit
 Et si aliquis cupiat hinc non audere licbit
 Non sis exactor populorum sed pius actor
 Iusticie timendo decem saluaberis inde
 Pace friens mundi illicita prelia vita
 Vive, vale fili morieris quod memor eris
 Devotis precibus pro me rogitare memento
 Ad Christum Dominum pro nobis hic crucifixum
 Ut michi prestare dignetur gaudia celi. amen

Hic igitur gloriosissimus dux Philippus co-
 mitatum Hollandie in maxima tranquillita-
 te pacis gloriose vixit ferme quadraginta an-
 nis compressis per suam prudentiam undique
 parcialitatibus videlicet. Roce et cabellianis
 Gubernavit autem Burgundie Ducatum
 annis quinquaginta octo nomen matris eius
 Margareta filia Alberti ducis Bavarie comi-
 tis Hannonie Hollandie Flandie. Quinde-
 cim annorum erat quando occisus est Johannes
 dux Burgundie pater eius a rege francie

Is autem Philippus dux princeps erat multum
 inclitus et famosus ac gloriosus valde statura
 procerus virtute robustus aspectu decorus corde
 magnanimus largus elemosinarius et in dan-
 do largifluis consilio caitus In causis ju-
 dicialibus valde discretus amator cleri deditus
 cultui diuino et multis fretus virtutum insig-
 nijs qui primogenitores et antecessores patres
 suos in diuitijs gloria maiestate et potestate ex-
 cessit et virtutibus superavit in tantum quod
 sibi

sibi similis non solum erat. In Christianitate verum etiam multi Christianorum Regem non poterant sibi coequari in divitijs gloria et potestate.

Hic etiam habebat in diversis suarum provinciarum urbibus diversa animalia ferocia videlicet leones apros specialiter tamen in palatio suo bruxellensi erant quamplures bestie silvarum cervi Lepusculi et huiusmodi.

Item exceptis his omnibus habuit etiam apud se quendam gigantem magne stature quem etiam secum duxit ad Hollandiam cum introduceret filium suum in episcopatum traiectensem.

Etiam habuit penes se quosdam turcos paganos quos tamen postea baptizari fecit et ad fidem convertit.

Quum ergo idem illustrissimus Philippus magnus expirasset in conspectu filii sui Caroli ipse Carolus arrepto sigillo patris sui defuncti confregit illud quibus gestis stravit caballos suos electissimos et in eadem nocte cum equo stratili indefinenter studuit equitare ad urbem Rijsele. In qua erant exceptis plerisque alijs locis thesauri infiniti absconditi et specialiter erat ibi in castro eiusdem urbis quedam turris mirae fortitudinis totaliter auro repleta ad cuius ianuam et seras impressit suum sigillum seu signaculum nec non et dereliquit ibidem custodes qui custodirent hanc turrim usque ad suum reditum quibus peractis rediit ad urbem Brugas ut celebraret exequias patris sui ducis.

Quum ergo reversus foret ad patrem precepit fer-

- fuis suis^x medicis ut condirent suum genitorem
 aromatibus Quo facto celebravit in mira solen-
 nitate exequias patris lictiofis funeralibus non
 enim fuit aliqua ecclesia in omnibus suis pro-
 uincijs in qua non in magna pompositate
 celebrate ~~fuit~~^{fuisset} eius exequie

Sepultus est autem in tumba de ere mirabili ar-
 tificio opere fisorio fabri facta

Dominus autem Anthonius Bastardus adhuc
 existens in Anglia audiens Philippum ducem
 patrem suum migrasse citius quo potuit re-
 meavit cum suis gloriose ad terram propriam

Itaque altera die cum magna solennitate exe-
 quie ipsius in ecclesia sancti Donatiani in brū-
 gis celebrantur In qua nobile corpus ipsius
 balsamo et aromatibus conditum insepultum
 multis annis permansit locatus ante sum-
 mum altare eo quod Carolus filius eius quod
 multis arduis causis occupatus In Burgun-
 dia in ciuitate diuionensi in monasterio char-
 tisiensium sepeliri petijt et voluit penes in-
 clitum patrem suum Johannem ducem Bur-
 gundie et Philippum auum suum ducem
 Burgundie ibidem in eodem monasterio quies-
 centes

Sed cor ipsius auro et argento decoratum mis-
 sum fuit ut petierat In Therusalem in
 loco caluarie in ecclesia Dominice resur-
 rectionis per episcopum Atrebatensem
 cum magno statu et familia ac cum
 multis cleroijs et Intestina vero eius re-
 condita fuerunt in quodam mundo vase ⁱⁿ ec-
 clesia sancti Donatiani in brugis ante summum
 altare cuius anima requiescat in pace Amen

Cuius

Quibus obitus anni notantur in his metris
 Fle Brabant Holland Burgundia Flandria Zeeland
 Plangant et galli de tanti morte Philippi
 Vel in isto metro
 Ecce ducis vite flet Flandria morte Philippi
 Etiam in his metris
 Tristitia plena Brabantia planta ferena
 De mortis pena ducis eius flet stat egena
 Etiam in hoc metro
 Heu flos militie presidens brigis cecidit fle
 Vel in his metris
 Vivibus heu quantis Burgundia flet sine pacis
 Principis Inuncti ducis eius morte Philippi
 Vel in isto metro
 Incidit in necis os fle nobilium caput et flos
 Vel in isto metro
 Brabant valde dolet ach morte sui ducis ac flet

Duo folia in ipso Codice
vacua erant relicta.
Sequentia alia manu
ad calcem Codicis erant
subiecta.

Carolus dei gratia Dux Burgundie Lotharingie
Brabantie Lymburgie Lucemburgie comes Flan-
drie Arthesie Burgundie Palatinus Hannonie
Hollandie Zeelandie Namurei Belonion et de
Ghijfen Marchio sacris imperii Dominus Fri-
sie Salinis Machlinie et de Arkel et cas. Cele-
bratis dolorose exequijs Burgis in ecclesia sanc-
ti Donatiani Ducis Philippi patris sui venit
in Gandavo principali civitate totius Flandrie
ubi in profesto apostolorum Petri et Pauli
solemniter homagiabatur ante meridie ut co-
mes Flandrie suo regaliter homagiato statim
venerunt gandavenses ante domum et palatium
Principis cum multis milibus armigerorum
volentes priora privilegia plebicite et libertates
abstracta et deleta a duce patre suo rehabere
et recuperare antequam recederent ab illo Et li-
cet Carolus Dux miserat ad eos quatuor de suis
precipiis consiliarijs ad mitigandum furo-
rem ipsorum eo quod alio tempore deliberatas
libenter ad profectum ipsorum conferret eis
non contentati fere cogebant ipsum consentire
in omnibus beneplacitis ipsorum quod valde
displicuit sibi et suis nobilibus sic quod irato
animo recessit a gandavo

Tumultus ingens cepit oriri in civitate nam
Burgenses ad arma concitantes festinauerunt
extemplo

exemplo portas Urbis claudere et valvas obstruere Deinde destruens et ad terram projiciens theolatorium salis edificatam a Philippo Duce patre Caroli prescripti alterius processerunt cum LX. vexillis una agmine et cum impetu in foro eiusdem civitatis ante hospitium iam dicti Ducis vociferantes atque dicentes ubi sunt grassatores et rectores civitatis qui communitatem censibus aggravant et opprimunt educantur perquirantur et interficiantur coram omni multitudine

Carolus autem Dux huius discordie sinistram famam percipiens quantocius in equo ad eos solus properavit et cum virga quam manu gerebat nitentur eos eicere de foro civitatis illi autem minime attendentes ad eius precepta et nolentes retrocedere perstiterunt immobiles quapropter ipse Dux quamplurimum anxius extitit Quod cernens Ludovicus Dominus de Gruijthuijfen preses Hollandie celeriter nimis descendit ad eum et inquantum potuit conabatur eum reducere ad hospitium ne perimeretur a tumultuoso populo

Videns autem Dux populum importunis clamoribus instare pro libertatibus et privilegiis obtinendis concessit coactus que ab ipsis petita sunt excepto quod non permitteret aliquem trucidari et pacifice reversus est unusquisque in domum suam

Igitur cunctis negotiis republice prudenter expeditis Carolus Dux irato animo recessit gandavo

Deinde

Deinde brugis Post hoc feria secunda sequenti
honorabatur in Denremonda

Cum enim Carolus Dux esset in Denremonda
reuocauit atque cassauit per legationem omnia
priuilegia gaudauensibus concessa eo quod per
tumultum ~~et~~ obtinuissent

Et feria sexta sequenti in Mechlinia Deinde
non multis diebus obuolutis & urgentes ciui-
ti^{bus} Mechliniensi ceperunt ciuile bellum in-
choare nam tumultuantes in alterutram confur-
reserunt aduersus rectores ciuitatis et in manu
~~valida~~ valida expulerunt eos ab urbe pre-
nominata Quinimo et domum Domini Jo-
hannis de Mäsen militis facultati ciuitatis op-
pugnantes usque ad solium destruxerunt

Quod factum dum Carolus Dux percepisset
frenuit in iracundiam magnam et pro tali
tumultu mechliniam cum roborata manu
festinanter adiens seditiosos Viros apprehen-
dit et contra eos mortis sententiam protulit
Cumque ad locum ducti essent ubi fuerant
plectendi quidam opprobati Viri cum ciui-
tate et tota communitate aduenerunt et per
maximas instantias obtinuerunt de criminibus
suis plenariam remissionem tam pro decol-
landis quam ipsorum ciuibus sub hac for-
ma uidelicet ut omnia destructa redificaren-
tur nec non et omnia priuilegia amitte-
rent prescriptis temporibus ~~ad~~ habi-
ta Insuper et pro contumelia illata pre-
fato Duci tribuerent triginta milia Leo-
num in monete auree istis promissis omnia
ad salubrem pacem sunt redacta

Deinde feria sexta sequenti in Lauanio ut Dux
Brabantie

Postea

Postea vero altera die Margarete Virginis
 que fuit feria tertia homagiabatur brüsselle

Igitur cum Carolus Dux Brüsselle aliquan-
 tem moram faceret ecce gardarienses ibi-
 dem aduenient adueniunt et de crimine
 lese maiestatis veniam postulantes emen-
 dam promittunt. Quis obtenta venia reuer-
 tuntur in ciuitatem suam sic tamen saluis
 saluandis quod omnia pristinis temporibus
 confracta repararentur nec non et suam
 diffinitiuam sententiam super ^{sup}proscrip-
 tam expectarent.

Postea Antwerpie

Post hoc in Flannonia homagiabatur Valen-
 cie et Berghe et ubique nobiliter cum mag-
 na solemnitate receptus fuit

Postea veniens in episcopatu Leodiensi cum
 multis armigeris homagiatus in publico
 Campo fuit ut Dux Sincenburgens a
 comitibus baronibus militibus vasallis et
 a primoribus ciuitatum ducatus

Novissime tendens contra regem francie
 premissis exercitibus homagiatus fuit in
 Hagha comitis ut comes Hollandie ab
 omnibus burgmagistris et consulatibus
 principalem ciuitatum Hollandie utpote
 a Dordracensibus Haerlemensibus Delf-
 sensibus Lejdensibus Amsterdammensibus
 et Gaudentensibus

Postea tamen anno Domini M^o IIII^o LXXII^o
 pergens

† Fuit attamen in
Flandria postea
homagatus,

pergens de Gorinchem Dordracum cum grande
letitia ibidem fuit homagiatum & utpote in
Middelburch et Tiericree antequam in Hol-
landia De civis exaltatione et homagiatione
habentur hec metra in quibus comprehen-
diuntur anni

Carolus ecce pio patre defuncto dominatur
Vel in isto metro

Ecce pater qualis Carolus natus modo talis
Etiam in his metris

Nonne modo princeps presignis et inclita proles
Charolus attente patrias regit ut pater ante

Etiam in hoc metro

Cessa flere gemens vivit Carolus leo scandens

Etiam in hoc metro

Clare mas Carolus leo princeps ut pater eius
Vel in isto metro

Ecce modo Charolus hic nobis est bene ventus

Hic enim Carolus iuvenili flore vernans
princeps erat valde inclitus et famosus ser-
mone facundus ingenio clarus equivoctus
iusticiarius in consilio circumspectus et
in universa morum honestate preclarus
Hic dum cum mira solemnitate in Gandavo ho-
magiaretur et reciperetur pro vero principe et co-
mite Flandrie cum eodem duce introducti sunt
ut quidam afferunt octingenti milia qui propter
eorum demerita temporibus preteritis exilati
seu proscripti fuerant a civitate iam dicta qui-
bus omnibus ipse Dux gratiam ostendens ve-
niam tribuit de commissis

Denique defuncto pio principe Philippo Duce
Burgundie ut dictum est statim Leodienses
iterum

iterum vacillant a fide et obedientia ducis Caro-
 li et nepotis sui Ludovici episcopi ipsorum
 contra ~~iusjurandum~~ iusjurandum et promissam sigilla-
 tam fidelitatem et rebellant ordinantes in
 plerisque oppidis et villis publice publicos
 caminos et fornaces impletas igne in quem
 ignem more ^{unius} anime facte proiecerunt
 animam Philippi Ducis ac si demones cam
 a Deo damnatam propter peccata commissa in
 diocesi Leodiensi projecissent in infernum eter-
 naliter cruciandam. Insuper cantabant deri-
 soria carmina ficta et composita per ipsos in-
 confusionem damnationis ducis prefati. Prete-
 rea cum cophinis fictivum et racemorum com-
 pulfabant more campanarum pro salute ani-
 me sue in opprobrium et confusionem Du-
 cis Philippi iam defuncti et Caroli Ducis
 filii sui ultra predicta mala intrave-
 runt armata manu in finibus Brabantie
 Lymburgie et Namurci quos diurnatim ex-
 pugnando commiserunt magne depopulatio-
 nis excidium de quibus pro beneplacito ipso-
 rum acceperunt magnam predam multo-
 mode facultatis occisis et captis multis in-
 cantis et innocentibus. Hec et infinita ma-
 la alia perpetrantes per totam estatem ultra
 pacem factam gaudebant in transgressionibus
 et malitijs ipsorum scientes iam Caro-
 lum novellum ducem Burgundie defuncto
 Duce patre suo plerisque arduis causis oc-
 cupatum propter diversos principatus suos.
 Hec enim predicta commiserunt Leodienses
 instigatione maligna Rasonis Domini de
 Heer Domini Johannis de Wilde Domini
 Fleriberti filii Domini Baer Domini de
 Joerleth militum

De rebellionē Leodiensium
contra Carolū Dūcem

119

Anno Domini M^o III^e LXVII. graue bellum de nouo inter Carolū dūcem et Leodienses fū-
rexit quōd hāc de causā postea pillūlasse nar-
ratur. Viuente igitur Philippo Duce erat quidam
Johannes cognomento trappentier nobi-
lis genere dūces in temporalibus quondam bur-
gimaster ciuitatis Dijonantensis post cuius
destructionem idem Johannes trappentier a Jo-
hanne Duce castellanus effectus est in quodam
castro cuius media pars erat sub parte iam
dicti dūcis et altera pars sub ditiane Domini
Ludouici episcopi Leodiensis

Cū ergo Leodienses audissent hūc virū
in gratiam dūcis Philippi esse susceptum et
ab eodem dūce sic exaltatum suspicati sūnt eum
esse hostem totius dioecesis Leodiensis et quōd
ipse dolose tradidisset oppidum Dijonantense in
manibus prefati dūcis quā ob rem conceper-
unt inuidie zelū aduersus eundem probum
virū premeditantes quāliter eidem possent in-
ferre mortis interitum

Consilio inuito corruerunt unum de familiaris
iam dicti Johannis pro quodam summa pecu-
nie quatenus Leodiensibus prefatum castella-
num cū suo castro dolose traderet oportuno
tempore nec moram facientes Leodienses in
romanū valida die optata ibidem adfūnt et a predicto
traditore intronissi et capto predicto viro dūserunt
eundem captiuiū ad Leodiensem urbem castrum
vero captiui commiserunt satellitibus suis tūen-
dum contra incursions hostiū

Quod et dūcem Philippum minime latuit
nam

nam idem Dux absque ulla mora festinavit
 circulares et nuncios suos velocissimos Leodium
 et comminatus est eos, quia cum nuncijs suis
 insinuarit Leodiensibus quod hinc castellano
 non inferrent aliquam aliam penam quam
 ipsi e contrario optarent inferri suis nobiliori-
 bus quinquaginta obsidibus in captivitate
 existentibus apud eundem Ducem et visis
 comminatorijs literis seruaerunt in vinculis
 prefatum castellanum. Et quia pluri-
 mum anxii facti sunt ideo non sunt ausi ei-
 dem inferre innocentem mortem timentes
 occisionem suorum nobilium apud prefatum
 Ducem in captivitate existentium

Sed audito in Leodio quod Carolus regnaret
 pro Philippo patre suo et quod Philippus
 Dux obisset dixerunt eo mortuo Diabolus nos-
 ter et antequam antiquus hostis mortuus
 est heu heu us quid tam diu vixit cum
 non in preteritis temporibus mortuus est
 venite conglobemur in unum pariter et ex-
 tinguemus licet nam eius venite rebellemus
 contra Carolum filium suum si forte prena-
 lebimus contra eum quoniam et hic con-
 trarius est operibus nostris

Terminato itaque consilio decreverunt callide
 et occulte rebellare adversus prenominatam
 Carolum Ducem

Capitanei vero et principaliores principes
 huius rebellionis fuerunt duo ferocissimi et
 immanissimi milites videlicet Dominus La-
 so et Dominus Bara qui etiam sustentave-
 rant omnem rebellionem pristinis tempo-
 ribus habitam

igitur

Igitur Leodienses primum opus inchoantes in-
 =nate rebellionis adduxerunt prefatum Johan-
 nem trappentier de custodia ~~in~~ carceris et ad
 mortem eum. Damnantes innocenter occiderunt
 sed et nec sic satiati de eius morte corpus eius
 mortuum tanquam traditorem civitatis disjo-
 nantes in quatuor partes diriferunt et
 in scandalum sui generis in publico sic parti-
 tum suspenderunt

Cum ergo sic obstinati et obcecati essent in
 malitia tertiam summam pecuniarum que
 debebatur duci Burgundie pro rebellionibus
 pristinis non plenarie nec debito modo perso-
 luerunt Verum etiam quinquaginta nobilio-
 res totius diocesis obsolescentes apud eun-
 dem Ducem ad eiusdem Ducis instantiam
 permutare noluerunt et recisarunt mit-
 tere alios loco eorum

Quinimo ad tantam dementiam pervenerunt
 quod quicumque aliud persuadebat in consilio
 quod iam ut premititur decretum fuit sine
 mora tanquam conspiratorem illum crude-
 liter ~~trude~~ trucidabant et quicumque de pace
 servanda ausus fuit aperire os suum seu
 aliquid de futuris in prospera proferre, hunc
 sine mora nocturnis temporibus de lecto vi-
 rapientes coram omni multitudine die sequente
 interficiebant

Et sic non tantum facti sunt crudeles in ex-
 traneos sed et crudelissimi in seipso non at-
 tendentes saluatoris dictum omne regnum
 in se dirisum desolabitur Sic ergo exemplo
 Achab Regis Thrael insipientes et stulti
 facti sunt Nam sicut Achab odio habebat

Micheam

Micheam prophetam Domini eo quod sibi veritatem prophetabat et casurum in bello denunciabat et diligebat falsos prophetas quia mendacia prophetabant dicentes Ascende proffere ad preliandum in Rameth galaam et cet.

Sic et Leodienses odio habebant eos qui veritatem denudabant et diligebant qui ipsos in flagitijs suis beatos predicabant et applaudebant et impletum est in Leodiensibus illud verbum sapientis Argue sapientem et diliget te. Tinecrepa stultum et odio habebit te.

Quod plura? probos et discretos inter ficientes bonis hominibus hostes fuerunt

De transfugio quorundam Leodiensium ad Carolum Ducem et malitia Leodiensium, et de muliere fatua a Leodiensibus delusa

Cum autem viri timorati et timentes Deum in Leodio commorantes cernerent increuisse mala et quod impleta esset Leodiensium malitia subtraxerunt se de consilijs iniquorum quia ipsi statuebant sermonem propheticum Cum sancto sanctus eris, et cet quoniam inobrem tempore ad hoc nocte clanculo de urbe prorumpentes fugam inierunt Quorundam quidam ad Dominum Ludovicum episcopum profecti sunt et alii ad Carolum Ducem peruenientes eorum protectionibus fulciri cupiebant malentes cum ipsis stare in tranquillitate pacis quam cum perveris Leodiensibus perseverare sub interdicto Domini Pape non enim tantum in preteritis temporibus contra Ducem Burgenfes rebellauerant sed et aduersus Dominum apostolicum

apostolorum rebellati sunt nolentes recipere in episcopum quem ipse eis ordinaverat quia de re ab eodem Domino apostolico interdicti sunt cuius sententiae adhuc subiciebantur

Leodienses autem cum vidissent se a quibusdam desertos indignati sunt valde quia omnia quae relicta sunt in urbe a praefatis profugis rapientes suis satellitibus distribuerunt Sed nec sic ferocitates eorum pectorum mitigari potuerunt quinimo suspenderunt etiam statuas seu imagines predictorum virorum per eorum pedes in patibulis in aedibus depictis in quo scriptura talis circumposita erat Si reherberemus eos tali morte plecterentur Quos etiam ~~etiam~~ aedibus suspenderunt in publico ante fores palatii eiusdem urbis quod mirum cum cunctis eorum amicis ~~et~~ valde displicuit

Erat autem ibidem quaedam mulier insana et fatua dormiens nocturnis temporibus multoties in porticum praefati palatii haec una nocte de somno surgens aedibus praedictos de loco ^{suo} abstulit et ad terram projiciens picturam cuius redegit ad nihilum Quod altera die Leodienses considerantes quasi furiosi effecti sunt estimantes hoc esse factum ab amicis predictorum virorum Quare concurrentes in armis que rebant actorem rei dicentes Quis perpetravit malum hoc Quisnam facit hanc rem. Ubi est ille et murmur multum erat de operis actore in turba Sed cum cognovissent hoc esse factum a muliere iam dicta statuerunt eam in medio et dixerunt ei quare tu pessima haec

hec operata est quibus illa respondit et quare
 vos suspendistis illos tam scandalose qui dice-
 runt quia malefici et traditores sunt At
 illa non sunt malefici sed sunt vobis me-
 liores quia et vos malefici estis. Tunc indig-
 nans capitaneis eorum ait ad satellites
 suos accipite eam et reddite ei vicissitudi-
 nem pro hac re facient quancocius ministri
 crudeliter Domino crudeliori nam trahen-
 tes eam immaniter per vias et plateas civi-
 tatis aliquando pedibus ad terram proster-
 nebant et aliquando turpiter denudantes
 inpuriose deludebant ac multis malis la-
 cessiti sunt

Tandem cum semimortua reducta esset ad
 hospitalium domum in qua extranei paupe-
 res hospitabantur et a materna domus ad
 ignem calefacta foret refocillata est. Leodien-
 ses vero fecerunt asserem de novo pingi et
 suspenderunt iterum in loco pristino

Hec et alia multa mala operati sunt in
 civibus suis quae omnia brevitate causa
 pretereo

Demum scientes Lidovicum episcopum
 ipsorum cum multis suorum esse in cas-
 tro et oppido Hocij quod oppidum semper
 firmiter et fideliter in pace steterat cum
 episcopo ipsorum et cum principe Caro-
 lo scientes ipsum absque armigeris et spe-
 ciali custodia ibidem quiescere congregato
 magno satellitio secretae nocturno
 tempore improvisae ante oppidum Hocij
 quod sagaciter premissis aliquibus suorum
 in

in eodem oppido ceperunt potenter et nequiter
idem improvisum oppidum nihil mali
suspiciens contra Leodienses sperantes
episcopum ipsorum improvisum in eo
capere vel trucidare. Idem oppidum cre-
bris molestationibus infestant.

E contra vero episcopus cum oppidanis
egregie defensavit sed hoc parum ei pro-
fuit quia oppidani erant inter se discordes
media autem pars oppidanorum fauebat
Leodiensibus altera pars episcopo Leodienses
ergo potenter circumvallantes predictum
oppidum tandem in obsidione perseveraverunt
usque dum prock dolor intromissi sunt
a suis fauentibus. Quod et factum est
circa festum exaltationis sancte crucis
eiusdem anni cum quasi per duas septi-
manas predictum oppidum impugnassent.

Hii vero qui Domino episcopo fauebant
videntes Leodienses intromissos anxati sunt
sed resurientes audacter vires ceperunt ex-
templo cum bipensibus, securibus
malleis varias portarum infringere seras
de ianuis euellere et vectes ferreas atterere
et episcopalem cinerem per aliam viam
emittere.

Sed episcopus occupata una parte oppidi
suscitatus et ex clamoribus armigero-
rum celerrime surgens induens se festi-
mentis suis occultavit se parum sed
videns quod oppidum vicissent et castrum
nitebantur expugnare ad occidendum ipsum
eo quod assultum contra castrum fecerunt
statim per secretam semitam sine metho-
dum

dum exiens adiutorio suorum circosati equo incognitus deo volente per fugam et manibus ipsorum dilapsus cum maximo periculo cum paucis viis evasit nam per devia equitans cum grandi labore et periculo Namurcum venit

Leodienses vero in veritate audientes episcopum evasisse irati nimis suburbia^{et} parvam civitatem in favillam ignis redigerunt occisis multis honestis oppidanis amicis episcopi cum magno lixore insuper maiorem civitatem cum castro per direptionem spoliaverunt ^{quod} eo quod cum traiectionibus faciebant episcopo potius quam ipsis

Quibus flebiliter gestis commiserunt suis complicibus iam dictum oppidum defendendum contra episcopum et suos fautores

Sicque hijs expletis cum magno spolio redemptes ~~et~~ ^{un} oñabant gaudebant et letabantur in rebus suis pessimis

Itaque illustrissimus princeps Carolus Dux Burgundie et cet. prefata veridica relatione percipiens iratus nimis aggregavit valentes armigeros ac infinitos milites stipendiarios viros strenuos et audaces cum quibus totum episcopatum et civitatem leodiensem in solitudinem redigeret

Decrevit attamen primitus obsidere oppidum sancte Tridonis magnam et forte eo quod ipsi principales fuerunt cum civitate

cum civitate Leodiensi in Hocij ad capiendum vel occidendum episcopum ipsorum

Quod Leodienfes percipientes munierunt die noctuque firmiter idem oppidum cum multis requisitis infuper promiserunt incolis sancti Tridonis firmissimam facere assistentiam ad liberandum eos vel ad dissolvendum obsidionem

Igitur eodem anno scilicet M^o IIII^o LXVII^o decima tertia die mensis octobris idem dux in signis varijs et tubis stridentibus secedens cum toto suo exercitu a Brucella Lovanium et a Lovanio ut princeps irriterritus intrauit territorium leodiense propter infidelitatem et rebellionem eorundem

Premisit attamen cum capitaneis fere totum exercitum et diffudit per episcopatum ipso manente in Thenis id est Thienen qui fere cuncta eo igne et ferro demoliti fuerunt qui dehinc anno pretacto in profesto sanctorum apostolorum Symonis et Iuda obsedit corporaliter stricteffime per girum oppidum sancti tridonis

Contra vero Leodienfes horum omnium prescii congregati venerunt cum XII. mil. armatorum cum tentorijs et papilionibus et ceteris armis bellicis ac cum copia vidualium vini ceruise bladorum ceterorumque eduliorum ad succurrendum prefatam obseffo oppido etiam ad invadendum improvisum ut arbitrabantur prefatum Carolum Ducem in quorum comitatu leodienfes habebant etiam sacerdotes canonicos et monachos et precipue factores et amicos Ducis et episcopi quos sub pena capitali illos secum contra Ducem ad bellum procedere

cedere ordinantes eos in fronte et acie belli precipientes et precursantes publice in Leodio ante exitum ipsorum quod si aliquis invito bello fugeret a ~~pro~~ prelio etiam cuiuscumque status esset occideretur et privaretur omnibus bonis suis temporalibus

Itaque venientes cum vexillis et bucinis per strepentibus etiam in profesto apostolorum Symonis et Iudae valde animose ad succurrendum oppido Carolus Dux aduentum et multitudinem ipsorum per exploratores recognoscens manente obsidione occurfare eis advenientibus cum belli gravibus equester et pedester cum fulgidis vexillis et tubis horronis

Quibus in invicem circa horam vesperorum conglomeratis inhorruit cruentum bellum Quod videns Dominus Raso summus capitaneus Leodiensium licet met ^(sua) preconizare procuravit quod fugientes a prelio occiderentur et privarentur bonis temporalibus ipsorum tamen ipse inchoato bello accipiens magnam pecuniam civitatis Leodiensis nunquam reuersurus fugam inijt cum dedecore cum suis pergens ad franciam dimissis omnibus Leodiensibus in periculo mortis

Quod ceteri Leodienses attendentes consimiliter fugam arripuerunt quantoties potuerunt versus Leodium dimissis ibidem suis tentorijs vinis frumentis cum ceteris edulijis

Corruerunt autem ex parte Leodiensium fugientium et succumbentium circa tria milia inter quos cefi fuerunt Dominus Bara et Haro de Strael vexilliger Leodiensium Dominus de Sorleth miles et filius suus qui

qui fuit canonicus sancti Lamberti qui fuit magnus curialista quem inuitum cogebant secum preliari

Decanus Middelburgensis canonicus sancti Lamberti Roelandus de Heijnsbergh filius naturalis Domini Johannis de Heijnsbergh episcopi Leodiensis cum pluribus alijs

Ordinabantur milites ibidem trecenti de quorum numero fuerunt Johannes Dominus de Cru-nighen Twederus de Montsaert Albertus filius Domini Wilhelmi de Schagon et ~~omnes~~ duo filii Johannis de Werff

Et quia nox instabat ideo non longe Burgundiones persequerentur Leodienses sed redeuntibus victores demptis victualibus et ceteris bellicis machinis inuenierunt centum Bombardos et multa vexilla contuberniorum Leodiensium que omnia secum adducunt exerunt vexilla ante obsessum oppidum in confusione ipsorum et cum Bombardis valde terribiter obsessum per totam noctem quassauerunt oppidum

Altero vero die scilicet in festo sanctorum apostolorum Simonis et Iude quod erat feria quinta illustris Adolphus de clivis Dominus de Rauesteijn audiens quingentos Leodienses latitantes in quodam dumeto statim eos cum grandi exercitu per girum circumcinctos debellavit et occidit

Sed ante obsessum oppidi sancti tradonit Carolus Dux per suos vicit potentes oppidum Berin ghen quod et funditus destruxit

Insuper vicit oppidum Borghloon quod expoliatum sibi

sibi retinuit et ~~domis~~ ac armigeris suis implevit et firmiter contra Leodiens munivit

De obsidione sancti Tridonis

127
Anno domini m^o m^o lxxvii^o Dominus apostolicus Paulus huius nominis secundus audiens Philippum Ducem ab hoc seculo inigrasse et Carolum strenuum principem eiusdem filium regni gubernacula suscepisse quamplurimum gauisus est quia destinavit ad prefatum Carolum Ducem cum quodam legato sedis apostolice congratulationis literas quinssimo supplici prece ammonuit fidelitatem eiusdem ducis scribens ei de prophana Leodiensium gente quatenus adversus populum predictum sine militie gladium denudaret et cum armato satellitio redderet ad obedientiam sancte matris ecclesie eo quod eadem gens usque in hodiernum diem per obstinatum malitiam in inter dicto pape perseveraverat et ut eo ferventius cum suis ad ~~hoc~~ hoc animetur concessio sedis apostolice ^(sic) perficienda ~~est~~ eis in remissionem omnium peccaminum suorum indulget auxilio dei hoc annuente

f. proficere de
Igitur idem gloriosus Dux Carolus auctoritate sedis apostolice sic roboratus exercitum aggregari iussit grandem nimis valde Comitem Wilhelmum de Blanckenhem bellicosum virum cum infinitis alijs militibus ex diversis provincijs congregatis pro stipendijs largissimis sibi adiunxit

Nec non et comitem de Nassauwen cum nobilibus et vasallis Brabantie in unam conglobavit

Quinnimo et ex Hollandia acerrimos belatores attraxit de quibus capitanei principes erant Ludovicus

Ludovicus Dominus de Gruijthuisen p̄fēs
 Hollandie Comes Wolffardus de Bochhem
 cū patre suo Henrico Domino de Veer Jo-
 hannes Dominus de Cruiuinghen Adrianus
 de Broffel Dominus de Bredam Dominus
 Twederus de Moutfoort Dominus Arnoldus
 de Sweten et duo filii Domini Wilhelmi de
 Schagffen videlicet Albertus et Wilhelmus Do-
 minus Florentius Bastardus comitis aesterū-
 andie nec non et duo filii Johannis de Werff
 scilicet Wilhelmus et Johannes. quōd plura?

Omnes p̄fate proceres et barones ac milites
 ex omnibus suis provinciis in unum congregare
 st̄dierūt.

Quibus omnibus congregatis decretum est primo
 comitatum de Loon esse iniudendum

Pro quo sciendum quod idem comitatus olim
 gubernabatur a comitibus hereditariis eiusdem
 provincie et terre sicut patet supra ^{libro} facta de
 Ludovico comite de Loon qui Hollandiam
 impugnabat sed aliquibus annis post eius mor-
 tem incorporatus fuit episcopatus Leodiensi
 de cuius civis comitatu Johannes de Arkel
 episcopus Leodiensis fuit ut episcopus
 primus comes illius comitatus quia propter
 cum Leodiensibus etiam minime rebellabant

Igitur congregata universa expeditione nume-
 rata sunt centum milia et triginta duo milia
 caballorum deo equitum preter pedestrem exer-
 citum qui erant viri fortissimi et doctissimi
 ad bellum

Cum proficiscendi dies instaret Carolus glorio-
 sus Dns assumpto secum legato sedis apostolice
 ut eius auctoritate fulciretur profectus est ipse
 et

et omnis immensus immensus exercitus prope
festum sancti Francisci anno prenominate
cum curribus et equitibus ac sagittarijs in veu-
lis choruscantibus et tubis clangentibus.

In eum itaque finem extra Lonanium per-
gens tam ornatissime visus est iter arripere
ut neque crederetur habuisse parem in lon-
ginqvis regionibus Architectentium precessit
fortitudo et pulcher acervus nobilium fe-
quebatur adderat ^(sic) Bastardus Anthonius nec
belliger Adolphus se absentavit cateriatim
omnes armaverunt Sed octo iuvenes post Du-
cem viciniore fuerunt iste francie lilium
in vertice galee gestavit illi Hollandie fland-
rie Brabantie Fannonie insignia alii
alia signa partaverunt rutilantia

Sed ipsemet Carolus invictissimus non venit
in armis quin inter ceteros ornatior reddere-
tur istum igitur ornatum

Assumpsit de domo et thesauro suo mal-
tum nimis et processit ut iret in unum
sa virtute sua et venit et applicuit cum
expeditione prescripta comitatum de Loon
seditque gubernacula sua cum tentorijs ^(sic) et
pavilionibus prope oppidum sancti Tridonis

Oppidum vero sancti Tridonis clausum
erat atque munitum et nullus egredi audebat
propter timorem magni exercitus Caroli du-
cis

Carolus autem divisit exercitum suum in tres
turmas Prime igitur turma capitaneam
prefecit Adolphum sepedictum Dominum
de Ravesteijn Secundam commisit Antho-
nio

nio Bastardo fratri suo regendam tertiam vero turmam ipse ~~per~~ int gubernabat quo diverso diversis machinis ad hoc preparatis horribiliter oppugnabant civitatem

Contra vero oppidani circum obsessum oppidum defendere et forenses hostes amunitione presidii cum sagittis et fundibulis profugare curaverunt Et ecce una die vultu tempore obsidionis prefate civitatis contigit auram nimis esse nebulosam et intemperatam et pluviosam sic quod civitatenfes forenses hostes clare videre non poterant

Quapropter Carolus Dux proponens in animo suo eos turpiter deludere adunavit totum exercitum suum seorsum ad australem plagam eiusdem oppidi et ad aquilonarem iussit in plerisque locis prope oppidum copiosius ignem accendi et nullum de suis militibus appropriare prohibuit speculatores autem per pluvie densitatem aspicientes non longe ab oppido ignem in multis locis esse structum asseruerunt rectoribus oppidi totum exercitum prope oppidum circa ignem existere quam ab rem oppidani estimantes universum exercitum adversariorum ibidem existere et adesse emisserunt lapides bombardorum et in magna copia sagittas versus ignem accensum arbitantes magne depopulationis excidium in hostes committere sed hec spes omnino cassata est eo quod labor eorum penitus inutilis reddebatur quoniam ipse Dux cum sua expeditione et commilitonibus in altera parte oppidi securus existens sine lesura aliqua illesus deo sibi auxiliante permansit

Carolus

Carolus itaque Dux in tantum diversis
 occurrionibus et quotidianis affultibus
 balistis bombardis et fundibulis tam
 acriter infestavit oppidum sancti Trudonis
 strictissime obsessum quod fatigatos eos quar-
 ris et obsidione gratiam eius querere co-
 arctavit nam oppidani ex cacumine tur-
 ris videntes Leodienses fugere et succumbe-
 re ut dictum est et vexilla eorum in def-
 pectum ipsorum erecta ante oppidum ip-
 sorum multum anxii et perplexi perpen-
 dentes quod non possent devictis nunc Leo-
 diensibus resistere iusticie atque potestati
 principis Caroli ducis sane consulti per
 amicabiles internuncios hoc modo reconfi-
 liati sunt videlicet quod irent in gratiam
 principis salva vita ipsorum et quod de
 instanti ~~et~~ ^{47. 82} ~~opertum~~ funditus destruerent
 et frangerent portas et muros civitatis
 ac fossata humo implerentur cum in-
 strumentis proprijs et ipsum Ducem pro
 comite de Loon et principem terre accepta-
 rent verum etiam gasas maximas pro
 illata contumelia et iniuria prefato Duci
 tribuerunt insuper prestarent fidelitatem
 mediante solenni iuramento episcopo
 Ludovico et principi et quod nunquam
 in contrarium eis aliquid attentarent
 per se vel per alios sed ~~fideles~~ fideles
 et obediens preceptis episcopi et Ca-
 roli Ducis in omnibus permanerent il-
 lo salvo quod episcopus aut Dux eos defen-
 deret contra quoscumque grassatores et po-
 tentes transgressores

Preterea

Preterea Dux voluit eligere ~~duodecim~~ duodecim cum oppido sancti Tridonis quoscumque vellet et cum illis vellet disponere iuxta beneplacitam suam voluntatem suam occidendo illos vel gratiam conferre eis, voluit autem eligere de consilariis qui communitatem ad rebellionem contra episcopum et ipsum animaverant sed precipuis priorum et nobilium liberati a morte fuerunt sed darent annuatim magnam quotam pecunie duci pro forefactis et damnis principi illatis

Istis sic ordinatis statim oppidani sancti Tridonis valde letati spiritibus Leodiensibus laudaverunt Deum quod sic evaserunt pro-
 timsque in signum obedientie omnes eiserunt portas et occurrentes Duci nudipedes ~~disproportis~~ discooperitis capitibus pro-
 cidentes ante pedes principis petierunt causa pacis dolentes veniam de commissis ir-
 rantes et promittentes literis et sigillis nunquam sibi nec episcopo rebellare

Quos clementis princeps benigne surgere precepit et ipsos se emendare admonuit et indulgit eis ex pio corde illo saluo quod ante ingressum ipsius cum suis nobilibus deiecerent funditis portas ex muro oppidi ipsorum. Quos audito gaudentes redeuntibus laboraverunt die noctaque ad destruendum portas & muros oppidi ipsorum. Itaque disruptis et funditis destruitis destructis ac confractis portis maximaque muro-
 rum parte Dux Carolus solemniter per ipsos fuit introductus

Exercitus

Exercitus vero intrauit per fossata oppidum
eo quod fossata repleta erant muris lapi-
dibus humo et ceteris sterquilanijs et sic
obsidio dissoluta fuit

Acta fuerunt ista anno predicto septima die
postquam ciuitatem obsederat nam sicut
venit Princeps cum suis in profesto Sy-
manis et Iuda quod tunc fuit in feria ter-
tia sic feria secunda sequenti reddiderunt
se pietati et gratie principis sicque illis
triffimus et victoriosissimus Dux infra
septem dies tantam vicit ciuitatem

De campestri bello Leodiensium pro-
pe oppidum sancti Tridonis

122⁶

Auidientes autem Leodienses Carolum Du-
cem cum ingenti copia prepotentis exerci-
tus ad eorum terras applicuisse et ciuita-
tem sancti Tridonis iam ab eodem Duce
off obsessam esse timor irruit super eos
et elanguerunt ~~eos~~ ^{omnes} habitatores eius sed
prefati Dominus Laso et Bara milites crua-
delitate famosi surgentes in medio eorum
animauerunt et confortauerunt eos ad cam-
pestre bellum dicentes congregamini ad
nos et ferte presidium ut expugnemus
hunc exercitum de quo audistis pugnabi-
mus enim contra eos in manu valida
nulli dubium quin peroptime preualebi-
mus contra eos estote viri fortes et ne ti-
meatis a facie eorum quorum denique
decreto consilio preconis voce proclama-
tum est certatim bellica arma tollere et
cum

Interea Carolus Dux et Adolphus princeps
 militie eius ceperunt cum suis turmis et prin-
 cipibus militum a longe ex altera parte cas-
 trorum appropinquare ut totum exercitum
 Leodiensium in ~~una~~ virtute magna ex omni
 parte concluderent et interficerent

Leuantes autem Leodienses procul oculos suos
 viderunt innumerabilem exercitum appropin-
 quare qui cum intellexissent periculum gra-
 uissimum ex omni parte imminere et quod
 undaque iam conclusis essent fugit mens et con-
 siliium ab eis quia solo tremore et metu agi-
 tati fuge presidium sumunt ita ut nul-
 lus cum proximo suo loqueretur sed incli-
 natis capitibus relictis omnibus fugientes
 per vias camporum et silvarum et semitas
 collium festinabant evadere hostes

Videntes autem aduersarii Leodiensem exercitum
 fugere perniciter eos insecuti sunt clangen-
 tibus tubis

Leodienses vero non adiuncti sed precipites
 in fugam ibant quorum multi cum Ra-
 fone in franciam fugerunt multi in lati-
 bulis et filiis vicinarum prouinciarum
 et quia umbra caliginose noctis instabat
 iam precanis voce tubicinatum est non
 nimis longe hostes insequi ne forte essent
 insidie ab hostibus callide posite et occulte
 caderent in ipsos

Contigit autem haec strages non longe a
 monasterio sepperensi ad australem pla-
 gam oppidi sancti Tridonis

Subiectis denique prenomatis oppidis cum
 civitatem

ciuitatem nobilem Tüngresem quondam capit
 totius episcopatus eo quod primitiui episcopi
 in ea cathedrabantur et appellabantur episcopi
 Tüngrensiū decreuerat obsidere et stren-
 uis miles Dominus de Beaumont mar-
 scalcus Būrgūndie cū suo exercitū preces-
 sisset ad circumvallandum ciuitatem venisset que
 in canticinio noctis fere per medium miliare
 prope et apud ciuitatem ut in crastinum
 per girum stricte obsideret eam ecce uenerunt
 ex ciuitate uidi pedes et multum dolentes
 humiliterq; viri tribunicie dignitatis eiusdem
 prefate ciuitatis offerentes flexis genibus pre-
 dicto marscalco Būrgūndie loco et nomine
 gloriose Caroli Ducis omnes clauēs portarū
 Tüngrensiū petentes amaro et contrito corde
 recipi in gratiam principis et quod de ipsis
 de temporalibus bonis et uita ipsorum et de
 ciuitate dissoneret ad uoluntatem principis fi-
 cūti placeret et uellet illo saluo quod iuramentum
 se se uellent obligare sub pena mortis nun-
 quam de cetero contra principem Carolum et
 Ludouicum episcopum ipsorum rebellare

Quod audiens prefatus Marschalcus capita-
 neus exercitus principis ipsos surgere precepit
 et consolans eos statim ex parte principis
 recepit eos ad gratiam iussitque preconizare
 per totum exercitum precedente bucina quod
 nullus molestaret ciuitatem Tüngensem
 vel depredaretur incolas eius sub pena capita-
 tali

Moxque marschalcus Būrgūndie pietate com-
 motus remisit secūre deinceps aliquos in Tün-
 gris^{as} consolandum conopioanos religioſos illa
 nocte secūm dixit ad principem enarrant
 sibi

sibi eorum humiliationem et subiectionem ipsorum quid plura princeps perpendens canicem venerandorum senum Tungrensiū recepit eos propter Deum in suam gratiam saluis conditionibus preactis scilicet ut sine aliqua cunctatione et dilatione confringerent portas et muros ciuitatis eorundem ab addentes pro damno inflictio suis subditis et rebellionē quātam pecunie ipsis assignandam quod fidissima promissione iurantes perficere impleuerunt quam cito redierunt a Duce Carolo ad oppidum ipsorum sine aliqua dilatione

Eadem die venerunt fere omnes alie ciuitates episcopatus et comitatus Loffensis dempta ciuitate Leodiensi et consimiliter reddiderunt et obtulerunt se victos clementie Caroli Ducis quod Dux omnes propter Deum recepit in gratiam ne fieret effusio sanguinis Christianorum saluis conditionibus prefatis et multis alijs michi incognitis Sic ergo omnia oppido et ciuitates episcopatus et comitatus sine aliqua tardatione protinus frangerunt portas fortalitia presidia et muros ciuitatum ita quod patebat introitus et exitus in eis die noctaque sicut in ruralibus villis et facta est letitia per totam prouinciam magna valde inter annos subiectos de gratia benignitatis principis exhibita ipsis

De subiectione totius terre Leodiensis

Carolus autem Dux et princeps magnanimus direxit exercitum suum in Hasselt Incole autem eiusdem oppidi formidantes potentiam

potentiam eius ~~libere~~ eius oppidum resigna-
runt pietati eius Suscepit autem eos in gratiam
fecitque oppido Hasselt et oppidanis eius si-
cut fecerat oppido sancti Trudonis

in spatio quatuor linearum
in Cod. vacuo relicto.

traserat cum alijs quinque oppidis, ^{Sc. Haack} Bilfen, Brea
maesejck et Beringhen et fecit eis sicut fecit
oppido sancti Trudonis

Carolus Dux in gladio et arcu suo omnem
terram de Loon non enim fuit aliquod oppi-
dum seu castrum quod se non traderet pietati
Ducis.

Pre-nominatus inclitus Dux recolligens mi-
litiarum congregavit exercitus suos et castra for-
tia valde et intrauit cum armato sodalicio
Leodiensium Diocesim ac cum forti brachio
extenso subiugavit sibi etiam omnia oppida
huius diocesis videlicet oppidum tungrense
et Veset, Hoey, Tawyn, et Roewyn.

Dinant autem non obsedit sed erat sicut
desertum eo quod anno preterito a Carolo Duce
lapis super lapidem non fuit derelictus
non erat qui ingrederetur aut ingrederetur
de natis eius quia ablata est fortitudo eius
ab ea et defecit ibi tibia et cithara

Civitas vero traiectenges superioribus pre-
dictis quarris nequaquam se miscuerat eo
quod media pars civitatis erat Brabantii-
norum et reliqua Leodiensium et ideo ni-
hil mali actum est ei

igitur subiectis omnibus oppidis episcopatus
et comunitatis Loffensis migravit animose
victoriosus

victoriosus princeps Carolus Dux cum omnibus suis exercitibus in vigilia sancti Martini episcopi Turonensis et obsedit potentissima obsidione audaces et animosos Leodienses ~~concludens~~ ^{concludens} eos in propria ipsorum ciuitate valde hostiliter precipiens attamen in festo sancti Martini quicquam inolesti vel mali quoque modo ciuitati inferrent propter reuerentiam sancti Martini eo quod illo eodem die natus fuit quod et factum est Attamen audiebantur illo die in Leodio magni clamores

Altero vero die venerunt conductu aliquorum amicorum principis primicerii cum consulari ciuitatis Leodiensis petentes loqui causa pacis cum principe quos princeps primitus nec audire nec videre dignabatur Denique instantia aliquorum magnatorum et nobilium et precipue propter nimiam humilitationem et venie implorationem ipsorum recepit eos in gratiam conditionibus subsequens

Primo quod Dominus Vincentius de Bueren et Dominus Johannes de Wilde cum omnibus ipsorum complicitibus inuentoribus discordie manerent perpetuis temporibus, baniti et proscripti extra totam patriam Leodiensem et hoc ideo nam cum multi honesti senes ~~quos~~ ^{quos} nudi pedes in lintheaminibus detectis capitibus ~~capitibus~~ per medium miliare extra Leodium per Lutofam et viam sibi occurrissent petentes flexis genibus gratiam de commissis intermissis se et suis excusando accusabant eorum

ram principe prefatos Dominos Secundo quod
de instante destruerent omnes portas et mu-
ros ciuitatis leodiensis per girum et replerent
humo fossata Tertio quod statim presentarent
et redderent ^(sic)

De subiectione ciuitatis Leodiensis

128^{ca} Omnibus igitur oppidis castris munitionibus
pagis ac villis debellatis et in feruitatem redac-
tis supradictis Dux movens exercitum suum
ultimo appliciuit ad egregiam urbem Leo-
diensem matrem et Dominam totius terre quam
autem cunctis bellatoribus obsidione ^(sic) auerit di-
rissimam tentoria et papilones in girum ~~erexit~~
erexit et impugnans eam cum diversorum
tormentorum ingenijs instrumenta valde horribilia
ad urbis interitum appliciuit et aptavit terribi-
liter nimis Attamen ^{non} in festo sancti Martini
ut supra et cet.

f. canxi

Altera die cum bombardis plaustris serpen-
tinis et sagittis cum scorpijs sine cessatione
eam oppugnantes diuis impegerunt assultibus
et machinationibus ut quamplurimos intus
eliderent facis fundibilibus ex iaculis

Ciues autem contra tam magnipotentem
ducem et tantum exercitum non habentes re-
bellandi copiam prudenti ~~in~~ consilio decreve-
runt urbem exire et tradere seiplos in manus
Caroli Ducis sperantes ab eodem Duce impe-
trare veniam de commissis

Quapropter iuvenes cum senibus etiam honeste
mulieres cum parvulis capta cum prelatibus
denudantes canifeis lineis inditis exierunt ur-
bem veneruntque ante tentorium Caroli Ducis
et

et flectentes genia exorauerunt veniam flebilibus Oculis. Qui nimirum admirans de eorum humilitate quamplurimum obstupuit. Dux igitur tacens et genibus Dux eos perseverare permittens vel unum verbum diu proferre distulit.

Sed ibidem Leodienses antequam urbem intrarent duos precipuos capitaneos scilicet Adolphum Dominum de Rauesteyn et Antonium Bastardum Burgundie obnixi supplicauerunt quatenus ipsi intercederent apud Dominum Ducem pro impetratione venie ob rogationem eorum tandem obtinuerunt eam et per consequens condiciones a sententia mortis absoluti sunt, et cet.

Postquam ergo ciuitas omnibus bellicis instrumentis spoliata fuerat dux Carolus adhuc ciuitatem Leodiensem non intrauit sed in signum victoriae et pacis destinauit duos precipuos capitaneos cum exercitibus suis in ciuitatem prescriptam ad implendam eius iussionem antequam ipse corporaliter ciuitatem intraret ipse vero in monasterio sancti Laurentii preciosissimi martiris extra urbem cum electa militia permansit.

Igitur Antonius et Adolphus iussa implentes in signum victoriae subverterunt magnam partem murorum debilitantes eam pro magna parte. Insuper etiam omnem urbem cum armigeris suis diligenter percontantes usque ad summum iussa Caroli ducis implentes eam inuenerunt.

His gestis Carolus dux decreuit intrare ciuitatem

civitatem non per portam sed per murorum
ruinam ut cunctis per hoc innotesceret hanc
urbem bellicosis armis sibi captasse et ut Leo-
diensium superbiam ad humilitatem temperaret

Cum ergo idem dux intraturus esset civitatem
eques occurrerunt processionaliter sibi obviam
ferentes ante se vexillum in quo erat sculptus cli-
pens eiusdem Ducis et clipens Domini Ludovici
presulis eorum

Erant signati cruce sancti Andree apostoli quem
admodum signatus fuit exercitus Caroli ducis
per hoc insinuantes se esse subiectos presato
duci. Insuper etiam unusquisque eorum
tenebat in manu sua cereum accensum et
lingua gallica clamabant dicentes Vivat
dux Burgundie Vivat dux Burgundie quibus
sic voci ferantibus insonit terra a
clamore eorum

Carolus autem dux nolens sibi adhiberi obse-
quium durnum sed dans gloriam Deo prece-
pit extinguere candelas et faculos

igitur anno Domini M^o CCC^o LXVII^o circa fes-
tum sancti Martini cum triumphali laude
tympanis concrepantibus turris frementi-
bus vexillis choruscantibus cum grandi equi-
tatu et armorum strepitu intravit urbem
Leodiensem dicens Dominum Ludovicum
pontificem in possessionem episcopi prostre-
pens sibi virtute totius rebellantis populi
quibusdam precipuis rebellibus decollatis

See spatio vacuo relicto.

repperit infra civitatem prescrip-
tam literas conspirationis a Ludovico rege
francorum

francorum cum quibus ipse rex Leodienses
 ad predictam rebellionem animaverat
 Tandem decretum est de communi benepla-
 cito quatenus ipse Carolus cum suis
 successoribus hereditario iure

(Sic in media fere pagina desinebat apographum antiquum,
 unde haec descripta; ~~et~~ reliqua, quo sine quibus
 sensus sibi non constat, desiderantur.)



Notae Viri cujusdam Docti, quae Codici
MS. Chronici Auctoris Joannis de
Beka margini adscriptae leguntur.

Pag. 32. Stephano Papae.] Inter Decreta Gregorii P. Tomo
1. Conciliorum & generalium exstat Epistola
Gregorii Papae 2. ad Bonifacium, ubi his ad eum
verbis scribit: porro pro Episcopo illo, qui nunc
usque defidia quadam in eadem gente praedica-
tionis verbum disseminare neglexerat, & nunc
sibi partem quasi in Parochiam defendat, Carolus
excellensimo filio nostro, ut eum compescat
suadentes paternis literis scripsimus, & credimus
quod hoc vetari praecipiat. etc. Ex quibus
conjecturam facio, Bonifacium vel has vel
alias ejusdem argumenti literas ad Gregori-
um secundum dedisse, deo Willibrordo adhuc
superstite.

P. 33. L. 6. Karolomanus] Lego, Carol. Martellum. Alioquin
non constat ratio temporum.

P. 34. L. 5. Subiecta pontifici Romano] Dicit D. Bonifacius Trage-
tinam Ecclesiam adnumeratam inter illas sedes,
quae sub nullo metropolitano positae, imma-
nitate subiectae sunt Romano pontifici, quarum
Episcopi suffraganei dicebantur Papae urbis
Romae, ut liquet ex Libro Consuum, qui ser-
vatus in Vaticana Bibliotheca. C. B. ad 2.
Jun.

Pag. 35. L. 7.

Vitam Martirio coronavit.] Hanc Epistolam D. Bonifa-
 cius scripsit eodem anno, quo martyrio coronabatur,
 si modo is fuerit annis 752. nam Stephanus PP. qui
 Zachariae successit, anno 752. in pontificem creatus
 est, seditque tantum tres dies, in sedem eius el-
 -lico creatus Stephanus Tertius qui sedit annos
 5. dies 29. Imperantibus Constantino Copronimo
 & Leone, eius filio, AA. Sic Oruphr. Sed Lam-
 bertus Hortensius res. ultrajectens. scriptor, ait,
 anno 755. D. Bonifacium cum 12. aliis pro fide
 Christiana in Pago Frigiae, Docheimio dicto,
 trucidatum. itaque verisimile est, eum scripsisse
 se ad tertium.

Pag. 52. L. 1.

Comitatus Teysterbantiae.] Canonesatum olim, non
 Tindicort^(sic) sedes nec dubito quin hanc meam sen-
 -tentiam, ipsius C. Jacobi et Ammiani Marcellini
 verbis collatis, omnibus facila sim probaturus.

Pag. 72. L. 11.

Anno Domini DCCC XLVI.] Scribendum reor anno
DCCC XLVI.

Pag. 75. L. 14.

apud vicum Hadella.] Est Bladella, vulgo Bladel,
 pagus in ea parte Brabantiae, quae Kempinia appel-
 -latur, medio ferme itinere inter Turnhoutium & Lynd-
 -hoviam, ab utroque municipio quatuor horarum
 itinere pedestri distans (ut videre est in exactis
 -fimis Brabantiae pinacibus, ab Jacobo a Daven-
 -tria, Caroli V. Augusti Geographo celeberrimo e-
 -ditis.) habetque a meridie Postellum cenobium
 sesquihorae itinere, ab occidente Quersel, et ab
 -oriente Hulfen a septentrione, et ab oriente Hapers,
 pagos unius horulae itinere vicinos.

Pag. 80. Lin. 25. DCCCLXIII — anno sequenti frater.] Vito scriptoris
omissum reor [quinto] ita ut legendum sit: anno
Domini DCCC LXVIII. frater. etc.

Pag. 350. L. 23. Domicella Richardis] Fuit Richardis soror Florentii
4^t Comitis Hollandia, patris Wilhelmi Regis Rom.
itaque amata eiusdem. Atque Richardis primum
conventuales viros, huic, a se instituto, monasterio
imposuit, quos non multo post Medieoburgum tra-
duxit; virginibus facris in eorum locum surrogatis.
Praeterea sciendum, locum monasterii fuisse quoddam
vivarium, quod Curtem seu Villam regiam appellant,
alendis, (ut reor) venaticis canibus aliisque feris,
a Comitibus Hollandia ad usum & voluptatem extruc-
tam. Haeque partim ex Diplomate Regio partim
fama compectum.

Pag. 782. Lin. 1. 1388. obiit te Kenout.] Male, sed rectius Folio 227.
verso.